This is a reproduction of a library book that was digitized by Google as part of an ongoing effort to preserve the information in books and make it universally accessible.

Google™ books

https://books.google.com

This is a reproduction of a library book that was digitized by Google as part of an ongoing effort to preserve the information in books and make it universally accessible.

Google™ books

https://books.google.com

Digitized by Google



THE LIBRARY



Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Napoles. Biblioteca nazionale

SUPPLEMENTUM

AD

CATALOGUM

CODICUM SAECULO XV

IMPRESSORUM

QUI

IN REGIA BIBLIOTHECA BORBONICA

ADSERVANTUR

ORDINE ALPHABETICO DIGESTUM

NOTISQUE BIBLIOGRAPHICIS ILLUSTRATUM

LABORE ET INDUSTRIA F. FRANCISCI DE LICTERIIS ORDINIS HIEROSOLYMITANI CONVENTUALIS, REGII BIBLIOTHECARII ET ACADEMIAE HERCULANENSIS SOCII.

R. ASHBURNER

NEAPOLI,

EX REGIA TYPOGRAPHIA.

MDCCCXLI.

Digitized by Google

Digitized by Google

SUPPLEMENTUM

AD

CATALOGUM

CODICUM SAECULO XV

IMPRESSORUM.

A B

Abano Petri de. *Articulo Tom. I. pag. 3 post lineam xvi. adde.*

—— Exemplar alterum..... VIII. G. 14.

Abbatis Panormitani. *Vide*, Tudeschis Nicolai de. *Tom. III. pag. 264.*

Abbreviatura recessuum capitularium Patrum Ord. S. Benedicti Provinciae Moguntinae a tempore Concilii Constantiensis usque ad annum 1493 celebratorum. *In fronte primae impressae paginae rubro colore leguntur haec verba exscripta:* Abbreviatura recessuū capitulariū patrum ordinis divi Benedicti p̄ p̄vinciam moguntinam et dyocesim Bambergensem a tēpore concilij Constantiensis usq3 ad annum dn̄ice incarnationis millesimū quadringentesimū nonagesimūtertium celebratorum. Necnon modus visitādi monasteria utriusq3 sexus una cum summario privilegiorū p̄vincie et Dyocesis ac ordinis p̄fatorum incipiunt feliciter. *In aversa folii lxxvi pagina* Statuta Capitularia *terminantur. In folio sequenti incipiunt* Privilegia, *quae folio lxxviii.* Brevis et sūmaria recapitulatio sive epilogus omnium Predictorum *excipit. Ad calcem operis, prima scilicet pagina folii lxxxviii, post lineam ix. sequens habetur notitia:* Volumini p̄senti in formā visitādi tam monialium q̄3 monachorū monasteria ordinis sancti Benedicti p̄ p̄vinciā moguntinam et diocesim bambergensem: in modum capl'm p̄vinciale eorūdem de triennio in trienniū celebrādi: in abbreviaturā recessus cuiuslibet capl'i

Digitized by Google

p̄vincialis ab anno gratie. 1417 actenus celebrati: in summariū privilegiorū p̄fato ordini indultorū: in epilogū p̄cedētiū sub brevitate ordinata exp̄ssivū partito et diviso Ad instantiā reverendi in xp̄o p̄ris Dñi Dñi abbatis mōasterij apud sctm̄ Egidiū Nurenberge memorati ordinis prelati (cui morē gerere admodū cupit) Georgius Stōchs ex Sulczpach civis Nurenbergensis arte sua Duce ac fortuna comite p̄cōceptū et intentū finem dedit Anno incarnatōis uerbi intelligibilis divini de spū sctō ex Maria semp̄ virgine. 1493. die. xij. ante calendas mensis octobris. Ad cuius limpidam visionē intellectivā et beatissimam volitiōm seu fruitionē charitativā p̄ces. et merita btīssimi Bn̄dicti nobis p̄sint nanciscēdā Amē.

In 4.° parvo..... XIII. B. 22.

Typus, quo impressum hoc opus, est gallo-francus, et paginas plenas perficit lineis 32. Folia 76 priora numeris Romanis sunt notata, reliqua vero iisdem carent. Rubricas et initiales litteras rubro colore adpressit Typographus, signaturasque adjecit; custodes vero desiderantur.

Abraham Iudaei Tortusiensis. Interpretatio libri Servitoris una cum Simone Ianuensi, *Vide* Mesue. *Tom. II. pag. 124. et* Ianua Simonis de. *Tom. I. pag. 410.*

Digitized by Google

A C

Acciaioli Donati. Epistolae Nuncupatoriae ad Petrum Medicem *praemissae* Vitis Alcibiadis, *et* Scipionis Africani. *Extant cum aliis* Vitis a Plutarcho *scriptis, vel* Plutarcho *additis. Adcedit ejusdem* Acciaioli Vita Caroli Magni. *Extat ibidem. Vide* Plutarchi. *Tom. II. pag. 332.*

Accii Zucchi. *Vide* Aesopi.

Accursii Placentini. Additiones ad libellum novellarum. *In summitate columnae primae:* Incipit prohemiū secundū. Io. cum aditionib⁹ (sic) dñi Acursii (sic) ad libellum novelarū: seu autētico4. *Desinit Prooemium ad lineam xlix. secundae columnae ejusdem paginae, et sequitur protinus:* Collatio prima de heredibus: et falcidia: et si heres soluere noluerit legata. *Post lineam xliii primae columnae folii aversi xxi. leguntur verba,* Deo Gratias Amen; *exinde sequens typographica notitia:* In regia civitate studiorum matre Papie: per Christoforū de Canib⁹ et Stefanū de georgijs consocios artis impressorie viros primarios trāsūpta: Anno. i. 4. 8. 4. die vero. 25. septembris in vigilia sancte Iustine virginis: et martiris. N. M. D. EL. A. 33. M. M. Ai. M5. Ad laudem sūmi: eterni: optimi: maximiq3 dei. Gloriosissime Virginis Intemerate Matris Marie: Divorum Syri: Evasij: Luche: Caloceri: Catherine: Francisci et Bernardini patronorum suorum. Ac totius celestis triumphantis curie Amen. *In secunda columna extat* Registrum hujus operis, *cui subnexum est signum Typographorum, alibi notatum.*
In folio majori. *Extat cum* Azono..... VII. D. 30.

Opus istud excusum est cum *Summa Azonis* sub una eademque signaturarum serie. Impressum est in duabus columnis, quarum quaelibet integra constat lineis 60, chartae praestantissimae gallo-franco satis luculento charactere. Initiales litteras parvas adiecit Typographus, qui paginarum numeros, et custodes penitus omisit.

Digitized by Google

AD ET AE

ADIUTAE PHILIPPI. Responsiones ad argumenta Ioannis Marliani. *Extant impressae cum* Disputatione Ioannis Marliani. *Vide* Marliani. *Tom. II. pag. 91.*

AEGIDII ROMANI COLUMNAE. *Articulo:* Theoremata de corpore Christi. *Tom. I. pag. VII. post lineam IX. adde duo alia exemplaria, scilicet.....* ..... III. I. 10. *et* II. E. 11.

—— *Ejusdem*, De Regimine Principum, *ibidem post lineam XXI. adde duo alia exemplaria, scilicet.....* III. A. 32. *et* VIII. F. 28.

—— Alia editio, *quae in prima pagina verba continet:* Egidius de Regimine Principum, *maioribus gallo-francis typis excusa, et in secunda Epistolam Nuncupatoriam Editoris, cum Epigraphe:* GEORGIO miseratiõe Divina Archiepiscopo Vlxponeñ. Sacrosanctae Romanae Ecclesiae Tituli Sanctorum Petri et Marcellini Presbitero Cardinali Reverendissimo ac benemerito. Oliverius Servius Tolentinas. S. P. D. *In sequenti folio incipit* Tabula, *quae desinit in folio quarto recto; et post albam paginam, in folio sequenti* Egidii Romani ordinis fratrum Heremitarum sancti Augustini de regimine Principum Liber Primus Foeliciter incipit: *Sequitur* PROOEMIUM, *et in secunda columna opus initium habet a titulo:* Quis modus ꝑcedendi sit in regimine principum. Capitulum primum. *Post lineam̃ XV. secundae columnae ultimi folii recti* Explicit liber de regimine principum aeditus a fratre Egidio Romano ordinis fratrum heremitarum Sancti Augustini. *Exinde:* Impressum Venetiis per magistrum Simonem Bevilaquam Papiẽsem Anno Domini Millesimo. CCCCLXXXXVIII. Die nona Mensis Iulii. *Adcedit!* REGISTRUM.
In folio..... VII. A. 31.

Typus rotundus, et in duas columnas distinctus apparet, quae lineis 44. constant. Nulli paginarum numeri, aut custodes in foliis reperiuntur, signaturae vero adsunt. In ora superiori marginis *Partes* operis, et *libri* indicantur, et initiales litteras Typographus supplevit minoribus formis.

—— *Excerpta* de Regimine principum libro primo parte tertia *ex integro opere eiusdem* Aegidii, *impressa cum compendio* Philosophiae Alberti Magni, *et impressa* Brixiae per Praesbyterum Baptistam de Farfengo Anno domini MCCCCLXXXX. Die vero decimo mẽsis septembris. *Vide* Alberti Magni.
In 4.°..... VIII. B. 6.

—— Alia editio, *quae extat pariter cum opere* Alberti Magni: *Excusa* Brixiae ꝑ D. Praesbiterum Baptistam de Farfengo: Anno domini. MCCCCLXXXXiii. Die xiii. mensis Iunii.
In 4.°..... VII. B. 14.

Digitized by Google

—— *Ejusdem artic.* super I. lib. Sententiarum *Tom.* I, *pag. 7. post lineam xl. adde duo alia exemplaria, scilicet*..... III. I. 18. III. I. 19.

—— *Ejusdem artic.* super II. lib. Sententiarum *ibidem post lineam* VI. *adde tria alia exemplaria*..... III. I. 7. III. I. 8. III. I. 15.

—— Expositio Egidii romani super libros de anima cum textu. *Haec extant verba in prima voluminis pagina. In summitate primae columnae folii secundi recti:* Fidi interpretis Aristotelis Egidij romani heremitarū ordinis in libros de anima expositio *incipit. In folio 84 recto, post lineam XII. secundae columnae:* Explicit subtilissima expō. librorum de aīa Aristotelis a sūmo īterprete Egidio romão ordinis heremita4 fratre edita: ex sua spōte fido exēplari: rursusq5 reiterata opa diligētissime castigato (sic) excerpta. Impssa vo Venetiis mādato et expensis nobilis viri dñi. Octaviani Scoti Civis Modoetiensis Anno dñi i496. Die ultimo Ianuarij. *Sequitur* Tabula, *quae desinit folio 86 recto, cui adcedunt* Registrum, *et signum Typographi.*

—— In folio..... IX. F. 35.

Typus gallo-francus, qui majoris formae in textu adparet, binas perficit columnas in quavis pagina. Character Commentarii lineas excipit 66 in columnis integris. Signaturae adsunt, nec non paginarum numeri; custodes vero minime videntur. Initiales ligno florentes habentur; et in ora superiori marginum, quid in paginis excusum adsit, indicatur.

—— Alia editio, *cui adjectae sunt ejusdem* Aegidii Quaestiones de materia coeli contra Averroim, de intellectu possibili, et Tractatus de gradibus formarum. *Legitur enim in prima pagina grandiusculo gallo franco typo:*

Expositio dñi Egidii Romani super libros de anima cum textu.
De materia celi contra Averroim.
De intellectu possibili.
De gradibus formarum.

In tertia pagina incipit opus cum Prologo a titulo, ut in editione praecedenti, et ad calcem secundae columnae folii 109. aversi, verba subjecta occurrunt: Explicit tractatus de gradibus formarum. *Deinde:* Venetiis (impēsis dñi Andree Torresani de Asula) per Simonem de Luere. i8. aprilis. 1500. *Sequitur* Registrum. In folio..... VIII. C. 35.

Praesens editio typo majori, et minori excusa est, in duabus columnis. Lineas 69. character textus occupat; signaturae, et foliorum numeri occurrunt, haud vero custodes; sed ad calcem secundae columnae paginarum *Aegidii* nomen hoc pacto excusum cernitur, *Egi*9. Pro initialibus minusculae litterae in spatiis habentur.

—— Expositio super duobus libris Aristotelis de generatione. *Nulla inest Praefatio, vel titulus, et opus absolute incipit in prima columna folii primi a verbis* (A) Nima enī ut testat9 phūs est ec. ec. ec. *Ad lineam v. secundae columnae*

Digitized by Google

folii lvi. aversi: Explicit primus liber de generatione et corruptione secundum dominum egidium Incipit liber secundus, *qui desinit ad ix. lineam secundae columnae aversi folii cii. et protinus additur:* Et sic finit⁹ feliciter expositio dñi egidij de roma super duobus libris de generatiõe aristotelis sũma cũ diligentia per magistrum iudocũ hoensteyn virũ benignissimum neapoli impressa. *Sequitur* Registrum.

In folio..... XI. C. 3o.

Exemplar libri maxime rari, qui haud innotuit *Giustiniano*, neque aliis Bibliographis, et tantum notatur a *Iosepho Molini* in suo *Catal.* n.° 3., qui circa annum *1480.* excusum credidit; sed potius retulerim ad annum *1475.* quia majoris antiquitatis signa ostendit in tota typographica oeconomia. Hic est tertius liber ex officina *Iodoci Havenstein* vel *Hoensteyn* exaratus; quum primus sit *Sacramentale Ecclesiae Neapolitanae Stephani de Gajeta, anni 1475.* secundus *Astronomicon M. Manilii*, sine nota chronologica, de quo egimus in Tom. II. pag. 77. neque aliunde constat laudatum Typographum usque ad annum 1480. *Neapoli* commoratum fuisse. Constat quaevis pagina hujus voluminis duabus columnis, quae dummodo integrae sint, implentur lineis 45. semi-gallo franci conspicui, et nitidi characteris. Margines lati sunt, qui tamen nec foliorum numerationem nec signaturas, nec reclamantes habent. Pro interpunctione visitur tantummodo punctum, et initialium loco, spatia relicta fuere.

—— Alia editio, *cui adcedunt* Quaestiones Marsilii Inguen super libris de generatione, et corruptione. *In prima pagina litteris grandioribus gallo-francis legitur:* Marsilius de generatione et corruptione cum expositione egidii. *In summitate primae columnae folii secundi recti:* Textus Ari. de generatione et corruptiõe cum expositione oĩum exposito4 eius optimi interpretis Egidii Romani feliciter incipit. *Ad calcem:* Explicit textus Aristotelis de Generatione et Corruptione una cum expositionibus Egidii de Roma ordinis haeremitarum.

Ad emptorem liber.
Hoc opus emptor emas quo non p̄stāti⁹ usquā
(sic) ē.
Antiquae siquid nobilitatis habes.
Qd⁹ nō est aliquid facimus: qd⁹ et est nihil esse.
Me propter cuiq3 stant fugiuntq3 dies.
Marmor erit siquis te aspexerit aegide tectum.
Egidii: at fueris me duce semper idem.
Ramasius Ario. cattae dd.

Exinde in sequenti folio Questiones clarissimi philosophi Marsilii Inguen super libris de generatione et corruptione incipiunt. *Ad calcem* Quaestionum *legitur:* Expliciunt questiones super libris de generatiõe et corruptione Aristo. per excellentissimum phylosophum Marsilium īguem disputate. Ac etiam emendate per doctissimum artium et medicine doctorem magistrũ Nicoletum verniam theatinum ordinarie philosophiam in florentissimo gymnasio patavino legebat. Ac etiam impresse Venetiis per Magistrum Otinum de Luna papiensem Regnãte inclyto

Digitized by Google

principe Augustino barbadico. Anno domini. M. CCCCC. die XII. Martii. *Tabula titulorum Quaestionum sequitur, cujus in fine haec legenda occurrunt:*

De emptore et Marsilio
Ut miles qum bella tument se misce in armis
Si quid habet cordis si quid et artis habet.
Sic te Marsili te rimabitur (sic) orbe
Ingenii si quis experientis erit.

Adcedit Quaestio Nicoleti, an ens mobile sit totius naturalis philosophiae subjectum, *quae Epistola nuncupatoria praedita est, cum inscriptione:* Reverēdo in xp̄o patri Dño Dño Henrico archiepiscopo Acherontino et Materano divi Ferdinandi Regis confessori meritissimo, ac studii Neapolitani gubernatori optimo Nicoletus verinas (sic) theatin⁹ ordinarie philosophiam in florentino gymnasio Patavino legens. S. P. D. *In penultima columna absolvitur Quaestio, in fine cujus notatur:* Completa est ista questio. xii. februarii. M. ccccIxxx. per me Nicoletum verniam theatinum in florentissimo gymnasio Patavino ordinarie phylosophiam legentem. FINIS.
In folio..... IX. E. 26.

Opus expressum est parvo typo gallo-franco in duplici columna. Character minor est in textu, et lineas 69. in columnis integris occupat. Initialcs vel desunt, vel parvis indicantur; textus inter sectiones commentarii locum obtinet. Foliorum numeri, et custodes desunt; signaturae adsunt cum litteris et notis modo Arabicis modo Romanis: in marginis ora superiori qd paginae subjectae contineant, litteris grandiusculis exprimitur.

—— Expositio Egidii romani super libros posterio4 Aristotelis cū textu eiusdem. *Haec verba majoribus litteris gallo-francis impressa leguntur in prima voluminis pagina; et in secundo folio recto extat sequens titulus in summitate Columnae primae:* Excellentissimi artium et sacre theologie doctoris dñi Egidij Romani Archip̄sulis bituricēsis ordinis heremita4 sc̄i Augustini ī libros posterio4 Arist. expositio. *Ad calcem operis leguntur versus, in editione anni 1478 hujus operis, in Tom. 1. pag. 9. jam adnotati; et exinde additur:* Venetijs per Bonetum locatellum. sumptibus domini Octaviani Scoti. q̄rto Kalēdas Ianuarias 1495. *Adcedunt* Registrum, *et signum Typographi.*
In folio..... VII. A. 30.

Typo gallo-franco, qui major in textu commentariis inserto reperitur, expressum est opus, et in duabus columnis, quae 66. lineis minoris characteris constant. Signaturae *a-r* cum Arabicis numeris adsunt, foliorum numeratio a *2* ad *134*; custodes vero nulli: initiales florentes ligno incisae occurrunt; litteraeque in ora superiori marginum Prologum, et libros indicant.

—— Alia editio *praecedenti similis. Ad calcem post laudatos versus legitur:* Venetijs per Simonem de Luere. sumptibus dñi Andree Torresani de Asula. 18. Maij. 1500. *Adcedit* Registrum.
In folio..... VIII. C. 34.

Digitized by Google

— Exemplar alterum..... VIII. E. 3.

— Expositio Egidii Romani supra li bros elenchorum Aristotelis. Questio defensiva opinionis de medio demonstrationis eiusdem.

Laudata verba extant in prima pagina; in aversa Nuncupatoria adparet Epistola, cum hac epigraphe: Reverēdissimo dño dño Ioāni Stephano de Ferrerijs Apostolico Pronotario ac episcopo Vercellēsi Electo dignissimo theologie ac ph^{a}ie Parisius (sic) pfitenti frater Augustinus de meschiatis de bugella salutē plurimā. *Ad calcem hujusmodi Epistolae subjungitur sequens Epigramma:*

Nicolaus telluccius de sancto Miniate phi^{a}e Padue ꝑfessor ad reverendissimū dñm Ioānem Stephanum de ferrerijs episcopū Vercellensem electum.

Vita fugit: volitāt anni mors frigida falce
Nititur hostiles accelerare pedes.
Vita brevis: nr̄m est: spatio qd^{a} vivim^{a} arcto.
Nos fragiles: si qua est: perpetuare via
Foꝝa: vigor: turres: aurū: sata gramīa: ꝑles
Non dant eternos si moritura viros.
Ultima fortune substant duo p̄ma senecte.
Ultima mutant^{a}: tempore prima cadunt.
Sola igit^{e} virtus eternos prestitit annos.
Hanc sequeris: vives: mortuus alme pr̄.
Egidium virtus mortali corpore textum
Vivificat: nullo funere suppositum.

In tertia pagina Prologus *incipit hoc titulo praeditus:* Expositio Egidij Romani supra libros elenchorum Aristotelis: una cum questione defensiva opinionis de medio demonstrationis eiusdem. *Incipit*: Ex illustri prosapia oriūdo dño philippo filio p̄clari: ac venerabilis comitis flādrēsis. Frater Egidius Romanus ordinis fratrum eremitarum sancti Augustini. Salutem in eo a quo oīs sapiētia derivat. *Ad calcem* Expositionis Aegidii, *et* Questionis Fr. Augustini *verba notantur:* Explicit questio de medio demiationis (*sic pro* demonstrationis) ordinata: atq3 hinc inde a ꝑbatis auctorib^{a} collecta per me fratrem Augustinū de biella de Meschiatis: ordīnis Augustiniēsis lectorē in cuētu Patavino fratrū eremitarū. Sit deo laus et Divo Augustino prī eremita4. Tabula *deinde occurrit, et ad calcem legitur:* Et sic est finis tabule p̄rimi et sdī libri elencho4 de aureis dubijs: collectis per venerādum fratrem Augustinum de Meschiatis de Bugella. Lectorem in cōventu Padue ordinis eremitarum. Ad laudem dei et gloriose Marie virginis. Venetiis mandato et expensis dñi Andree Torresani de Asula. Per Simonē de Luere. xxiiij. Septēbris. M. d.

Digitized by Google

Nicolaus Tellucius de sancto miniate
Ad lectorem

Huc huc ītrepidi iuuēes: has currite ad ūdas
His date mellifluis colla terenda iugis.
Hic est Aonidū fons: quē cecinere poete.
Hic sapide: hic dulces: mente bibunt aque.

Deinceps occurrit Registrum.

In folio..... VIII. C. 36.

Opus exprimitur gallo-franco typo, qui majoris formae in textu adparet, gemina columna impresso. Character commentarii lineas excipit 66. in columnis integris. Signaturas habet *17-25.* cum aliis notis arabicis congruentibus. Numeri foliorum usque ad *71.* reperiuntur; et pro initialibus parva elementa in spatiis conspiciuntur.

Aesculani Cicchi. *Vide* Stabili Francisci.

Aesopi. Vita, et Fabulae *carmine latino expressae, cum Italica paraphrasi* Accii Zucchi *rhythmis ligata. Quaelibet* Fabula *exponitur primo latino carmine elegiaco, (quam versionem* Io. Alber. Fabr. Biblioth. Lat. Tom. II. pag. 28. seq. edit. Ern. *tribuit Anonymo veteri Interpreti) et deinde duobus Epigrammatis Italis (Sonetti) caudatis* (con la coda): *quorum primum Fabulam ipsam narrat, et* Materiale *inscribitur; alterum Affabulationem continet, et* Morale *vocatur. Tres priores paginae exhibent Tabulam 66. Fabularum, et in pagina sequenti occurrit hoc Epigramma Italum Interpretis:*

Sapi (sic) chio son Esopo o tu lettore
A cui gli detti mei (sic) di leggier piace.
Gia latino e uulgare fui fallace.
Emendoso per colpa del scrittore.
Hora son stato in man di correttore:
Che in latino e uulgar con mia gran pace:
Esser me fa: come gia fui: verace
Esopo et Accio Zucco translatore.
Le cose: che a fanciulli et a ignoranti
Vano per man: soglion perder sua forma
Emutar spesse volte soi sembianti.
Vien poi chi per pieta quelle reforma
Reducendole a quel: cheranno innanti
Ondio corretto son sotto tal norma.

Cauda ejusdem sic habet:

Da Gioanni a luise (sic) e da compagni sui
Con diligentia bene impresso fui.

Digitized by Google

Hisce subjicitur hoc latinum hexastichum :

Aseopus (sic) fueram deformis: non satis istud
Ad lasanum stabam sordidus: atq3 lacer.
Hic cartā: hᵉ numeros laniaverat arte resartus
Nunc docta: metuo nō piper: uncta garum.
Me lege: nec ludo tibi sit mea fabula lecto:
Vtiliter salibus seria mixta dabit.

Exinde haec alia verba sequuntur, quae titulum Operis indicant. Accii Zuchi (sic) summa Cāpaneae Veroñ. viri eruditissimi in Esopi (sic) fabulas: Interptatio per rhithmos (sic) in Libellum Zucharrinum inscriptum contexto foeliciter incipit. *In folio sequenti recto occurrit* Prohoemio (sic) *duobus Epigrammatis Italis, sub quorum postremo ad finem aversae paginae legitur:*

LEPIDISSIMI AESOPI
FABULAE.

Folium quartum incipit: (U) t iubet, (*sic*, *loco* juvet) et prosit conatur pagina praesens. *Opus desinit in folio lxxvii. recto, et in principio aversae paginae legitur :*

Intret in has haedes (sic) quisquis sociare bonorū
Agmine se exoptat: scelerumq3 horrere ministros.
Entri in la nostra scola chiunq3 usare
Vol con gli boni e li altri lasse stare

IMPRESSUM ROME DIE XXVIII.
MARCII. M. CCCC. LXXXIII.

Post hanc subscriptionem incipit Carmen Italicum inscriptum CANCIONETTE; *eique aliud prolixius subjungitur titulo:* CANZON MORALE, *cujus initium et finem adducit* Paitonus *Tom. ii. Bibliothecae* degli Autori Antichi.....volgarizzati *pag. 29. Adjicitur ad haec interpretatio Salutationis Angelicae Epigrammate Italo, sub titulo:* Ave Maria fatta per lo Anteditto Accio; *postremo occurrit* Registrum.

In 4.°..... XII. A. 25.

Deest nomen Typographi huic venustae editioni, quae adscribenda videtur *Euchario Silbero*, uti autumant *Denis Supplem. pag. 162. Audiffredus pag. 254. Laire pag. 256.* Eius character est Romanus elegans, qui in paucissimis paginis plenis occupat lineas 26. Desunt signaturae, numeri foliorum, reclamantes, et litterae initiales. Hoc opus, observante *Quadrio*, Fabularum, quae sub *Aesopi* nomine circumferuntur, versio nequaquam appellandum est; quia ejus Auctor *non hà tolto dagli antichi altro che il soggetto. (Storia, e ragione d'ogni poesia. Tom. IV. pag. 102.)*

Digitized by Google

A F ET A I

Afranii Francisci Brixiensis. Carmen in laudem Pauli Pompilii, *ejusque opusculi* de Syllababus. *Extat cum hoc opere. Vide* Pompilii.

Ailliaco Magistri Petri de. Super libros sententiarum, *hoc est, in* Primum, Tertium, et Quartum, *nam de secundo nihil habetur. Verba sequentia, majusculis litteris impressa habentur in antica pagina folii primi:* Questiones magistri Petri de Ailliaco cardinalis cameracensis super libros sententiarum. *Sequitur in folio secundo* Tabula questionum, *quindecim foliis contenta. In folio xvii.* Incipit principiū in p̄mū sententiarū reverendi in xp̄o patris et dn̄i magistri Petri de aillyaco. In sacra pagina p̄fessoris fama supethera noti. nec nō cardinalis quondā cameracen⁹ meritissimi. q⁹. olim ī hūanis adhuc degēs. resolutissimi doctoris magistri Ioh⁹is gerson parisiēsis cancellarij preceptor erat colēdissimus, et q̄ venerandus. *Quaestionibus istis adjecta sunt eius* Recōmendatio Sacre Scripturae, Principium in cursum Biblie, Questio Vesperiarum, *et* Questio de resumpta. *Ad calcem operis sequentia verba leguntur:* Expliciūt questiones magistri Petri de Aylliaco sup libros sentētiarum cum q̄busdam in fine adiunctis. Impresse Argētine Anno dn̄i. Mccccxc. Finite altera die sanctorum marty4 Tiburcij et Valeriani.
In folio..... III. G. 21.

Constat hoc opus 31. plagularum fasciculis, impressum gallo-franco charactere, in duabus columnis, et unaquaeque earum componitur 52. lineis. Typographus fasciculos signavit litteris, et Arabicis numeris; omisit tamen custodes, et numeros paginarum; et pro initialibus parva adposuit elementa.

Digitized by Google

A L

ALBERTI MAGNI. *Articulo* Compendium Theologicae Veritatis. *Tom. 1. pag. 14. post lineam 32. adde alia tria exemplaria, scilicet. XIII. B. 28. II. B. 8. II. D. 38.*

Editio valde pulchra, et prima hujusmodi operis excusa charactere gallo-franco quidem, sed Romano persimili, in duabus columnis impresso, quae lineas 35. in pagina quavis complectuntur. Fasciculis 25. constat sine signaturis, numeris foliorum, et custodibus, et cum initialibus parvis, sed quae Miniculatoris industria coeruleo, et rubro colore majores effectae sunt.

—— Alia editio. *In summitate columnae primae folii primi recti legitur titulus rubro colore impressus:* In nomine santissime et individue trinitatis. Incipit prologus in Compendium theologice veritatis. *Prologum excipit in secunda columna ejusdem paginae* Capitum Index; *et in postica pagina opus exordium sumit. Ad calcem operis haec habentur:* Explicit compendium theologice veritatis compilatum per Albertum magnum impressūq3 Venetijs ꝑ Gabrielē grassis de papia. Mcccc. lxxxv. die xiiij. Iunii. *In ultimo folio recto conspicitur Typographi signum, quod litteram* G *inter duo puncta refert, et haec minoris formae* A. *inscriptam habet, e cujus vertice Crux duplex surgit: rectangulum linea inclusum haec omnia continet.*
In 4.° ..... II. B. 7.

Typo gallo-franco minuto, in duabus columnis, quae lineas 45. exhibent, opus exprimitur. Plagularum fasciculi signati cernuntur litteris, et Arabicis numeris: desunt tamen paginarum numeri, et reclamantes; et pro initialibus parva elementa excusa fuere.

—— *Articulo* de Anima libri III. *Tom. 1. pag. 17 post lineam 1x, adde* Exemplar alterum ..... VIII. D. 2.

—— *Articulo* de Coelo *et* Mundo. *Tom. 1. pag. 18. post lineam xxxix.* Exemplar alterum ..... VIII. D. 19.

—— Alia editio, *cujus titulus in fronte primae columnae ita legitur:* Incipit liber primus de celo ac mundo Alberti magni philosophi clarissimi Tractatus primus q̄ mundus est perfectus. *Ad calcem:* Explicit liber de celo et mundo Alberti Magni. *Exinde:* Impressum Venetijs per Ioannem et Gregorium dꝰ Gregorijs fratres. Anno dñi. M. cccc. lxxxxv. die vj. Iulii. *Sequuntur* Registrum huius operis, *et* Registrum Capitulorum.
In folio ..... VIII. D. 41.

Quaelibet columna, quum binae occurrant in paginis, constat lineis 65. gallo-franci characteris. Fasciculi plagularum proprio loco signaturis, paginarum numeris, et reclamantibus exornati visuntur, et parvis litteris initiales indicantur.

Digitized by Google

—— Exemplar alterum..... IX. G. 19.

—— Exemplar tertium..... VIII. D. 2.

—— *Articulo*, Commentum physicorum, sive de physico auditu. *Tom. 1. pag. 19. post lineam III. adde:* Exemplar alterum..... VIII. C. 44.

—— *Articulo*, Liber de generatione et corruptione. *Tom. 1. pag. 19. post lineam x. adde duo alia* Exemplaria..... VIII. D. 2. *et* VIII. D. 41.

—— *Articulo*, De Mineralibus libri IV. *Tom. 1. pag. 19. post lineam XXV. adde.* Exemplar alterum..... VIII. D. 44.

—— *Articulo* metheororum *Tom. 1. pag. 19. post lineam XIX. adde.* Exemplar alterum..... IX. G. 17.

—— Alia editio. *Praefixus legitur sequens titulus:* Liber Methaurorum (sic) Alberti magni ordinis praedicatorum germanorum decoris nostro evo philosophie facile principis felicissime incipit. Tractatus primus de causis impressionum omnium materiali et efficiente. *In fine:* Expliciunt libri quatuor metheoro4 Alberti magni excellentissimi Sacre Theologie doctoris nec nō phi9e principis ordinis p̄dicato4 īpressi Venetijs per Iohannem et Gregorium de gregorijs fratres Anno domini. M. cccc. lxxxxiiij. die. xxv. februarij Laus deo. *Huic notae subjectum est* Registrum operis, *et exinde incipit* Tabula libri Metheororum Alberti magni, *in cujus fine visitur Typographorum signum.*
In folio..... IX. G. 19.

Editio est charactere gallo-franco in duabus columnis excusa, quarum quaelibet lineas 65. complectitur. Folia numerationem habent, et signaturas expressas litteris, et Romanis numeris; et in ora superiori marginis libri, et tractatus indicantur. Quatuor libris opus constat, qui in tractatus dividuntur; tractatus vero capitula continent. Custodes desunt, et pro initialibus parva elementa cernuntur. Figurae, seu circuli textui opportune inseruntur.

—— *Articulo*, Libri XXVI. de Animalibus. Romae per Simonem Nicolai de Luca 1478. *Tom. 1. pag. 19. post lineam XXXVI. Adde tria alia exemplaria, nempe*..... IX. F. 27.-IX. G. 18.-IX. G. 35.

Hujuscemodi principis venustae editionis Editor fuit *Fernandus Cordubensis Hispanus Sixti IV. Sanctaeque Sedis Apostolicae Subdiaconus*, de quo *Nicolaus Anton. in Bibl. Hispan. Vet. Tom. II. pag. 209.* Hic vero Praefationem operi praemisit, quae tota versatur in laudibus *Alberti.* Tabulam insuper addidit, in tres partes tributam; in quarum I. exhibet nomina animalium Arabica, et Graeca, in opere *sine corruptione pronuntiata*, cum Latina interpretatione. In II. annotantur loci, in quibus occurrunt vocabula corrupta sive Arabica, sive Graeca, sive Latina, eaque propriis Latinis vocabulis redduntur. In III. *Universa genera sive piscium, quae centum et septuaginta numero sunt* (verba sunt ipsius *Fernandi*) *omnia avium, serpentum, quadrupedum, quo pacto latine significentur*, exponitur. Praesens opus charactere minore Gallo-franco, binis columnis, tum unaquaeque earum 54. lineis constet, excusum est in charta satis alba, levigata, et compacta. Ampli margines carent signaturis, reclamantibus, et numeris foliorum: et vacua spatia pro initialibus visuntur.

Digitized by Google

—— Alia editio, *cujus prima pagina continet Epistolam Typographorum ad Lectores, Latino charactere impressam, sub hac epigraphe gallo-franco typo:* Divi Alberti Magni de Animalibus libri vigentisex Novissime Impressi. *In secundo folio incipit* Tabula libri Alberti Magni de animalibus, *quae est foliorum quinque. Opus initium sumit in folio sexto a titulo impresso in summitate columnae primae:* Incipit liber Alberti magni animaliū primus qui est de cōmuni diversitate animaliū. *Desinit verbo,* FINIS, *ad lineam* XIX. *primae columnae folii recti* 254, *et in secunda columna legitur:* Impressum Venetijs per Ioannem et Gregorium de Gregorijs fratres. Anno incarnationis dominice Millesimo quadrigentesimo nonagesimo quinto die. xxj. Maij. Regnante dño Augustino barbadico inclito Duce Venetia4. *Huic notae subnectuntur* Registrum huius Operis, *et Typographorum signum.*
In folio..... IX. F. 21.

Haec editio simillima est jam superius recensitae articulo *de Coelo, et Mundo,* ejusdem anni, et Typographorum.

—— Commentaria in lib. sex principiorum Gilberti Porretani. *Extant impressa cum* Praedicamentis Aristotelis, et Porphyrii Isagoge, *cum* Comment. Boetīat. *Vide* Boetii *Tom. I. pag. 144. Porphyrii Tom. II. pag. 361.* Porretani *Tom. II. pag. 363.*

—— Alia editio *excusa inter Opera* Aristotelis. *Vide* Aristotelis. *Tom. I. pag. 49.*

Albertis Leonis de. *Vide* Alberti.

Albignani Tretii Petri. *Vide Tom. III. pag. 261.* Trevii, *vel* Trecii Albignani Petri; *et inferius in hoc volumine art.* Trevii.

Alberti Trotti. *Vide Tom. I. pag. 292. et inferius art.* Ferrariis Alberti de.

Albicii Bartholomaei. *Vide* Pisis Bartholomaei de.

Albohazen Haly Filii Abenragel. *Vide* Halyabatis *Tom. I. pag. 367.*

Albrici Philosophi. De imaginibus Deorum. *Extat impressus cum* Fenestella de Magistratibus Romanorum. *Vide* Fenestellae Lucii. *Tom. I. pag. 290.*

Albubeter Arazi. *Vide* Rhasis. *Tom. III. pag. 10.*

Alchabitii, *seu* Abdilazi. Liber Isagogicus de Planetarum conjunctione, seu Introductorium. *In aversa pagina folii primi Sphaera occurrit; in fronte tertiae paginae litteris majusculis legitur:* LIBELLVS YSAGOCICVS ABDILAZI. IDEST SERVI GLORIOSI DEI: Q VI (sic) DICITVR ALCHABITIVS AD MAGISTERIVM IVDICIORVM ASTRORVM: INTERPRETATVS A IOANNE

Digitized by Google

HISPALENSI SCRIPTVMQ VE (sic) IN EVNDEM A IOANNE SAXONIE EDITVM VTILI SERIE CONNEXVM INCIPIVNT. *Sequitur in eadem pagina libri astrologici initium, quod excipit* DIFFERENTIA PRIMA. DE DIVISIONE CIRCVLI SIGNORVM. *In folio* XXVII. *incipit* COMENTVM (sic) IOHANNIS DE SAXONIA SVPER TEXTV ALCHABICII. *Ad lineam* VIII. *folii* LXXXII. *aversi:* Finitur scriptum super alchabitium ordinatū p Iohānē de saxonia in villa parisiēsi anno i33i. Correctū per artiū et medicinae doctorē dominū Bartholomeū de alten et nusia. Impressum Venetiis p Iohānē et Gregoriū de forlivio fratres āno salutis. Mccccixxxxi. in die. xxvi. Iulii. *Adcedit* Tabula foliorū hujus operis In 4.°..... VIII. A. 23.

Duplicem extare hujus operis editionem hoc eodem anno, alteram per *Iohannem*, et *Gregorium de Forlivio*, alteram per *Guilielmum de Tridino*, testatur *Denis* in *Suppl. pag. 753*. Praesens editio rotundo typo latino exprimitur, qui lineas 39 in qualibet pagina occupat. Custodes, et numeri foliorum desunt, fasciculi vero signati cernuntur litteris, et Romanis notis. Pro initialibus parva elementa in spatio quadrato reperi. *Io. Alb. Fabr. Biblioth. med. et infim. latinit. lib. IIII. pag. 30.* adnotavit *Iohannem de Saxonia* patrio nomine fuisse adpellatum *Iohannem Danck*, sive *Danckonem*, Vide insuper *Maittaire Ann. typogr. Tom. I. pag. 540.*

—— Exemplar alterum..... VIII. B. 18.

ALCIALII POMPILII. Carmen in laudem Michaelis Scoti, super Expositionem Sphaerae. *Vide* Scoti.

ALERIENSIS IOANNIS ANDREAE EPISCOPI. *Vide* Ioannis Andreae.

ALES ALEXANDRI DE. *Articulo.* Commentarium in III. lib. Sententiarum. *Tom. I. pag. 22 adde.*

—— Exemplar secundum..... V. E. 1.

—— Exemplar tertium..... V. E. 2.

—— Exemplar quartum..... V. E. 3.

—— Exemplar quintum..... V. E. 4.

—— Exemplar sextum..... V. E. 5.

—— Exemplar septimum..... V. E. 6.

—— Exemplar octavum..... V. E. 7.

ALEXANDREI [DANIELIS CAIETANI. Epigramma in Methaphysicam Iohannis Scoti. *Vide* Duns.

ALEXANDRI APHRODISAEI. *Vide* Aphrodisaei.

Digitized by Google

Alexandri de Nevo. *Vide* Osimo Nicolai de. *Tom. II. pag. 209.*

Alexandri grammatici. *Vide* Galli Alexandri.

Alexandri Georgii. *Vide* Merulae.

Alexandri Imolensis. *Vide* Tartagni Alexandri.

Alexandri Magni. *Vide* Curtii.

Aliaco Petri de. *Vide* Alliaco.

Alighieri Dantis. *Vide* Dantis.

Almanach Perpetuum. *Vide* Ephemerides.

Aloysiis Baptistae Iacobi de. Fratris Ordinis Eremitarum S. Augustini. Epistola praemissa operi Pauli Veneti in libros Aristotelis de Generatione, et Corruptione; et emendatio operum ipsius Pauli. *Symbolam quoque suam contulit in eadem recognitione* Bartholomaeus Ravennas, *aeque frater ejusdem ordinis. Item*, Emendatio *alterius operis ipsius* Pauli Veneti de compositione Mundi. *Vide* Veneti Pauli *Tom. III. pag. 334.*

—— Epistola ad Carolum Aemilianum adolescentem, patricium Venetum, *praefixa* Commentariis Alberti de Saxonia, in libros Posteriorum Aristotelis. *Vide* Saxonia *Tom. III. pag. 84.*

Alphabetum Graecum. *Vide* Chrysoloras.

Alpharabii Iacobi. Panegyricus Senatui Apostolico dictus in Ludovici Regis, et Chrystiani foederis celebritate *Praeit Epistola Nuncupatoria, cum Epigraphe:*

Dignissimo in christo patri et domino dño Geor.
De Amboysia. tituli. S Sixti Presbytero
Cardinali: Rhotomagēsi: Galliarū
Legato meritissimo: Iaco
bus Alpharabius
Leoniss. S.
P. D.

Hac absoluta ad lineam XIV. tertiae paginae, in aversa incipit *Panegyricus, cui imminet titulus:* Iacobi Alpharabii Leonissani panaegyricus ī divi Ludovici Regis et Christianī Foederis celebritate Senatui apostolico dictus. *In antica pagina folii XIII. terminatur, et protinus duae sequuntur Epistolae, quarum altera:*

Digitized by Google

LUDOVICO. XII. GALLORUM REGI.
CHRISTIANISSIMO.

Iacobus Alpharabius Leoniss. S. P. V. *In fine*: Vale et salve potentissime Rex ex optatis perpetuo tuis. Ex urbe pridie Kal. Sept. M. Di. *altera:*

FERDINANDO ET HELISABETTAE CA
THOLICIS HISPANIARUM REGIBUS
Iacobus Alpharabius. S. P. D.

Ad calcem cujus: Valete ex vestra sententia Catholici Reges perpetuo hauspicatissime. Ex urbe pridie Kal. Sept. M. Di.
In 4.° *Vide* Orationes variae..... XII. A. 81.

Etsi initio Saeculi XVI. praesens opusculum fuerit typis evulgatum, ob ipsius tamen raritatem, quod neqne in librariorum Catalogis, neque penes Bibliographos, qui editiones post Saec. XV. recensuerunt, legitur, censui, huic catalogo ipsum inserendum esse. Libri enim minimi paucarum plagularum, ob pretii, molisque exilitatem, ubi aliquot annorum aetas intercesserit, oculis se nostris subducunt, et elabuntur manibus; adeo ut difficillime, ac nullo parari pretio possint; quanta vero aviditate a rei bibliographicae cultoribus conquiri soleant hujusmodi editiones, docent *Maitthaire Tom. III. Ann. Typograph. pag. 115.* et *Zach. ab Uffenbach* in *Praefat. Tom. II. Bibliothecae suae.* Lineas 28. pagina quaelibet continet, et unico plagularum fasciculo absolvitur opusculum signatum numeris Arabicis, et elementis. Charta albedine, et firmitate conspicua; et typo rotundo, elegantique Excusor usus est, qui initiales majores litteras florentes, et ligno excusas adhibuit.

—— Declaratio compendiosa per viam divisionis super libros Rhetoricorum Aristotelis, ad formam tamen clariorem, et tabulae reducta per infrascriptum d. correctorem. *Ad calcem* Declarationis: Explicit cōpendiosa declaratio alpharabii tabulata et correcta unaa (sic) cū rethorica et poetria seq̄tib⁹ Aristotelis p̱ nobilē virū et excellentissimū artiū et medicine doctorē. D. magistrū Lancillotū de Zerlis physicū veronēsem magna cū difficultate p̱ p̱ penuriā exemplaris uni⁹ tm̄ et stilū veterē in modernum reductum. *In folio sequenti, quod est XI incipit* RETHORICA ASSEcutiva dyalecticae ē. *Post lineam IX. secundae columnae folii xlix. recti:* Explicit rhetorica aristotelis translata e greco in latinum. *Post albam paginam, incipit absolute sequens locutio circa* Poetriam Aristotelis: Inquit hermann⁹ aleman⁹ postq̄ cū nō modico labor cōsumaverā trāslationē rethorice aristotelis ex ārabico in latinū volēs manū mitere (sic) ad ei⁹ poetriam tātā inveni difficultatē p̱p̱ discōveniētiā modi metrificādi ī greco cū modo metrificādi ī arabico et p̱p̱ vocabulo4 obscuritatē et plures alias causas q̱ nō sū cōfisus me posse sane et integre illi⁹ op̱is translationē studiis tradere latino4. Assūpsi ergo edictionē (sic) averois determinativā dicti op̱is aristotelis sc̱dm̄ q̱ ip̱e aliq̱d intelligibile eligere potuit: ab ip̱o et modo quo potui in eloquiū redegi latinū. Suscipiāt igitur si placet et hui⁹ editionis poetrie translationem viri studiosi et gaudeāt se cū ac (sic) adeptos loici negocii aristotelis cōplementū. *Exinde:* Incipit determinatio ībinrosdin in poetria aristotelis. *Ad calcem secundae columnae folii aversi lxiii.* Et nos hic finem ponimus presentis intētionis.

Digitized by Google

Venetiis impressum per magistrū Philipū (sic) Venetū: Anno salutis Millesimo quadringentesimo octuagesimo p̄mo die vigesimo secundo mensis Iunii. Et totū quod ē in rethorica p̄cedenti Aristotelis: et declaratione cōpendiosa alpharabii super dc̄a rethorica ad formam tn̄ tabule clariori mō per excellētissimū correctorē reducta: et ī p̄nti poetria dicti Aristotelis correctum fuit summa diligentia et ingenio.
In folio..... XI. E. 18.

Typus hujusmodi editionis est quadratus, valde elegans, sed cum multis abbreviationibus, et complet lineas 40. in qualibet columna. Litterae cum Arabicis numeris signaturas innuunt, et parva elementa pro initialibus excusa cernuntur: foliorum numeros, et reclamantes omisit Typographus.

ALPHONSI BONIHOMINIS. *Vide* Bonihominis.

ALPHONSI REGIS CASTELLAE. Tabulae Astronomicae, *et* Canones Ioannis Saxoniensis *in easdem* Tabulas. *In summitate secundi folii recti, nam primum est vacuum, charactere rubro is titulus occurrit:* Alfontii regis castellae illustrissimi coelestiū motuū tabulae: nec nō stella4 fixarū lōgitudines ac latitudines alfontii tp̄e ad motus veritatē mira diligentia reductae. Ac p̄mo Ioānis saxoniēsis in tabulas alfontij canōes ordinati incipiūt faustissime. *Ad calcem Canonum legitur:* Finis. *Adcedunt* Tabulae *numeris Arabicis expressae, quarum titulus:* Tabulae astronomicae illustrissimi Alfontii regis castellae incipiūt sidere faelici. *Circuli astronomici occurrunt propius finem operis, haecque tandem inter duas lineas leguntur:* Finis tabularum astronomicarum Alfontii regis castelle. Impressionem quarum emendatissimā Erhard9 ratdolt augustensis mira sua arte sua (sic) et impensa foelicissimo sidere complere curavit. Anno salutis 1483. Sole in. 20 gradu Cancri gradiente hoc ē. 4. noñ. Iulii. Anno mundi. 7681. Soli deo dominanti astris Gloria.
In 4.° ..... XII. D. 45.

Editio haec princeps est, ut innuit *Freytag. Adparat. Tom. III. pag. 737.* Ejus typus est gallo-francus, et opus absolvitur 12. plagularum fasciculis, in quibus visuntur pro signaturis litterae Arabicis numeris iunctae; initiales majores, et florentes ut plurimum adparent; numeri vero chartarum, et custodes desiderantur.

—— *Eodem Articulo in Tom. I. pag. 25, post lineam XLV. Adde:* Exemplar alterum..... VIII. A. 25.

Haec est secunda hujusmodi operis editio impressa *Venetiis* 1482. in qua occurrunt *Additiones, et Canones Ioannis Lucilii Santritter.* Typi sunt gallo-franci, et plagularum fasciculi signati conspiciuntur litteris tantum; numeri foliorum, et custodes omisit Typographus, qui omisit etiam quamplures litteras initiales; quasdam vero florentes et ligno incisas adposuit.

ALPHONSI A SPINA. *Vide.* Spina *Tom. III. pag. 141.*

ALPHONSI TOLETANI. *Vide* Vargas Alphonsi *Tom. III. pag. 308.*

ALVERNIA PETRI DE. Supplementum Commentariorum S. Thomae Aquinatis in libros Aristotelis de Coelo, et mundo. *Extat cum textu* Aristotelis, *et* Commentariis S. Thomae. *Vide* Thomae.

Digitized by Google

A M

Amalthei Pauli. Carmen Eligiacum in Methephysicam Iohannis Scoti. *Vide* Duns Iohannis. *Tom. 1. pag. 160, et seq.*

Amasei Hieronymi

VATICINIVM QUO PRAEDICITVR
VNIVERSVM ORBEM TERRA-
RVM CHRISTIANAE RE
LIGIONIS IMPERIVM
SVBITVRVM

* * * *
* * *
*

Is titulus occurrit in prima voluminis pagina, et in secundo recto incipit Poema, cui sequentia verba praefixa leguntur: HIERONYMI Amasei Vtinensis Bononia oriundi Poetae, et Philosophi Poema ad Accursium Maineriũ Annionensem Iureconsultum Clarissimum, et Ludovici Christianissimi Gallorum Regis Apud Venetos Oratorem Facundissimum. *Opus desinit in folio xii. averso, verbis*

Finis.

* DEO * * * GRATIAS *

* AMEN *

M. CCCCLXXXXVIIII. DIE. XX. Septembris.
In 4.°..... XII. A. 21.

Sine nomine Typographi, et loci. Editio elegantissima, impressa rotundo venusto charactere, qui lineis 28 complet integras paginas, in quibus desunt numeri, et reclamantes; et pro signaturis elementa Romanis numeris sociata conspiciuntur.

S. Ambrosii Episcopi Mediolanensis. *Artic.* Epistolae *Tom. 1. pag. 28, post lineam xxii. adde:*

—— Exemplar alterum..... 11. E. 34.

Digitized by Google

Ambrosii Camaldulensis. *Vide* Traversarii Ambrosii.

Ambrosii de Spiera. *Vide* Spiera Ambrosii de.

Ampigollis Antonii. *Vide* Rampigollis.

Ammiani Grammatici. De differentia dictionum. *graece*. *Vide* Dictionarium graecum.

Amphilochii. Episcopi Iconii. Vitae S. P. Basilii, *et* S. P. Efrem. *Vide* Vitae SS. PP.

Digitized by Google

A N

Anastasii Bibliothecarii. Versio vitae S. Iohannis Eleemosynarii ad Nicolaum P. I. *Vide* Vitae SS. PP. *Tom. III.*

Anastasii PP. I. S. Epistola ad Ioannem Hierosolymae Episcopum, ad consultationem ipsius de Rufini nomine respondentis et incusantis, quod impia Origenis dogmata transtulerit. *Extat inter* opera S. Hieronymi. *Vide Tom. I. Operum* S. Hieronymi.

Ancharano Petri de. *Vide* Ankarano.

Ancona Augustini de. *Vide* Triumphi Augustini. *Tom. III. pag. 261.*

Andreae Antonii. *Artic.* Quaestiones super XII libros methaphisicarum Aristotelis. *Tom. I. pag. 30. post lineam XIII. adde:*

—— Exemplar alterum .... VIII. C. 26.

—— Alia editio, *cujus* Registrum *occurrit in aversa pagina folii primi in secundo folio recto Prooemium titulum habet rubro colore excusum, haecque exprimit:* Incipit scriptum aureum sup̄ metaphysicā Aristotelis secūdū novam translationem editum ab excellētissimo viro fratre Antonio Andree ordinis minorum p̄vincie Aragonie. Proemium. *In fine extat sequens typographica notitia:* Scriptum super metaphysicā Aristotelis secūdum novam translationē editum ab excellentissimo viro fratre Antonio Andree ordinis mino4 p̄vincie Aragonie hic finē habet feliciter. Venetijs cura et diligentia impressū p̄ Antoniū de strata de Cremona: Anno dñi. M. cccc. lxxxij. die vero. xxj. Novēbris. Sixto iiij. pontifice maximo Rome petri sedem regente: et Ioāne Mocenico inclyto principe Venetijs principante.
In folio ..... VIII. E. 11.

In charactere gallo-franco, et gemina columna impressum est hoc opus, cum marginibus satis amplis. Lineas 58 in columnis integris numeravi, et signaturas reperi instructas litteris, et Arabicis notis: custodes tamen, numeri paginarum, et initiales litterae desunt.

—— Alia editio, *quae in prima pagina habet sequentia verba:* Questiones Antonij andree super duodecim libros methaphysice: *in secunda pagina adest* Tabula: *et in secundo recto, Prooemium initium sumit a titulo:* Altissimi doctoris Antonij Andree seraphici ordinis minorum quaestiones subtilissime super duodecim libros methaphisice Arist. feliciter incipiunt. *Ad calcem:* Finiunt quaestiones subtilissime super. xij. libris meth. Arist. excellentissimi artium et sacre theologie doctoris Antonij Andree ordinis minorum. accuratissime emendate per doctissimum sacre theologie bachalarium (sic) formatum fratrem Lucam de Suberato eiusdem ordinis; et provincie Thuscie. Impresse Venetijs arte

Digitized by Google

ac impensis Gregorij et Ioannis Gregorijs de Forlivio Anno salutifere incarnationis Domini. 1495. die 15. Octobris. *Subnexum cernitur* Registrum huius operis. In folio ..... VIII. F. 2.

Opus typo gallo-franco rudissimo, et in duabus columnis excuditur, quae lineas 70. complectuntur in paginis integris. Fasciculi plagularum cum litteris, Arabicisque numeris signantur; *Libri, et Quaestiones* in ora superiori marginis indicantur, nec non foliorum numeri; reclamantes etiam in inferiori margine occurrunt, et initiales litterae florentes conspiciuntur.

—— Exemplar alterum..... VIII. C. 25.

—— Scriptum super arte veteri, *seu* Logica Aristotelis: *In principio columnae primae folii primi recti:* Incipit scriptum Antonij Andree ordinis mino4 super tota arte veteri Aristotelis: cum quaestionibus eiusdē. *Ad calcem:* Explicit totū scriptū sup̄ libros veteri (sic) logice editū a fratre antonio andree ordīs minorum: Impssū venetijs p̄ Octavianū scotū modoetiensem. i480. Nono kalendas Ianuarij. *Post haec:* Incipit tabula totius operis, *quae totam occupat primam paginam ultimi folii.*
In folio..... VIII. F. 35.

Excusum est volumen duplici columna, charactere gallo-franco rudi, et minuto, qui lineas 56. in paginis integris implet. Signaturae suo loco visuntur; attamen numeri foliorum, et custodes desiderantur. Initiales deerant, sed Minicularius colore rubro easdem supplevit.

—— Exemplar alterum..... VIII. C. 11.

—— Exemplar tertium..... VIII. C. 40.

—— Alia editio, *cui adcedit* Scriptum *ejusdem* sup̄ librū divisionum Boetij. *Titulus in summitate columnae primae, ut in praecedenti editione. Opere absoluto:* Incipit tabula, *et ad hujus calcem leguntur verba:* Expliciunt tituli questionum totius logice veteris. Et per consequens totum opus accuratissime emendatū per eximium artium et medicine professorem Ioannem Mariam macellum vincentinum venetijs tertio nonas novembris. 1492. *Sequitur* Registrum, *cui subnectitur sequens notitia typographica:* Impressum est hoc opus Venetijs p̄ Otinū papiēsē Anno domini. M. CCCC. LXXXXVI. Regnāte inclyto principe Augustino barbadico.
In folio..... VIII. F. 15.

Nullum foliorum numerum, ac custodem in hoc volumine deprehendi; secus vero de signaturis dicendum est. Typus, quo excuditur, gallo-francus admodum rudis est, et geminam columnam amplectitur, qui lineas occupat 72 in paginis perfectis. In superioribus marginibus eodem charactere, sed majusculo, libri indicantur. Initiales modo a parvis litteris supplentur, modo omnino desiderantur.

—— Quaestiones super libros sex principiorum, Gilberti Porretani. *Extant impressae cum* Questionibus Iohannis Scoti, *cujus* discipulus Antonius Andreas *in titulo earumdem exprimitur. Vide.* Duns. *Tom. 1. pag. 160. et seq.*

Digitized by Google

—— Quaestiones de tribus principiis rerum naturalium. *Extant cum* Summulis Petri Hispani, a Nicolao de Orbellis *expositis. Vide:* Orbellis Nicolai de. *Tom. II. pag. 201.* et *seq. Vide insuper* Mayronis Francisci de: *Tom. II. pag. 109.*

Andreae Ioannis Episcopi Aleriensis. *Vide infra* Ioannis Andreae.

Andreae Ioannis. Quaestiones Mercuriales. *Tom. I. pag. 31. post lineam XXXIX. adde:* Exemplar alterum..... VII. E. 4.

—— Alia editio, *cui nullus inest titulus in principio, et incipit absolute a verbis:* NON est novum. *Ad calcem secundae columnae folii CXXXIX. recti Typotheta addidit:* Merculiales. q. sup̄ rgul' iuris Io. an. Imp̄sse Rome p̄ honorabilē virū mgr̄m Georgium Laur de Herbipoli. Anno. M. CCCC. LXXVI. Die vero Iovis ultīa mēsis Octobris. Finiunt feliciter. *In aversa facie ejusdem folii incipiunt* Rubrice. Io. an. in addit. spec., *quae occupant septem paginas; et in ultimo folio recto occurrit Operis Registrum. In folio majori....* VII. D. 31.

Duplici columna, quae constat lineis 60. rotundi characteris usitatioris *Georgii Laveri*, impressum est opus, quod signaturis, numeris foliorum, et custodibus caret, et pro initialibus modo parva elementa, modo vacua spatia occurrunt. Editio summopere rara, quam *Audiffredus* adfert *in Supplem. pag. 47.*

—— Novellae super Sexto. *Titulus eidem praepositus ita se habet:* EXIMII AC Monarce doctoris Iohannis Andree. Novelle Opus Foeliciter Incipit. *In fine secundae columnae primae paginae folii CCLIX. typographica nota haec refert:* Novelle Io. an. sup̄ Sexto Impresse Rome p̄ honorabilem virum Magistrum Georgium Laur de Herbipoli Anno. M. CCCC. LXXVI. Die xvii. mēsis Iulii. Pontificatus santissimi (sic) in xp̄o pr̄is et dn̄i nr̄i dn̄i Sixti divina p̄videntia pape quarti anno eius. v. finiūt felicit'. In folio majori..... VII. D. 31.

Quae ad rem typographicam spectant in hoc opere, adamussim conveniunt cum descripto superius, cum quo extat in uno volumine compactum, ita ut supervacaneum foret eadem iterare.

—— Tractatulus de Sponsalibus, et Matrimoniis. *Vide* Formularium Instrumentorum. *Tom. I. pag. 311.*

—— Commentaria in Clementis V. Constitutiones, *cum textu. Vide* Clementis V. *Tom. I. pag. 202.*

—— Adparatus in VI. Decretalium, et Clementis V. Constitutiones, *cum textu earumdem. Vide* Bonifacii VIII. *Tom. I. pag. 113. et* Clementis V. *Cit. l.*

—— Additiones ad Speculum juris Guilhelmi Duranti. *Vide* Duranti. *Tom. I. pag. 270.*

Digitized by Google

ANDRELINI PUBLII FAUSTI. Poemata varia, *impressa* Parisiis *a variis Typographis, scilicet* Ioanne Parvo, Guidone Mercatore, Antonio Veneto, Dionysio Roche, *et* Felice Baligaut, *quorum aliqua sunt cum anni nota, aliqua carent, aliqua vero licet excusa prioribus annis saec. XVI. hic tamen adnotare non inutile autumamus ob eorum raritatem, et pretium et quia unum volumen constituunt, in quo haec insunt:*

I. Livia, *sive* Amorum libri tres. *In summitate primae paginae legitur:* Livia fausti Poetae Laureati. *His verbis subnectitur quadrangulum xylographicum oblongum, arborem exhibens, in dextro et sinistro pueri, aves in medio ramis insident. In medio visitur scutulum litteras* I P *nodis ligatas inscriptas habens, quae* Ioannem Petit, *vel* Parvum *indicant, cujus impensa opus impressum fuit. Leo, et Leaena idem scutulum ex utraque parte unguibus sustentant, et in inferiori parte rectanguli capitalibus litteris legitur*: IEHAN PETIT. *In secundo folio praemittitur operi sequens inscriptio:* Publii Fausti Andrelini Foroliviensis excellentissimi Poetae Laureati ad eminētissimum Frācie Cācellariū guielmū de rupeforti Amorū Liber primus incipit ꝙ post habitis arduis rebus velit amores Iuventutis sue convenienter describere cū autem ad maturiorem aetatem pervenerit graviora (si fata permiserint) aggrediatur. *Liber tertius desinit in folio LII. averso, verbo,* Finis.

Typo gallo-franco minusculo impressum est praesens opusculum, cujus initiales florentes ligno insculptae cernuntur, cum signaturis tantum in inferiori ora paginarum: Excusum videtur circa annum 1490.

II. Elegie Fausti. *Huic titulo adcedit eadem xylographica tabula supra notata, cui subnectuntur verba:* Venditur in Leone Argenteo Vici Sancti Iacobi. *In secundo folio incipit* Publii fausti Andrelini Foroliviensis illustris Poetae Laureati ad litteratissimū Thomā custodiam serenissimi anglici regis oratorem benemeritum Epistola. *In folio XLV. recto extat* Tertii Libri Finis. *In aversa pagina ejusdem folii occurrit* Epistola Publii Fausti Andrelini Foroliviensis ad Carolum Burreum parisiensem Patricium: ac Regiū Thesaurarium bene merentem, *qua ipsi nuncupat* Tumultuarium opusculum, *quod quinque folia occupat, et ad calcem legitur:* Finis tumultuarii opusculi. PRO Iohanne PETIT.

David Clement Biblioth. Curieuse Historique et Crit. Tom. I. pag. 323. et *Mazzuchellius Tom. I. Par. II. pag. 718.* referunt praesentem editionem ad annum 1494. Impressa est charactere Romano cum signaturis tantum.

III. BUCCOLICA FAUSTI. *Huic titulo adcedit distichon:*

Laurea serta gerens musisq3 excultus amaenis
Gymnasium faustus parisiense polit.

Subnexa est tabula lignea xylographica, quae Faustum *e cathedra docentem, discipulis stipatum repraesentat. In postica pagina legitur Epistola, qua* Faustus Petro coardo primario frāciae praesidi. S. *dicit. Desinit ad lineam VI.*

Digitized by Google

secundae paginae folii secundi. In tertio folio incipit Publii fausti andrelini foroliviensis laureati ac regii poetae Ad Robertum brisonetum eminentissimum Franciae cancellarium ac reverendissimum rhemensem archiepiscopum. Buccolicū carmen. *Desinit in folio averso* xxxv. *Sequuntur.* I. *duae* Elegiae *ejusdem.* Ad petrum coardum primariū Franciae Praesidem. II. *Ejusdem* Carmen de fuga balbi ex urbe parisia (sic). *Huic praeit* Publii Fausti Andrelini Foroliviensis clarissimi Poetae laureati: Ad Robertum guaginū divi maturini Parisiensis ministrum maiorem Epistola. *Post carmen occurrit Epistola ejusdem* Guagini ad Faustum, *data* Ex aedibus nostris parisiacis (sic). xvi. septembris. MCCCCLXXXVI. *Tandem ultimo loco habetur carmen cujus titulus:* Faustus de beata virgine christum crucifixum in gremio suo deflente. *In antica facie folii* xlviii. *legitur Editoris epistola, sic inscripta:* Ioannes Antonius Venetus libelli impressor Lectori. S. Habes studiose Lector Fausti Poetae regii buccolica: quae adeo exculto venustoq3 Virgilii (sic) neq3 calphurnij aeglogis mea quidem sententia cedant. Sum brevi et alia eius opera latinis castigatisq3 characteribus impressurus: ne tam divini Poetae monumentis careas et Ioannem Antonium Venetum pulcherrima haec poemata impressoria arte sua divulgantem etiam atq3 etiam ames. Vale. Ex gymnasio parisiensi quinto nonas martias. Anno a natali xp̄iano Milesimo quingentesimo primo. Parisiis.

Typus est nitidissimus latinus, cum signaturis, litteris, Romanisque notis.

IV. Publii Fausti Andrelini Foroliviensis Regii poetae laureati.

1. De obitu Caroli octavi deploratio.
2. Eiusdem de eodem ad Guidonem Rupifortem Epistola.
3. Eiusdem de eodem varia epitaphia.
4. Eiusdē carmē de Parrhisiae urbis cōgratulatione in Petri coardi primi frāciae presidis electione.
5. Eiusdem carmen ad Laurentium Burellum Carmelitam: theologum et confessorem regiū.

His supposita est Ioannis Parvi *tabula.*

Ad lineam iv. *folii* xi. *aversi, post verbum* FINIS, *additum est:* Parrhisiis īpressum. Anno a natali christiano. 1504. Ludovico duodecimo regnante: Die. 4. mensis octobris. Pro Iohanne petit.

V. Faustus de moralibus Intellectualibusq3 virtutibus. *Extat supposita eadem tabula* Ioannis Petit. *Epistola Nuncupatoria in aversa pagina sic inscribitur:* Publius Faustus Andrelinus Foroliviensis Regius Poeta Laureatus Clarissimo petro coardo primo praesidi parrhisiensi omni virtutis laude cumulatissimo. Salutem. *Titulus Poemati adpositus, ita se habet:* Publii Fausti Andrelini Foroliviēsis Regii Poetae laureati Ad Reverēdissimū dn̄m Robertū brissonetū archiepiscopum Remensem Ac ēminentissimum frāciae cancellarium Et ad clarissimū petrum Coardum Primū praesidē Parrhisiēsē de moralibus Intellectualibusq3 virtutib⁹ Panegyricū Carmen Incipit.

In folio xvi. *averso, post* Carmen, *leguntur emendationes erratorum.*

Sine ulla typographica notitia. Memoratur a *Mazzucchellio c. l.*

Digitized by Google

VI. Faustus de influentia Syderum. Et querela parrhisiensis pavimēti. *Laudata verba majoribus gallo-francis litteris excusa in summitate primae paginae subnexam habent tabellam xylographicam quadratam, quae signum Typographi exhibet in scutulo rosae affixo, quodque duo gryphi unguibus sustentant. In scutulo perpendiculi instrumentum, vulgo* Archipenzolo, *adparet: inter crura concha; in quolibet vero ex duobus superioribus spatiis caput canis visitur. Ad rosae radices Canis extat; litterae* D. R. *hinc inde sunt. In parte superiori quadrati legitur:* DENIS ROCE: *in inferiori:* A LA VENTURE. *Titulus Poematii, ita se habet:* Publi Fausti Andrelini Foroliviensis poete Laureati ad guillermū budeū parrhisiensem patricium: greca et latina litteratura insignitum de influentia syderū. et querela parrhisiensis pavimenti Carmen. *Terminatur ad lineam* XIV. *folii* VI. *aversi, et post verbum* Explicit, *additur:*

Ingratus ne sis invenis quin pectore toto
Felici grates qui tibi pressit agas.

Hoc Andrelini opusculum fugit *Mazzuchellium*, *Clement*, *Baillet*, caeterosque Scriptores, qui ejusdem opellas recensuere. Gallo-francus character lineas 20. implet in paginis integris, signatura *a*-3. adhaeret in ora inferiori paginarum; numeri vero foliorum, et custodes desunt.

VII. Faustus de Neapolitana Fornoviensiq3 Victoria. *Is titulus gallo-francis majoribus typis legitur praefixus tabellae* Ioannis Petit. *Sequitur in secunda pagina ejusdem folii Epigramma:*

Faustus Ad lectorem.
Praelia magnanimi quondam victricia carli (sic)
Si nescis: praesens testificatur opus.
Forsan adulator gallis contrarius armis
Scribet: ut ausoniae palma sit ista manus.
Sed bona posteritas nullam inclinata per oram
Hic verax dicet: falsus at iste fuit.

Huic subnexum cernitur Andegavensis *Familiae Stemma. In sequenti folio incipit Carmen a titulo:* Publii Fausti Andrelini Foroliviensis decretorum doctoris laureatiq3: ac regii poetae de neapolitana: fornoviēsiq3 victoria ad carolum octavū francorū: sciciliae (sic): ac hierusalem regē christianissimū invictissimūq3. *Desinit ad lineam* VIII. *folii* XXXII. *recti, ac dein legitur:* Libri duo de gestis gloriosissimi caroli francorū regis octavi: a clarissīo poeta fausto Andrelino foroliviēsi compositi: et summa cū diligentia a Guidone mercatore. ac Iohanne parvo in bellovisu impressi: Parisiis. Anno a natali christiano. M. CCCC. LXXXXVI. pridie Kal^{s} Septembres. *Post spatium trium linearum occurrunt errata typographica, eorumque emendationes.*

Digitized by Google

VIII. Faustus de captivitate Ludovici sphorcie. *Is titulus extat praefixus tabellae* Iohannis Parvi. *In postica facie ejusdem folii legitur primo sequens* Fausti epigramma a se recitatum: cū regiae Francorū maiestati libellum hunc obtulit.

Si vacat o princeps magnorum maxime regum
Accipe militiae fortia gesta tuae
Ecce triumphatum referentia carmina maurum
Sic tuus ex omni gente triumphus eat
Ne spernas tenui defluxa poemata rivo:
Interdum ex minima fons scatet altus aqua.
Secundo, idem Favstus Maurum tyrannos alloquentem introducens.
Ille ego sum maurus franco qui captus ab hoste
Exemplum instabilis non leve sortis eo
Quid nā scaeptra iuvant totum invidiosa per orbē
Sic miseros explet vita tyranna dies.

In sequenti folio incipit Publii Fausti Andrelini Foroliviensis Laureati ac regii poetae. Ad christianissimū invictissimūq3 Francorum Regem Ludovicum duodecimum. De captivitate Ludovici sphorciae Triumphus. *Terminantur in folio x averso, et post lineam XIII. addita sunt sequentia verba:* FINIS. Anno a nativitate domini nostri Iesu christi M. CCCCC. V. Die. xxvi. Maii. in almo Parisiēsi gymnasio Impressum. Pro Iohanne Petit.

IX. Publii Fausti andrelini foroliviēsis excellētissimi poetae laureati: ad serenissimū Carolū frācorū regē Panaegyricum carmen Incipit. *Post laudata verba adcedit eadem lignea tabella* Dionysii Roce, numero *IV. descripta, sed in hac leguntur sequentia verba in fascia, quae quadratum ambit:* A LA VENTURE. TOUT. VIENT APONIT. QUI PEUT ATENDRE. DENIS. ROCE. *In secundo folio recto incipit* Carmen, *et desinit in aversa pagina folii VI. ad lineam VIII. verbo,* Finis.

X. Epithalamium Fausti de Claudia Regia: et francisco valesiorum duce.

Est opusculum plagularum sex, excusum eodem charactere. *Mazzuchelli Tom. 1. Par. II. pag. 719.* refert hoc opusculum, et addit: *Dall'essersi le Nozze fra Claudia figliuola di Lodovico XII. e Francesco di Valois, che fu poscia Re di Francia sotto il nome di Francesco I. celebrate nel 1514. si può dedurre il tempo in cui fu dall'Andrelini composto e dato alla luce quest' Epitalamio.*

XI. Faustus de Neapolitana victoria.

Huic titulo subnexa visitur tabella xylographica, quae repraesentat arborem, ex qua scutum pendet, quod nomen Typographi, nempe FELIX.

Digitized by Google

(Balligaut) *inscriptum habet. In inferiori parte dictae tabulae leguntur versus sequentes*:

Felix quē faciūt aliena ꝑicla cautum
Felici monumenta die felicia felix
Pressit : et hec vicii dant retinentve nichil.

In aversa pagina incipit : Publii fausti andrelini foroliviensis poete laureati ad iohannem stephanū ferreriū designatum vercellensem episcopum et omni virtutis laude cumulatissimum carmen.

Latuit haec opella scriptores, qui *Fausti Andrelini* opuscula notarunt. Excusa cernitur typo gallo-franco nitido, et majusculo, cum signaturis *a 2 a 3* ac proinde constat plagulis sex. *Felix Balligaut Parisiis* impressit ab anno 1488. ad annum 1499. Exarata ipsa videtur circa annum 1496. quum eo anno, juxta *Ughellium*, Stephanus *Ferrerius* evectus fuerit ad Episcopatum vercellensem.

XII. Faustus de secunda victoria Neapolitana. *Praeit Epistola Nuncupatoria sic inscripta* FAUSTUS PETRO COARDO MECOENATI SVO AC PRIMARIO SENATVS: PARISIENSIS PRAESIDI. S. *Ad calcem Epistolae legitur.*

Recitatum a Fausto distichon
in libelli oblatione.
Magna dabit: qui magna potest: mihi parva petenti
Paucaq3 poscenti : parva dedisse sat est.

In tertio folio incipit :

PUBLII FAVSTI ANDRELINI FOROLIVIENSIS LAVREATI AC REGII POETAE
DE SECVNDA NEAPOLITANA
VICTORIA AD INVICTISSIMVM
CHRISTIANISSIMUMq3 LU
DOVICVM DVODECI
MVM FRANCORVM
REGEM
SyLVA

Sylva *absoluta: sequuntur Epigrammata nonnulla ejusdem Auctoris; ad quorum calcem in folio recto* XIV. *legitur:* Impressum Parisiis per magistrum Guidonem Mercatorem. In Bellovisu. Anno a nativitate redemptoris Millesimo quingētesimo secūdo sexto Augusti. Pro Iohanne Petit. *In aversa facie extat ejusdem* Iohannis Parvi *tabula xylographica.*
In 4.° ..... X. A. 32.

Digitized by Google

Recensentur satis copiose notata opuscula a scriptoribus quamplurimis, qui testantur difficillime ea reperiri; idque etiam docet. *David Clement Biblioth. Curieuse Histo. et Critiq. Tom. I. pag. 323. M. Baillet avait dit Tom. IV. P. I. pag. 329. que les Poësies de* Faustus Andrelinus *n'étoient point rares, parcequ'on les avait imprimées en plusieurs endroit et en divers tems, et qu'elles n'étoient pas fort excellentes, ni fort recherchées.* M. de la Monnoye *le contredit, dans la note qu'il a mis au bas de la page et déclare qu'elles sont TRES rares, et sur tout sa LIVIE, et les 3 livres de ses autres Élégies.....Il a raison par raport aux Éditions qu'il a citées: étant encore du XVIme Siècle, elle portent avec elles le caractère de leur rareté. Ajoutons-y, que ce sont des pièces volantes, qui se perdent facilement, et que l'on ne trouve plus, après cent ans, que par rencontre.*

Angeli de Aretio. *Vide* Gambillionibus Angeli de.

Angeli de Clavasio. *Vide* Clavasio.

Angeli Iohannis. *Vide* Aichach.

Angeli de Perusio. *Vide* Ubaldis Angeli de.

Angeli Tiphernatis. *Vide* Tifernatis.

Angeli Episcopi Albanensis. Constitutiones. *Vide* Marchiae Anconitanae Constitutiones.

Anglici Ioannis. Articulo Commentum in Iohannis Duns Quaestionibus. Venetiis per Iohannem Daunome 1483. *Adde*: Exemplar alterum. VIII. A. 48.

Anglonese. *Vide* Yonatae.

Anguillaris Stephani. Carmen in laudem Pauli Pompilii, ejusque operis de Syllababus. *Extat cum hoc opere. Vide* Pompilii.

Aniani Magistri. *Vide infra* Aviani.

Ankarano Petri de. Consilia juridica. Partes II. *Praecedit Index, seu Tabula foliorum 19, et hic Index exhibet summaria Consiliorum, collocata sub congruis rubricis decretalium; quae quidem Rubricae ipsi Indici praepositae sunt. In nostro Exemplari, forsan ob Compactoris incuriam, occurrit in principio voluminis Registrum foliorum utriusque partis; et in fine Indicis legitur:* Praestantissimi atq3 lucidissimi iuris utriusq3 interpretis Do. Petri de ankarano suo4 excellentissimorum consiliorum finitur tabula. *In sequenti folio xx incipiunt* Consilia, *ac desinunt in folio cxlvii. averso; et ad calcem secundae columnae legitur:* Finis p̄me partis cōnsilio4 famosissimi iuris doctoris dn̄i Petri de Ankarano collecto4 et ordinato4 in alma (sic) studio bononienn̄. *Sequitur* Pars secunda *in secundo volumine, cujus titulus:* Incipit secunda pars libri consilio4 famosissimi iuris doctoris domini Petri de Ankarano etc. etc. *Desinit in prima columna folii aversi cclı. et exinde notitia typographica occurrit his verbis:* Finis sc̄de p̄tis ɔsilio4 eximii utriusq3 iuris. do. p. de. an. Rome

Digitized by Google

īpressum per magr̄m adam Rot clicum met⁹n. dioc̄. Anno salutis. M. CCCC. LXXIIII. XXVII. mēsis. Iunii. Sub Sixto. IIII. Ponti. max.
In folio majori Tom. II..... VI. F. 11. 12.

Satis amplis marginibus editionis hujus Excusor paginas bipartitas circumsepsit, sed impressis notis margines eosdem omnino destitutos reliquit. Typus, quo excudit opus, rotundus est, paulo inaequalis, et littera I puncto destituitur. Columnae singulae integrae conflantur lineis 54. Cuivis *Consilio* titulus, et numerus adponitur; priores litterae eorumdem *Consiliorum* quadratis plerumque elementis exprimuntur. Initiales omnino desunt, et pro iisdem quadrata spatia adsignavit Typographus; charta densa est, et alba.

—— Repetitio super Canonum Statuta de Constitutionibus. *Adcedunt:* Repetitiones *aliae. Ultima ex* Repetitionibus, *quas complectitur haec editio inscribitur:* Incipit Capitulū in pncia situatum in titulo de probatōnibus solēpniter (sic) et subtilissime repetitum per dominū. Pe. de. An. utriusq3 iur̄. doc. famosissimū. *In fine hujus legitur:* Finis huius liberi (sic) die vero veneris tertia mensis februarii. M. cccclxxv. LAUS DEO. *In sequenti folio recto habetur* Registrum quinterno4
In folio majori..... XII. I. 41.

Desunt Typographi nomen, et impressionis locus; licet characteris forma, aliaeque editionis notae fidem facere videantur, editionem esse Romanam, evulgatam typis *Iohannis Reynard de Enyngen;* uti suspicati sunt *Audiffredus pag. 445.* et *P. Lairus pag. 228.* Character rotundus, sed aliquantum inaequalis, chartae firmae, et compactae imprimitur. Voluminis hujus Excusor, paginas duplici columna distinxit, et earum utramque constare voluit lineis 58. Margines, a quocumque signo liberi, satis ampli visuntur; et initialibus adpingendis spatia quadrata destinavit Typographus.

Annae Ioannis *Ord.* FF. PRAEDICATORUM. *Vide* Ioannis Neapolitani.

Antiquarii Iacobi. Epistolae ad Angelum Politianum, Marsilium Ficinum, Bernardum Riccium, et Ioannem Picum Mirandulam; *scilicet quatuor ad* Politianum *in lib.* IV; *una ad* Marsilium Ficinum, *in lib.* VI; *una ad* Bernardum Riccium, *altera ad* Ioannem Picum Mirandulam; *et duae ad* Angelum Politianum *in lib.* IX. *quinque ad* Politianum *in lib.* XI. *Epistolarum* Politiani. *Vide* Politiani.

Antoniani. Epistola ad Curtium. *Extat cum Epistolis* Q. Curtii. *Vide* Curtii.

Antonii de Bitonto. *Vide* Bitonti.

Antonii Marci. Epistolae duae ad M. Tullium Ciceronem. *Extant cum Epistolis* Ciceronis *ad* Atticum. *Vide* Ciceronis.

Antonii. Scriptoris. Vitae S. Simeonis Stylitae. *Vide* Vitae SS. PP.

Antonini Pii. Fragmenta duo Itinerarii, *cum Commentariis* Annii Viterbiensis. *Vide* Nanii.

Digitized by Google

S. Antonini Archiepiscopi Florentini. *Articulo*, Summa Theologiae. Venetiis ex officina Nicolai Ienson 1479. *pag. 34. Tom. 1. post lineam xliii. adde:*

—— Exemplar alterum..... VI. E. 8.

—— Alia editio. *In tertia pagina incipit* Prologus *a titulo:* Prima pars sūme frīs Anthonini de Florētia: Ordinis predicatorum et Archiepī Florentini. In qua agitur de aīa et de pertinentibus ad ipsam. Incipit proemium totius operis. *Sequitur Tabula Titulorum, et Capitum, et in iis primus versus majusculo excuditur typo. In fine legitur:* Hic finis prime partis sūme Anthonini: ordinis predicatorum: archipēsulis florentini summa cura: et opera castigate atq3 emēdate. Impressioniq3 dedite venetiis per Leonardum Wild de Ratisbona. M. CCCC. LXXXI. Obiit idem Sacre scripture interpres. Anno legis gratie. Millesimo quadringentesimo q̄nquagesimo VI. nonas maii: cui⁹ epithaphium sepulture hoc est affixum:

Hic est ille tuus pastor florentia: pro quo
Non cessas mesto spargere rore genas
Patribus haud priscis pietate Anthonīus īpar
Qui scripsit quicquid littera sacra docet

In prima ultimi folii pagina adparet Registrum.
In folio..... IV. E. 11.

Duae columnae in paginis occurrunt lineīs 58. gallo-franci characteris praeditae; fasciculis plagularum 29. volumen absolvitur, cum signaturis, seu litteris, et Arabicis notis; numeri paginarum, et custodes nulli: In ora superiori marginis tituli, et capita indicantur: initialis littera prima desideratur, reliquae parvis supplentur formis; sed Miniculator colore rubro illam adpinxit, caeteras majores reddidit.

—— Exemplar alterum..... IV. E. 12.

—— Exemplar tertium..... IV. E. 13.

—— Alia editio. *Titulus, ut in praecedenti editione: ad calcem legitur:* Hic finis prime partis sūme Anthonini ordinis predicatorum archipresulis florentini. Summa cura et opera castigate atq3 emendate. Impressioniq3 dedite Venetiis per Marinum saracenum: sub anno dn̄i 1487. die 18. Ianuarii regnante inclito venetorum prīcipe Augustino barbaricho. Obiit idem sacre etc. etc. *ut in laudata praec. editione.* Registrum *in antica pagina ultimi folii adest.*
In folio..... IV. F. 15.

Typus est gallo-francus, qui lineas 59. in columnis integris perficit, et volumen constat 28. plagularum fasciculis, cum signaturis; reliqua sunt ut in editione praecedenti, cum qua convenit.

—— Exemplar alterum..... IV. F. 16.

—— Exemplar tertium..... IV. F. 17.

Digitized by Google

—— *Ejusdem, Articulo:* Pars II. Summae. Venetiis per Franciscum de Hailbrun, et Nicolaum de Frankfordia socios 1474. *Tom. I. pag. 35. post lineam tertiam adde:*

—— Exemplar alterum..... IV. F. 8.

—— Exemplar tertium..... IV. F. 9.

—— Exemplar quartum..... IV. F. 10.

—— Exemplar quintum..... IV. F. 11.

—— Exemplar sextum..... IV. F. 12.

—— Alia editio. *In prima pagina titulus* Prooemio *praefigitur:* Clarissimi ac doctissimi viri frīs Anthonini de ordine p̄dicato4 arh̄ip̄i Florentini: secunda ꝑs sūme feliciter incipit. *In fine haec verba leguntur:* Finis, *exinde:* Impssū ē op⁹ pn̄s Venetiis īpēsis Iohānis de Colonia socijq3 ei⁹ Iohānis Manthen de Gherretzem. M. cccc. LXXVij. *Seguitur* Tabula *tribus paginis comprehensa, ac tandem* Registrum.
In folio..... IV. E. 18.

De hac editione omnino silet *Braun*, qui ex *Memorab. Bibl. Garell.* omnes editiones *Summae S. Antonini* adtulit; *Denis* vero in *Supplem. Tom. 1. pag. 71.* eam refert. Typus semi-gallo-francus exprimitur in duabus columnis, quae lineas 53. in paginis integris continent. Margines satis amplos reliquit Typographus; charta alba admodum et firma est. Fasciculi sunt 37 signati litteris, arabicisque notis. In ora superiori marginis tituli, et materiae indicantur; foliorum numeri, et reclamantes desunt. Miniculator supplevit initiales, quae deerant, vel colore rubro, vel caeruleo, interdum majores reddidit, quae parvae extabant.

—— Alia editio. *In aversa pagina folii primi habetur:* Francisci moneliensis in secundam partem sūme fratris Antonini epl⁹a, *charactere latino excusa. In secundo folio recto incipit* Proemium in secundam partem summe: Clarissimi viri fratris Antonini archiepiscopi florētini ordinis predicatorum. *Hoc absoluto, adcedit* Tabula, *quae desinit in folio quarto averso. In folio quinto:* Incipit secūda pars sumne maioris fratris Anthoninij (sic) archiepiscopi florentini. *Ad lineam xli. secundae columnae folii recti cccxx. post verbum* Finis, *legitur:* Actū hoc opus ex īclyta atq3 famosa officina Nicolai Iēson Gallici olympiadibus dominicis Anno videlicet. M. cccc. LXXX. quartas Calendas Iulias.
In folio..... IV. E. 2.

Opus istud foliis 320. contentum, typo gallo-franco minusculo quidem, sed nitido, chartae firmae, albae, et levigatae impressum est. Quaevis pagina duas complectitur columnas, et unaquaeque earum, dummoda sit integra, continet lineas 56. Litterae initiales nullae occurrunt, nulli custodes, nullique paginarum numeri. Plagularum fasciculi sunt 32. litteris arabicisque notis signati. Uberiorem notitiam hujusmodi parum obviae editionis dat *Poggius, Notitie pag. 74.*

—— Alia editio. *In tertia pagina* Prooemium *occurrit, cujus titulus:* Proemium in secundam partem summe clarissimi viri fratris Antonini archiepiscopi

Digitized by Google

florētini ordinis predicatorum. *Ad calcem:* Hic finis e⁹ pt⁹ sum̄e Anthonini: ordinis pdicatorū: archip̄sul⁹ florentini: sūma cura et opera castigate atq3 emendate: Impressioniq3 dedite Venetiis per Leonardum vvild de ratisbona. M. cccc. LXXXI. *In sequenti pagina* Registrum *reperitur.*
In folio. . . . . IV. E. 14.

Haec cum editione *Primae Partis* ejusdem anni, et Typographi, convenit. Miniculator rubro, et caeruleo colore majores initiales litteras adposuit.

—— Exemplar alterum. . . . . IV. E. 15.

—— Exemplar tertium. . . . . IV. E. 16.

—— Exemplar quartum. . . . . IV. E. 17.

—— *Ejusdem, Articulo* Pars III. summae. Venetiis 1477. per Nicolaum Ienson. *Tom. 1 pag. 35. post lineam xx. adde:*

—— Exemplar alterum. . . . . IV. E. 9. 10.

—— Exemplar tertium. . . . . II. A. 33. 34.

Typo gallo-franco, et gemina columna excusum est opus; et lineas 47. quaevis integra columna continet. In ora superiori marginis tituli exprimuntur, haud vero foliorum numeri. Typographus, qui fasciculos signavit, custodes nullos adposuit; initiales vero parvis expresserat litteris; majores adpictae fuerunt colore caeruleo, et rubro a Miniculatore.

—— Alia editio. *Praemissa est Tabula titulorum, duobus prioribus foliis contenta. In fronte tertii folii legitur:* In nomine sancte ac individue trinitatis. Incipit prologus tertie partis summe beati Antonini archipresulis florentini ordinis predicatorum. *Ad calcem primae Partis leguntur verba:* Domini Antonini archiepiscopi florentini dignissimi sacre scripture interp̄tis explicit prima pars summe sequitur secunda. *Pars II. primum folium habet vacuum; quatuor alia sequuntur Tabulam complectentia; titulus eidem praefigitur:* In nōe sc̄e ac īdividue trinitatis incipit secunda pars trīe partis sūme. d. antōini de florētia ac eiusdē civitatis epī reverēdissimi ordīs p̄dicatorum. Et pm̄o de statu religiosorum titulus decimus sext⁹ de essētialib⁹ religionis. S. paupertate castitate et obedīa et cerimonialib⁹ eorum et transgressionib⁹ et variis regulis et constitutiōibus eorum. c. primum. *Ad calcem operis:* Explicit tertia pars sūme beati Antonini archiepī florētini: ac sacre pagine interpretis eximii: impressa Venetiis industria atq3 impensa. Leonardi Wild de Ratisbona 1480. *Ultimi folii prima pagina.* Registrum chartarum totius sūme. s. tertie partis d. Antonini *occupat.*
In folio. . . . . IV. F. 1.

Hac de editione *Maittairus* omnino silet. At *Denis in Memorab. Bibl. Garell.*, ubi *S. Antonini Summae* plures editiones recenset, num ea extaret, primo dubitavit; ipse vero id postea novit, nam in *Suppl. Tom. 1. pag. 112.* ipsam recenset. *Baur* errore deceptus *Ratisbonae* in lucem prodiisse ad-

Digitized by Google

firmat. Typus est gallo-francus minusculus, qui duplici columna exprimitur in paginis, in quibus lineae 59. numerantur. Numeri plagularum, et custodes haud reperiuntur; signaturae vero occurrunt in prima parte A-Z; in secunda *a-z*. cum notis arabicis. In ora marginis superiori tituli indicantur; primi versus titulorum, et sectionum majusculo typo excusi sunt. Litterae initiales duae priores vacant, caeterae minusculae adparent.

—— Exemplar alterum 1. Partis *tantum*..... IV. F. 2.

—— Alia editio. *Titulus ut in editione praecedenti: ad calcem vero Excusor sequentia verba notavit:* Domini anthonini archipresulis florentini ac sacre scripture interpretis eximii sc̄da p̄s tertie summa cum diligentia ac impensa magistri andree de catharo impressa Venetiis explicit felicit⁹ Anno dn̄i M. cccc. lxxxv. die. xxi. mensis Aprilis. *His subnectitur* Registrum *operis utriusque partis. Paginae tres vacuae exinde inveniuntur, quas* Tabula partis II. *excipit.*
In folio. ..... II. A. 12.

Opus expressum est charactere gallo-franco, qui duas in paginis columnas occupat, et istae lineas 58. complectuntur; reliqua cum editione praecedenti conveniunt.

—— Exemplar alterum ..... IV. F. 13.

—— Exemplar tertium..... IV. F. 14.

—— *Ejusdem, Articulo* Pars IV. summae. Venetiis 1480. per Nicolaum Ienson. *Tom. 1. pag. 36. post lineam VI. adde:*

—— Exemplar alterum..... IV. E. 5.

—— Exemplar tertium ..... IV. E. 6.

—— Exemplar quartum..... IV. E. 7.

Charactere gallo-franco, et duplici columna opus impressum est. Lineas 55. continent paginae; initiales litterae colore depictae visuntur, nam Typographus omiserat; caetera sunt ut in editionibus aliarum partium Summae ejusdem Excusoris *Nicolai Jenson.*

—— Alia editio. *Praeit* Proemium in quartā partem summe domini Antonini archipresulis florentini ordinis predicatorum. *In calce hujus occurrit titulorum, et capitum series, qua absoluta, haec verba reperiuntur:* Obijt ipse Antoninus vir consiliorum clarissimus: romane urbis olim auditor causarū: tūc archipresul florentinus: ordinis predicato4 observantialis professor. Anno dominice incarnationis millesimo quadringentesimo quinquagesimo nono in vigilia ascēsionis. ij. maij. miraculis clarens. Cuius preconia in dies augentur ex salutari eius doctrina: sūmatim in epitaphio suo congesta videlicet: Hic est ille tuus, *ut in editione* Partis I. *ann. 1479. supra notata. Capitulum primum hoc praeditum est titulo:* Incipit quarta pars summe maioris Antonini archipre-

Digitized by Google

sulis florentini. In qua agitur de virtutibus et gratia: ac donis spiritus sancti. Titulus primus de virtutibus in generali. Capitulum primum de diffinitione virtutū atq3 earumdem divisione. *Eadem verba* obiit ipse Antoninus *usque ad ultimum Epitaphii versum denuo leguntur ad calcem voluminis, cui subjecta haec sunt:* Actum hoc opus Venetiis emendatissimum: enucleatiusq3 castigatum. Anno M. cccc. LXXXI. *Deinde*, Finis. *In penultima pagina reperitur* Registrum quartae partis Antonini.
In folio ..... IV. F. 3.

Deest nomen Typographi, sed quicumque is fuerit, opus gallo-francis formis in duabus columnis expressit, quarum integrae 58. lineas continent. Signaturae *a-z* deinde, A-P. cum notis Arabicis. Reliqua editionibus praecedentibus, et aliis hujus operis partibus consonant.

—— Exemplar alterum ..... IV. F. 4.

—— Exemplar tertium ..... IV. F. 5.

—— Exemplar quartum ..... IV. F. 6.

—— Summula confessionum, *seu* confessionale. *Titulus operis Prooemio praefigitur hoc pacto:* Incipit sūmula confessionis utilissima: in qua agitur quomō se hēre debeat confessor erga penitētē in cōfessionibus audiendis: quam edidit Reverēdissim⁹ vir: ac in christo pater dominus Frater Antoni⁹ archiep̄s florentin⁹ ordinis p̄dicatorū. *Prologi initium:* Defecerunt scrutātes scrutinio. Summula *tribus partibus constat, eique jungitur* Tractatus Excommunicationum: *deinde*, Interrogatorium *in tres partes divisum; tandem* Tractatus de Restitutionibus, *et in fine hujus legitur:* Explicit titulus de restitutionibus fratris Antonini archiepiscopi florentini in quo diffuse tractat⁹ de hac materia. *Adcedit Tabula, quae librorum, et capitum titulos, et sectiones innuit. Ad calcem vero Tabulae Typotheta addidit:* Explicit utilissima ofessionis sūmula a Reverendissimo în christo patre fratre Antonino Archiep̄o Florentino edita: cuius utilitatis p̄textu Iohānis de Colonia agripinēsi. ac Iohannis Manthen de Gherretzhem eo4 ductu et impensa: eādē impressiōi exponē conati sunt Venetiis. M. cccc. LXXIIII.
In 4.° ..... II. A. 14.

Charta firma Typotheta usus est, qui in duabus columnis, quae spatiis, et marginibus amplis instructae sunt opus expressit, absque numeris foliorum, et signaturis in fasciculis. Lineas 40. gallo-franci characteris in integra pagina reperi: in ora inferiori cujuslibet aversae paginae prima verba sequentis paginae occurrunt: Litteras initiales parvis expressas elementis, miniculator rubro vel caeruleo colore majores adpinxit.

—— Exemplar alterum ..... II. D. 11.

—— Exemplar tertium ..... IV. B. 8.

—— Exemplar quartum ..... IV. B. 9.

Digitized by Google

—— Exemplar quintum . . . . . IV. B. 3.

—— Exemplar sextum. . . . . IV. B. 5.

—— Exemplar septimum. . . . . IV. B. 21.

—— Alia editio. *In fronte primae columnae folii primi recti rubro colore legitur impressum :* Incipit sūmula confessionis utilissima : in qua agit⁹ qūo se habere debeat confessor erga penitentem in confessionibus audiēdis : quam edidit reverendissim⁹ vir in Christo pater domin⁹ frater Antonius (sic) archiepiscopus florēn. ordinis fratrū p̄dicato4. *Ad calcem operis:* Explicit titulus de restitutiōibus fratris Antonini archiepiscopi florentini in quo diffuse tractatur de hac materia. *Deinde adjecta est materiarum Tabula, cui subnexum habetur:* Utilissima confessionis sūmula a Reverendissimo in Christo patre fratre Antonino archiepiscopo Florēntino edita: cuius utilitat⁹ pretextu Impēdio Antonij de strata Cremonēsis impssa. Ad laudē d⁹i Intemerateq3 Virginis Marie feliciter explicit. Venetijs die 6. Augusti. Anno salut⁹ dominice. i48i. Regnante Inclyto domino Iohanne Mocenico : *In aversa pagina, quae ultima est voluminis, habetur* Registrum chartarum. . . . . IV. B. 10.

Integrum hoc opus gallo-franco charactere in duabus columnis 39. linearum, praestanti chartae impressum, constat quatuordecim plagularum fasciculis, qui litteris Arabicisq3 numeris sunt signati. Caret initialibus litteris, custodibus, et paginarum numeris.

—— Alia editio. *Praeit* Tabula Materiarum que in hoc libro otinentur, *tria occupans folia. In folio quarto recto*, Incipit summula confessionis utilissima. In qua agit⁹ quomodo se habere debeat cōfessor erga penitentem in confessionibus audiēdis. Quam edidit reverendissim⁹ vir in xp̄o pater dominus frater Anthoninus Archiepiscop⁹ florentinus ordinis frat4 p̄dicato4. *Post lineam xxiv. secundae columnae folii aversi cxi. leguntur sequentia verba :* Explicit titulus de restitutionib⁹ fratris Antonini Archiepiscopi Florentini in quo diffuse tractatur de hac materia. *Exinde :* Impressum etc. etc. Anno dñi millesimo. Quadringentesimo Octuagesimo quarto. die vero. xij. mensis Februarij. *Sequitur* Registrum.
In 4.° . . . . . IV. B. 16.

Plures de hoc opere editiones recensent Bibliographi, et quatuor hujus anni 1484, quarum duas *Memenganas* notat *Quetif Tom. 1. Script. Ord. Praed. pag. 819.* duas alias *Denis in Suppl. pag. 180. Mediolanensem* unam per *Iohannem Legnanum die xv. Augusti;* alteram *Venetam* per *Dionysium de Bertochis, et Pelegrinum* de *Pasqualibus Socios die xxv. Octobris:* de praesenti sine loci, et Typographi nomine exarata *xij. die Februarii* apud omnes altum est silentium, ex quo summa eius raritas adparet. Opus folia iii. comprehendit: singulae paginae in duas sunt divisae columnas, et in quavis earum lineae 47. numerantur. Typus est semi-gallo-francus minusculus, ac nitidissimus, chartaeque albedo, et munditia, nec non marginum amplitudo editionem hanc praecipue commendant: initiales vero litteras, quas Typographus neglexerat, Miniculator supplevit rubro colore.

Digitized by Google

—— Alia editio. *Ejus titulus, ut in praecedenti editione. In folio 151. recto, post lineam VIII. secundae columnae:* Explicit tractatus de restitutionibus beati Antonini archiepiscopi florentini ordinis fratrum predicatorum. *Aversa pagina vacua est; et in sequenti folio 153.* Incipit (sic) alique cōclusiones et decisiones in foro oscientie collecte per eundē Reverendissīmum fratrē Antoninum ordinis fratrum predicato4 quondā Archiep̄m flo. ad instantiam fratris dominici de Cathalonia. *Has excipit* Tabula materiarum principalium quae in hoc libro continentur. *Ad hujus calcem legitur:* Explicit utilissima cōfessionalis summula cum tractatu de restitutionibus: nec non quibusdam questionib⁹ in foro conscientie. Reverendissimi btī Antonini Archiepiscopi florentini ordinis p̄dicatorū. et ibi versus decem preceptorum ac septē pētōrū mortaliū. Venetijs per Petrū Io. de quarengijs Bergomēsem die. xxix. Novemb. i497. *Sequuntur* versus decem preceptorum, et versus septem peccatorum mortalium, *quibus adcedit* Registrum.
In 8.° ..... II. B. 65.

Haec opuscula gallo-franco typo impressa in duabus columnis, quae modo integrae sint, constant lineis 34. Folia signata cernuntur tam in ora superiori, quam in inferiori, nec reclamantes omisit Typographus, qui initiales vel florentes, vel parvas adjecit.

—— Alia editio, *iam notata in Tom. I. pag. 38.* II. B. 26. *adde:*

—— Exemplar alterum ..... XIII. A. 51.

—— Exemplar tertium ..... II. D. 24.

—— Alia editio, *ibidem notata* IV. B. 11. *adde:*

—— Exemplar alterum ..... IV. B. 20.

—— Confessionale, *sub titulo* Omnis mortalium cura etc. etc. *Italice. Prima operis pagina titulum habet:* Incomīcia uno cōfessionale volgare del reverēdissimo padre Beato frate Antonino arcivescovo di firenze: dellordine de frati predicatori: intitolato specchio di cōscientia el quale e libro degno et utile achi desidera di salvare lanima. *Initium operis, quod nomen eidem praebet:* Omnis mortalium cura. *Plurimis sectionibus et titulis opus constat; ad lineam IV. folii recti CVIII. legitur:* Explicit: Liber: Omnis mortalium cura. Domini Antonini olim Archiepiscopi florentini ordinis predicato4. Qui formatus fuit florētie apud sanctum Iacobum de ripolis. M. cccc. LXX. vii. *Tabula exinde sequitur.*
In 8.° ..... II. D. 27.

Editio praestantissima, quam laudant *Gulielmus de Bure in Catal. de la Valliere P. I. Tom. I. pag. 224.* et *Fineschius pag. 21.* Character omnino Romanus est, magnitudine *Silvii majoris;* integrae paginae constant lineis 23, quarum margines sunt tantum signaturis instructi. In calce operis, uti jam innuimus, extat Index capitum, in quo notantur folia, ubi ea quaerenda sint, etsi folia numeris haud sint distincta: desunt etiam custodes, et ex 110. foliis volumen componitur.

Digitized by Google

—— Alia editio, *cujus titulus in fronte operis ita se habet:* Incipit confessionale in vulgari sermone editum per venerabilem. P. D. Antoninū Archiepiscopum Florentiae ordinis praedicatorum. *In postica pagina folii lvi. post lineam vi. leguntur verba*, Deo gratias; *exinde:* Finisse lo confessionale stampato a Venetia per Raynaldo de Novimagio: a laude et gloria di Christo Iesu omnipotente. M. cccc. lxxix. *Huic adhaeret* Catechismus, *cujus titulus in sequenti folio ita se habet:* In nome del nostro Signore messere Iesu Christo et dela gloriosissima madre sua et dōna nostra semp̄ vergene Maria: de tutta la corte celestiale. Incomincia el libreto dela doctrina christiana la q̄le e utile et molto necessaria che i puti picoli e zovencelli limpara p̄ sapere amare servire et honorare idio benedicto: et schivare le tēptationi et peccati. *In fine opusculi habetur* Tabula.

In 4.° parvo..... ..... IV. B. 18.

De hac editione sic loquitur *Crevenna Tom. 1. pag. 76. Cette édition est à double raison rare; la premiere parcequ'elle contient le* Catechisme, *qui est de la derniere rareté; et la seconde parcequ'elle n'est pas connue des Bibliographes, au moins par ceux que nous avons consultés, comme* Orlandi, Maittaire, Haym, Fontanini *et* Zeno. Opus excusum est semi gallo-franco typo, qui perficit integras paginas lineis 33. sine foliorum numeris, et custodibus; et tantum hae signatae visuntur litteris Arabicisque numeris.

—— Exemplar alterum Catechismi *tantum*..... XIII. A. 16.

—— Alia editio. *Ejus titulus, ut in praecedenti editione. In aversa pagina folii lxiv. ad lineam ix. secundae columnae opus absolvitur. In sequenti folio incipit Tabula, quae desinit in prima columna folii lxvi. recti, et in secunda habentur* Registrum folio4, *et sequens notitia typographica:* Hoc opus Impressum est Rome per magistrum Steffanum Plannck de Patavia. Anno dñi M. cccc. lxxxv. die vero. xviij. Februarij. Sedēte Innocentio octavo Pont. Max. Anno ejus primo.

In 4.° parvo..... II. D. 28.

Editio ignota, ut videtur, Bibliographis, ipsi etiam *Audiffredo.* Typo semi-gallo-franco consueto *Stephani Plannck*, et in duabus columnis excuditur, quae lineas 32. complectuntur in paginis integris. Typographus omisit foliorum numeros, signaturas, et reclamantes, haud vero litteras initiales, quae parvis elementis expressae cernuntur.

—— Alia editio. *In prima pagina legitur:* Somma dello arcivescovo Antonino Omnis mortalium cura. *Nil aversa exhibet; in tertia opus incipit, quod titulus praecedit:* Incomincia uno confessionale volgare d'l reverendissimo padre Beato frate Antonīo arciveschovo di Firenze: del ordine de frati predicatori: intitolato Specchio di conscientia el quale e libro degno et utile a chi desidera di salvare lanima. *Ad calcem aversae paginae folii xciv. legitur:* Explicit liber Omnis mortalium cura: dñi Antonini archiepiscopi florētini. 1488.

In 4.°.. ..... IV. B. 14.

Sine loci, et Typographi indicatione, impressum est opus, fortasse *Florentiae*, typo gallo-franco grandiusculo, sed eleganti, qui lineas 27. implet in paginis perfectis. Fasciculi plagularum ornati con-

Digitized by Google

spiciuntur signaturis, quae instructae sunt litteris, et notis Arabicis; numeri paginarum, et custodes nulli. Haec editio diversas sectiones ab illis, quas retulimus supra, exhibet; nam pauciores habet; varietas insuper idiomatis, et expressionum observatur.

—— Alia editio, *quae in prima pagina haec verba excusa continet:* ANTONINA VVLGAR. *In summitate primae columnae folii secundi,* Incipit cōfessiōale in vulgari sermōe editū ꝑ venerabilē. P. D. Antonīum archiēpm Florentiae ordīs ꝑdicatorū. *Desinit in folio xxxiii. averso, ad lineam xxviii. secundae columnae; et post verba,* Deo gratias, *additur:* Finisse lo confessionale stampato in Venetia per Iacobo de Regazoni de Asula a laude et gloria di Christo Iesu omnipotente. M. cccc. LXXXXIII. a di. iiii. de marzo. *Sub eadem signatura sequitur aliud opusculum in sequenti folio, cujus titulus:* In nome del nr̄o signore missere Iesu christo et de la gl'iosissima madre sua e dona (sic) nr̄a semꝑ vergene maria et de tuta la corte celestiale. Incomincia el libreto de la doctr̄ia xꝑiana la q̄le e utile et molto necessario ch' iputi pizoli et zovēzelli limpara ꝑ saꝑe amare servire et honorare idio bn̄dicto: et schivare le tēptatione et pctī. Capitolo de la divisiōe de tuti li capitoli di q̄sto libreto sēza altro ꝑemio. *Terminatur opus in fine primae columnae folii recti xlvi. et protinus sequitur* Tabula, *cui adcedit* Registrum *voluminis.*
In 4.°..... XIII. A. 13.

Praesens editio reperitur tantummodo penes *Denis in Suppl. pag. 337.* qui, per errorem forsan, ejus typum appellat *Gothicum*, quum ipse sit rotundus Romanus, et valde nitidus: estque partitus in duas columnas, quae modo integrae sint, constant lineis 39. Numeri foliorum, et custodes omittuntur, haud vero signaturae, quae in inferiori ora paginarum instructae cernuntur litteris Romanisque notis; initiales tandem adparent, sed pro iis parva elementa adposuit Excusor.

—— Libro della dottrina Christiana. *In calce legitur:* Deo gratias. *Extat cum* Confessionale *supra notato*..... IV. B. 18.

—— Alia editio. Venetia per Iacobo de Ragazoni de Asula. M. CCCC. LXXXXIII. a di iiii. de marzo. *Extat simul excusum* Confessionale *in eodem anno.*
..... XIII. A. 13.

—— Trattato del modo di confessare, *cujus titulus:* Curam illius habe. *Italice. In summitate primae paginae legitur:* Trattato uolgare di frate Antonino arcivescovo di Firenze che e intitolato Curam illius habe. *Deinde occurrit imago xylographica* S. Antonini *scribentis, capite radiato, rectangulo inclusa, quae pallium super Monasticum habitum gerit. Pontificalia insignia reliqua sunt, scilicet pastoralis virga, et mitra, quarum altera prope angulum parietis, altera super abaco conspicitur. In folio secundo recto* In comincia el tractato volgare del Reverēdissimo padre frate Antonino del ordine de predicatori arcivescovo di Firenze intitolato. Curam illius habe che tracta del modo del cōfessare. Et prima diremo el suo prologo. *Absoluto opere, sequitur* Forma absolutionis ab excomunicatione, *latina, ex auctoritate Papae sub littera* N. iiii.,

Digitized by Google

exinde admonitio quaedam, sine titulo, italice scripta ad Sacerdotes, qui poenitentiae Sacramento incumbunt: et haec omnia desinunt ad lineam xx1x. primae paginae folii lxxx11. Adcedit notitia typographica: Impresso in firenze per Ser Lorenzo de' Morgiani et Ianni di Piero di magāza oggi questo di xxiii. di maggio. M. cccc. lxxxxiii. *In postica ejusdem folii pagina, alia occurrit tabula xylographica, in qua conspicitur* S. Antoninus *in quodam sacello excipiens exhomologesim.*

In 4.° parvo..... II. D. 29.

Rotundo typo, sed non nimis pulchro expressum est opus, qui lineas 36. in paginis integris complectitur. Fasciculi plagularum signantur litteris adhaerentibus Arabicis notis. Numeri foliorum, et custodes exsulant: duae primae initiales litterae florentes, reliquae capitales sunt gallo-francae formae.

—— Tractatus varii de Excommunicationibus, suspensionibus, interdictis, irregularitatibus, et poenis. *Adcedit insuper Tractatus* de sponsalibus, et matrimonio. *Primi Tractatus titulum praeseferunt in summitate primae columnae folii secundi recti, nam primum est album, hoc pacto:* Incipit tractatus notabilis de excōicationibus suspēsionibus interdictis irregularitatib⁹ et penis fratris Antonini archiepi Florentini ex ordine predicatorum. *Post brevem Introductionem incipit Tractatus in 101. capita partitus, titulis praeditus; capita vero sectionibus, vel articulis constant: et ad calcem voluminis legitur:* Explicit tractatus de censuris. *Capitum Tabula sequitur; et in fine ejusdem:* Explicit Tabula T. de censuris ecclesiastici (sic) Reuēdi patris et domini Fratris Antonini archiepiscopi Florentini de ordine p̄dicatorum. AMEN. *Adcedunt Bullae aliquot Romanorum Pontificum, scilicet duae* Pauli II. *datae anno* 1465. *quarum altera absolutionem a censuris respicit, altera ad rerum ecclesiasticarum alienationem spectat; unica* Pii II. *anno* 1461, *quae ad Ecclesiasticas personas pertinet, ad ordines sacros illegitime promotas; et hanc,* ex annuali processu in curia *anathematum appendix quaedam sequitur. Duae tandem occurrunt* Pauli II. *Bullae quarum altera anni* 1464. Contra symoniacos, *altera* de casibus reservatis, *datague est anno* 1469. *Post haec omnia.* Incipit titulus de sponsalibus et matrimonio: extractus de tertia p̱te Sūme Venerabilis patris Fratris Antonini Archiēpi Florentini ordīs fratrum p̄dicatorum. *Capitibus 36. absolvitur* Tractatus; *eique iungitur* Sūmula quedā de oībus vitijs tā viro4 q̄3 mulie4 ɔiugato4: q̄ sūt mortalia. *Tabula deinde occurrit* super tractatu de spōsalibus et matrimonio. *Tandem ultima pagina, quae tractatuum in volumine integro impressorum titulos refert, hisque subjungitur:* Cuius nōbilitatis (sic) p̄textu īpressioni expositus fuit Venetiis ductu et impensis Iohannis de Colonia agripinēs: ac Iohānis Māthen D⁹ Gherretzem. Anno salutis M. cccc. lxxiiij. die xxiij. Septembris.

In 4.°..... II. A. 15.

Praesens opus eleganti charactere gallo-franco in duabus columnis exprimitur, quae lineas 40. complectuntur. Typographus amplos reliquit margines, in quibus omisit custodes, et numeros foliorum. Signaturae adhaerent plagularum fasciculis, quae litteris, et arabicis notis instructae sunt. Initiales, ut plurimum, minusculae, interdum vero omittuntur, sed Miniculator rubro colore vel supplevit,

Digitized by Google

vel majores reddidit. Immerito hi Tractatus a *Maittairo pag. 773.* tribuuntur *S. Augustino :* rectius *Denis Supplem. pag. 33. Laire Ind. 1. pag. 324. Crevenna Tom. 1. pag. 76. Morellius Tom. 1. pag. 115. Fossius Tom. 1. colum. 122. Paggio Notitie pag. 57. S. Antonino* eos adjudicant.

—— Exemplar alterum..... II. A. 14.

—— Exemplar tertium..... IV. B. 6.

—— Alia editio, *praecedenti simillima, in qua eadem prorsus continentur. Ad calcem:* Cuius nōbilitatis (sic) p̄textu īpressioni expositus fuit Venetij (sic) ductu et īpēsis Iohānis de Colonia agripinēsi: ac Iohannis Māthen d' Gherretzē. Anno saluti (sic) M. cccc. lxxx. sexto idus maij. *Adcedit* Registrum charta4. In 4.°..... II. D. 12.

—— Exemplar alterum..... IV. B. 2.

—— Exemplar tertium..... IV. B. 19.

—— Opus Quadragesimale, et Sermones de Sanctis. *Hoc opus latino idiomate admodum barbaro, et Italico permixto exaratum* Quetif, *et* Echard S. Antonino *abjudicant, quod tanto viro indignum recte censent. Idem opus sub* Gabrielis Baraletae *nomine postea excusum fuit, ut iidem laudati Scriptores tradunt. Et quoniam in hac Regia Bibliotheca idem opus sub* Baralatae *nomine extat; hinc sub hoc notatum invenitur.*

Digitized by Google

A P

Apennigenae Donati. Versio Italica libri Francisci Petrarchae de viris illustribus. *Vide* Petrarchae.

Aphrodisaei Alexandri. Problemata, *graece. Extant cum operibus* Aristotelis, *impressis anno* 1497. A Manutio. *Vide* Aristotelis.

—— *Eadem e graeco in latinum versa per* Georgium Valla. *Secunda voluminis pagina continet Epistolam Nuncupatoriam sub epigraphe:* VICTOR pisanus Ludovico mucenigo: praecellenti in eloquentia viro. S. P. D. *Ad calcem epistolae legitur:* In hoc volumine continētur Alexandri aphrodisei ꝑblemata per Georgiū vallā in latinū cōversa. Aristotelis problemata ꝑ Theodorū gazā. Plutarchi problemata per Iohannē petrū lucensem impressa Venetiis per Antonium de strata Cremonensem: *Sequens pagina epistolam alteram habet, quae in proxima absolvitur, hac praeditam inscriptione:* Georgius Valla placentinus iohāni marliano mathematico et in tota philosophia medicinaque praestantissimo salutem plurimam dicit. *In folio tertio opus incipit, cui praefigitur titulus:* ALEXANDRI APHRODISEI PROBLEMATA: PER GEORGIUM VALLAM PLACENTINUM IN LATINUM TRANSLATA: Problemata *in septem sectiones divisa sunt; textui inseruntur frequentes aliorum sententiae, argumento consonae, Auctorum nominibus, et spatiis distinctae. Ad calcem* Problematum *legitur:* Finis est libri problematon Alexandri aphrodisei e graeco in latinum a Georgio Vallꝫa iampridem rogatu praeceptoris sui Iohannis marliani mathematici longe prestantissimi translati: et nunc demum cum imprimendum datur ab eodem propter varias occupationes cursim et uno ut aiunt oculo recogniti. Vale. *Deinde:* Impressum Venetiis per magistrum Antonium de strata cremonensē. Anno domini. M. cccc. lxxxviii. octavo calēn. decembris. Laus Deo. *In aversa folii pagina Praefatio occurrit in* Problemata Aristotelis, *hac epigraphe praedita:* Nicolai. Gupalatini Veneti physici praefatio in problemata Aristo. ad Sixtum iiii. pontificem maximum. *In sequenti folio,* Aristotelis Problemata *incipiunt a titulo:* ARISTOTELIS PHILOSOPHI PROBLEMATUM PARTICULA PRIMA INTERPRETE THEODORO PER ULTIMAM EMENDATIONEM. *Ad calcem:* Expliciunt Aristotelis problemata. Venetiis īpressa per Antoniū cremonensem de strata. Quae Theodorus gazes Tessalonicēsis olī e greco in latinū cōvertit. Eaqꝫ nuꝑ ultima emēdatione emēdavit. A. M. ccccLxxxviii. xv. klēn. Ianuarii. Foeliciter. Laus deo. *Adcedunt* Plutarchi Problemata, *cum Prooemio sic inscripto:* Calphurnius Marco Aurelio viro clarissimo salutem; *quo absoluto sequitur* Problematum *titulus, nempe:* PLUTARCHI CHERONEI DIVI TRAIANI PRAECEPTORIS GRAECORUM CLARISSIMI HISTORICI. AC PHILOSOPHI PROBLEMATA Emendatissima. *Ad calcem totius operis, post verbum* τέλος *legitur sequens Epigramma:*

Digitized by Google

Calphurnius Brixiensis ad Domini
cum Siliprandum mantuanum.
Quos radi optabas lima Siliprande libellos
Imprime nil posset iūgere docta manus.
Qui leget hos aequus grates tibi lector habebit
Atque idem optabit candida fata mihi.
Nam modo mendosus latiis errabat in oris
Plutarchus : rasa nūc bene pelle nitet.
Aureliiq3 mei claras festinat ad aedes
Qui colit ex toto pectore pieridas.

Adcedit tandem notitia typographica hoc pacto: Expliciūt problemata Alexandri aphrodisei: e graeco in latinū traducta p Georgiū Valla. Et Aristotelis problemata Theodoro īterptē. Et Plutarchi problemata: simul seriatī q. emēdatissima: exceptis istae (sic) Plutarchi tribus vel ad sūmum quatuor locis ubi graecū exēplar mancū erat: tu cū melius habueris tua diligentia iungito. Vale impressū Venetiis per Antonium de strata cremonensem Anno salutis nrāe. M. cccclxxxviij. die. Sabbati iii. no. ianuarii. *Sequitur* Registrum.
In folio..... IX. F. 18.

Nitida characterum forma impressum est opus, et lineae 55. perficiunt perfectam paginam. Fasciculi signaturas habent, cum numeris Romanis, et litteris expressas; foliorum numeri, et custodes desunt; initiales tamen parvis elementis indicantur.

—— Liber de anima, ab Hieronymo donato latine interpretatus. *In fronte tertiae paginae, nam primum folium nullo charactere praeditum est, legitur:* HIERONIMI DONATI PATRICII VENETI IN INTERPRETATIONEM ALEXANDRI APHRODISEI. PRAEFATIO. *In octava pagina Praefatio absolvitur; in sequenti vero opus incipit, brevi Prologo eidem praefixo, cuius titulus ita se habet:* Alexandri aphrodisei enarratio de anima ex aristotelis institutione. interprete Hieronymo donato Patritio Veneto.. *Opus in varias sectiones cum titulis sine numeris dividitur, et in prima pagina folii xc. absolvitur; in fine legitur:* Laus Deo. Finis. *In aversa facie*, Errata recognita: non passim oīa sed aīadversione digna *conspiciuntur, quae et sequentem paginam occupant, cujus ad calcem haec verba occurrunt:* Impressum Brixiae eodem Hieronymo Donato Alexandri Interprete urbis praeside. Solerti Bernardini de misiatis de Papē. Impressoris opera. Anno salutis et gratiae. M. cccc. lxxxxv. idibus septemb.
In 4.°..... VII. B. 11.

Pereleganti typo Romano impressum est hoc opus. Lineas modo 25. modo 26. paginae complectuntur. Paginae signaturas habent, cum Romanis notis. Numeros paginarum, et Custodes Typographus omisit, qui prima littera xylographica excepta, caeteras initiales parvas adposuit.

—— De Febribus, Georgio Valla Interprete. *Extat cum* Nicephori Logica, *et variis auctoribus ab eodem* Valla *latine versis. Vide* Vallae. *Vide* Nicephori.

Digitized by Google

Apocalipsis *latine versa ā* Federico Venetiano, *cum Commentariis* Nicolai de Lira. *Vide* Lira.

Apollinaris Cremonensis. *Vide* Offredi.

Apollinaris Sidonii. *Vide* Sidonii.

Apollonii Alexandrini Grammatici. De constructione libri IV. *quibus* Apollonii *vita praefigitur. Extat impress. cum* Introductiva Grammaticae Theodori Gazae, *cum opusculo ejusdem* de mensibus, *et cum* Herodiani *libello* de numeris. *Vide* Gazae *Tom. 1. pag. 330.*

Apollonii Rhodii. *Articulo* Argonauticon, *Tom. 1. pag. 41. post lineam xxxiv. adde:*

—— Exemplar alterum..... XII. D. 30.

Hoc exemplar praestantissimum censetur ob innumeras notulas, quibus scatent margines, charactere modo nigro, modo rubro *Iani Parrhasii*, conscriptas. *Ad calcem operis legitur:* Antonij Seripandi ex Iani Parrhasii testamento.

Apollonii Tyanensis. Epistolae, *graece. Extant excusae in Collectione Aldina. Vide* Epistolae variorum Auctorum.

Aponensis. *Vide* Abano.

Apono. *Vide* Abano.

Appiani Alexandrini. *Articulo* De bellis Civilibus Romanorum. Petro Candido *Interprete, Tom. 1. pag. 42. post lineam x1. adde:*

—— Exemplar alterum..... XII. F. 9.

Margines hujusmodi exemplaris scatent pariter notulis mss. *Iani Parrhasii.*

—— *Ibidem, eodem articulo, post lineam xxxvi. adde:*

—— Exemplar alterum..... XIX. G. 31.

—— Exemplar tertium..... XIX. G. 32.

—— Alia editio, *cujus prima pagina continet verba:*

Apianus Alexandrinus de Bellis Civilibus. *In secunda extat* Tabula in sequentes libros. *In folio secundo recto* PRAEFACIO. Ad divum Alfonsum Aragonum, et utriusq3 Siciliae regem in libros Civilium bellorum ex Appiano Alexandrino in latinum traductos. Praefacio Incipit felicissime. *Ad lineam vi. sequentis paginae:* Explicit Praefacio P. Candidi. *In sequenti tertio folio* P. Can-

Digitized by Google

didi de Civilibus Romanorum bellis ex Appiano Alexandrino in latinum traductis. Liber Primus Incipit. *Absoluto libro quinto, libro vi. titulus adest:* Appiani Alexandrini sophistae romanorum Liber incipit: Qui Illyricus inscribitur. Traductio. P. Candidi: *Post hunc librum.* Incipit eiusdem Celticus. Traductio. P. Candidi. *Ad calcem hujus:* Appiani Alexandrini sophistae Romanorum Liber finit: qui Celticus inscribitur. Traductio. P. Candidi. *Deinde:* Impressum Regii per Franciscum de Mazalibus Anno Domini M. CCCC. LXXXXIIII. Die XXII. Mensis Octobris. *Huic adcedit* REGISTRUM.
In folio..... XIX. G. 29.

Rotundo charactere opus impressum est, qui lineas 42. pagina integra complectitur. Fasciculi plagularum litteris signati visuntur, quibus adjunguntur Romanae notae: in ora vero superioris marginis haud reperiuntur paginarum numeri; custodes insuper omisit Typographus; et initiales parvis expressit litteris; tandem superiori margine quotus sit historiae liber, eiusque titulus notatur; et in externis marginibus postillae, eiusdem characteris, quibus textus est impressus, leguntur.

—— Romanae Historiae libri, *scilicet* Lybicus, Syrius, Parthicus, Mithridaticus, *eodem* Petro Candido *Interprete. Prima pagina ornatu xylographico, coloribus variis decorato praedita est: in eaque occurrit Nuncupatoria Epistola, cujus titulus:* P. Candidi in libros Appiani sophiste Alexandrini ad Nicolaum quintū summū pontificem Praefatio incipit felicissime. *In aversa folii pagina Epistola absolvitur, et hanc sequitur ejusdem* Appiani *Prooemium, quod libri* Historiarum *indicati excipiunt, titulisque additur:* Traductio. P. Candidi. Libyco *excepto, qui Interpretis nomen in principio haud praefert, sed in fine occurrit. Ad calcem voluminis legitur:* Impressum est hoc opus Venetiis per Bernardū pictorem et Erhardum ratdolt de Augusta una cum Petro Ioslein de Langencen correctore ac Socio Laus Deo. M. cccc. lxxvii.
In folio..... XIX. G. 30.

Editio excusa est typo eleganti, ac charta firma, et alba. Margines ampli conspiciuntur, et postillis sunt referti, eodem charactere quo textus excusis; lineas 22. pagina integra complectitur; signaturae instructae litteris, et Romanis notis adsunt; custodes, et foliorum numeri desiderantur; initiales tandem litteras xylographicas florentes Impressor adposuit.

—— Exemplar alterum..... XIX. G. 33.

Appii Claudii. Epistola ad L. Camillum. *Extat cum* Epistolis Quinti Curtii. *Vide* Curtii.

Applani Constantii. Liber Soliloquiorum. *Primum folium deest in nostro exemplari, in secundo adest Epistola cum epigraphe:* Ad Reverendissimum et Illustrissimum Patrem: ac Dominum. D. Ascanium Ma. Sfor. Vicecomitem sacrosanctae Ro. Ecclesiae diaconū Cardinalem: ac vicecancellarium dignissimum. Protectoremq3 observandissimum Constantius Applanus Mediolanensis. Canonicus Regularis servulus salutē: et syncerae obedientiae affectū. *Ad calcem hujusmodi Nuncupatoriae legitur distichon, cum titulo:* Ad Eundem Liber salutem mittit plurimam.

Digitized by Google

Hic liber insignem fama: meritisq3 salutat
Ascanium: gratus cui cupit esse cliens.

Sequitur in aversa pagina quarta Petri Cremonensis Canonici Regularis Epigrāma in auctoris Benemeriti cōmendationem excellentissimam: *Postea ad eundem auctorem Epistola, cujus titulus:* Ad Reverendum. P. Constantium Canonicum Regularem sancti Petri de pado Cremonae Abbatē virū eruditionis: ac sanctitatis αρχετυπον Nicolai lugari σωτηρια. *Hanc Epistolam, quae desinit in folio tertio averso, altera ad lectorem excipit, cujus titulus:* Eleutherius Cremonensis. Canonicus Regularis Lectori. S. D. *Adcedit* Tabula, continens aliquas difficultates in volumine declaratas, *quaeque chartas Arabicis notis indicat, et hanc sequitur pagina alba; dein octo disticha in Auctoris laudem leguntur, quorum Auctor est* Bartholomaeus Petronius Cremonensis. *Hisce absolutis, opus incipit in folio recto x11. cui praefigitur titulus:* SOLILOQVIORVM LIBER CONSTANTII APPLANI MEDIOLANENSIS CANONICI REGVLARIS: IN QVO COLLOCVTORES SVNT CONSTANTIVS ET ANIMVS. DE HVMANI ARBITRII LIBERTATE ET POTESTATE. *In postica pagina folii 177. absolvitur opus ad lineam x1. exinde adcedit Registrum. In prima facie folii 178. Operis, et Editionis laudes hoc pacto leguntur:*

†
In
geniis
quātum his
inferioribus coele
stia speculari phas est:
Quātumve humana facul
tas passa est ab impressore emendatis
† simo praecaveri: correctum perutilem: ac io †
cūdum habes libellum Lector Egre
gie. In quo per medium virtu
tis iter: ad astra praepetes
dat tibi pennas Au
ctor dedaleus
Lector
Va
le
†

In parte adversa, Petri Cremonensis. Canonici Regularis Epistola ad lectorem *in commendationem operis adest: in proxima vero* Eleutherii Cremonensis Canonici Regularis ad lectorem de utilitate libri hendecasyllabon, *quod in sequenti terminatur, eique subnectitur Typographi symbolum. Hoc itaque in rectangulo erecto inclusum est, et circulum continet, cujus diametron linea pervadit in triplicem crucem, extra circulum desinens; litterae* K. D. *hinc et illinc occurrunt in*

Digitized by Google

circulo, et in ventre litterae secundae, A et R *simul compactae videntur, quae omnes nomen* Karoli Darlerii *exprimunt, ut ex sequentibus verbis eruitur:*

Opus insigne: ac prope Angelicum Reverendi
P. D. Constantii Applani Mediolanensis
Canonici Regularis sacrae paginae a-
cutissimi interpretis impressum
exactissima opa: studioq3
exqsitissimo Cha
roli de darle-
riis Cre
mo
nensis impressoris
Egregii ī inclita urbe Cre
mona Anno Domini millesi
mo quadringentesimo nonagesimo
sexto quarto nonas octobres foeliciter explicit:
Imperante vero faustissimo ac Sapi
entissimo Ludovico Sfor. Ag-
glo Mediolani Duce.
anno foelicissimi
principatus
eius se
cun
do.

In ultima pagina, quae sequitur, haec Impressor notavit:

DE HUMANI ARBITRII LI
BERTATE ET POTE
STATE SOLLILO
quiorum
LIBE
R

In 4.° parvo..... I. D. 16.

Per errorem forsan *Aubertus Myraeus in Bibl. Eccles. Saec. XVI. num. 9.* hoc opus dixit *Mediolani* impressum; et male etiam apud *Orlandium* desiderari hujus Operis Typographi nomen adnotatur. Lineae 28. rotundi, venustique characteris in paginis integris, signati litteris, et notis Romanis, ubique occurrunt: foliorum numeri insuper Arabes, et postillae in marginibus, quae Scripturae locos, et Auctores innuunt, visuntur. Custodes tamen desiderantur; et initiales, quae raro occurrunt, parvis formis sunt expressae.

Digitized by Google

APPONENSIS. *Vide* Abano.

APPONO. *Vide* Abano.

APPULORUM. Epistola ad Mahummedem II. Laudivio Interprete. *Vide* Mahummedis.

APULEI L. MADAURENSIS. Opera, *cum latina versione ejusdem* Asclepii Hermetis Trismegisti, *et* Alcinoi Epitome *a* Petro Balbo *latine versa. Praecedit* EPISTOLA IOANNIS ANDREAE EPISCOPI HYLARIENSIS (sic), *quae progreditur ad folium sextum rectum; et in facie adversa extat* TABULA. *Opera* Apulei *incipiunt ab* Asino Aureo *in antica pagina folii septimi, cui praeponitur inscriptio:* L. APVLEII MADAVRENSIS PHILOSOPHI PLATONICI METAMORPHOSEOS SIVE DE ASINO AVREO LIBER PRIMVS. *In reliquis haec editio convenit cum principe Romana editione, quam notavimus in Tom. I. pag. 43. Ad calcem integri operis haec leguntur verba:* Lucii Apuleii platonici Madaurensis philosophi metamorphoseos liber: ac nonnulla alia opuscula eiusdem: necnon epitoma Alcinoi in disciplinarum (sic) Platonis desinunt. Impraessa (sic) per Henricum de Sancto Vrso in Vicentia. Anno salutis. M. CCCC. LXXXVIII. Die nona Augusti. *Signum Typographi, alibi notatum, his subjectum est:* REGISTRUM *ultimam paginam impressam occupat.*
In folio..... XI. E. 5.

Typographus in hoc opere cudendo characterem adhibuit rotundum, ac luculentum, quo lineas 38. implevit in unaquaque ex paginis integris. Nullo custode, aut foliorum numero margines occupandos ipse censuit: sed aliter circa signaturas se gessit, quum seriem earum exhibuerit in inferioribus, scilicet *A a-o* cum Romanis notis; et in superioribus inscriptiones, titulos operum referentes uncialibus litteris. Initiales litterae parvis supplentur in quadratis spatiis, sed Miniculator adfabre majores reddidit coloribus variis.

—— Alia editio, *cujus prima pagina continet haec verba:* L. APULEII OPERA. *In secunda incipit,* IOANNIS ANDREAE EPISCOPI ALERIENSIS EPISTOLA, *quae desinit in averso folio quarto, et subditur Tabula. Opus initium sumit in folio recto quinto a titulo, rubro colore excuso:* L. APULEII MADAVRENSIS PHILOSOPHI PLATONICI METAMORPHOSEOS SIVE DE ASINO AVREO LIBER PRIMUS. *Ad calcem legitur post verbum* FINIS: Lucii Apuleii Platonici Madaurensis philosophi metamorphoseos liber ac nōnulla alia opuscula eiusdē necnon epitoma Alcinoi indisciplinarum Platonis desinūt. Impraesa (sic) Venetiis per Philippum pinzium Mātuanum Anno domini. M. cccc. lxxxxiii. pridie Kalendas maias Imperāte Augustino Barbadico Serenissimo Venetorum principe. Laus Deo Amen.
In folio..... XI. F. 9.

Typus rotundus 44. lineas in integris paginis occupat; numeri foliorum Romani ad *CVI.* usque perveniunt: signaturae adsunt, haud vero custodes; et initiales parvas inveni, In superiori marginis ora opera subjecta indicantur, et postillae suis locis reperiuntur.

Digitized by Google

—— Alia editio. *In medio primi folii recti adest titulus:* L. APULEII OPERA; *subsequitur in secunda pagina* IOANNIS ANDREAE EPISCOPI ALERIENSIS EPISTOLA, *dein Tabula librorum. In folio quinto incipit:* L. APVRII MADAVRENSIS PHILOSOPHI PLATONICI METAMORPHOSEOS SIVE DE ASINO AVREO LIBER PRIMUS. *In calce post verbum* FINIS, *legitur:* Lucii Apuleii Platonici Madaurensis philosophi metamorphoseos liber ac nonnulla alia opuscula eiusdem nec non epitoma Alcinoi in disciplinarum (sic) Platonis desinunt. Impraessum (sic) Mediolani per Magistrum Leonardū pacchel Anno domini. M. cccc. LXXXXVII. die septimo Augusti. *In aversa pagina occurrit* REGISTRUM. In folio..... XI. E. 5.

Charactere rotundo, ac satis nitido, qui lineas 44. occupat in paginis integris, excusum opus cernitur. Desunt numeri paginarum, et reclamantes; signantur tamen fasciculi litteris, et Romanis notis. Initiales xylographicae sunt, et in fronte cujusque paginae leguntur subjecta opera; nec non in externis marginibus postillae occurrunt. Reliqua cum editionibus praecedentibus consonant.

—— *Ejusdem* De Asino Aureo, *cum commentariis* Philippi Beroaldi. *In principio operis habetur prolixa Tabula sexdecim plagularum, peculiaribus litteris signata, cum hac declaratione*

TABULA APULEII.
Habes Lector humanissimae (sic). L. Apulei de Asino aureo
tabulam vocabulorum et historiarum: et locorum
multorum declarationem non ingratam. Sūt
et in hac tabula vocabula collocata
quae in margine forsan non no
tabuntur: sed intus in cō
mentariis legen
do reperies
VALE

Post ejusmodi Tabulam legitur in prima pagina folii sequentis:

CōMENTARII A PHILIPPO BEROAL
DO CONDITI IN ASINUM AURE
UM LUCII APULEII
Mox in reliqua Opuscula ejusdem Annotationes imprimentur.

Post albam paginam habetur Ad maximum Antistitem D. Petrum Archiepiscopum Colocensem Philippi Beroaldi Bononiensis Epistola, *quae tria occupat folia. Sequitur* PHILIPPI BEROALDI IN COMMENTARIOS APULEIANOS PREFATIO (sic) ET VITA LUCII APULEII SVMMATIM RELATA, *cui subjiciuntur* Scriptoris intentio atque consilium, *et* Hypothesis sive argumentum primi libri. *Incipit post haec* Apuleius *ipse, quem prolixissimis commentariis comitatur* Beroaldus, *ad quorum calcem, novam (et quidem brevem) ad Moecenatem subjunxit Epistolam. Exinde Typographus adjecit:*

Digitized by Google

A R

Arati. Phaenomena Caesare Germanico Interprete. *Eadem, versu hexametro: paraphrasis* Ruffi Festi Avieni. *Eorumdem* Fragmentum M. T. Cicerone Interprete. *Eadem* Phaenomena *graece, cum graecis Commentariis* Theonis, *et* Vita Arati, *cui praefigitur* Dissertatio Leontii Mechanici, *graece. Extant impressa cum* Iulio Firmico. *Vide* Firmici *Tom. 1. pag. 303. et seq.*

—— Phaenomena, *latine tantum, ex eadem* Caesaris Germanici *versione. Extant cum* Manilii Poëmate Astronomicon *impressa. Vide* Manilii, *Tom. II. pag. 77. et seq.*

—— *Eadem* Phaenomena, *latine, eodem* Caesare Germanico Interprete. *Incipit opusculum a quodam* Arati *elogio, cui praefixus est titulus:* Fragmentū arati phaenomenon per germanicum in latinū conversi cum cōmento nuper in Sicilia repertum. *In folio xl. recto desinit, et in sequenti pagina occurrit* M. TVLII (sic) CICERONIS FRAGMENTUM ARATI PHAENOMENON, *quod terminatur in aversa pagina folii xlvi verbis:* M. tulii ciceronis fragmentū arati phaenonon (sic) finit. *Adcedit* QUINTI SERENI MEDICINAE LIBER. PROHOEMIVM. *Ad calcem Poëmatii medicinalis* Q. Sereni, *haec extat notitia typographica:* Hoc opus impressum Venetiis arte et ingenio Antonii de strata Cremonensis. Anno salutis. M. CCCCLXXXVIII. octavo calendas novembres. *Sequitur* Registrum; *tandem Monitum adest, cujus Auctor ex hac inscriptione dignoscitur:* Victor pisanus ad paulum pisanum in postremo opere cōmonitio.
In 4.° parvo..... VIII. B. 35.

Hic libellus excusus, et compactus extat cum *Rufi Festi Avieni* opusculo, de quo infra, sub eadem signaturarum serie, nempe, *h-piiii*. Custodes, et foliorum numeros omisit Typographus. Paginae dummodo integrae (nam plures ligneis figuris astronomicis ex parte occupantur) lineas 38. rotundi characteris comprehendunt: initiales minoribus elementis expressae habentur.

Archidiaconi Bononiensis. *Vide* Baysio Guidonis de.

Archilogi. Epithetum de temporibus, *cum Commentariis* Annii Viterbiensis. *Extant cum* Antiquitatibus Nanii Viterbiensis. *Vide* Nanii.

Arcimboldi Iacobi. Epistola ad Aeneam Silvium Picolhomineum data Mediolani 1444. *Extat cum Epistolis* Aeneae Silvii. *Vide* Picolhominei.

Arculani Iohannis. Expositio in primam fen quarti Canonis Avicennae. *Extat cum textu* Avicennae. *Vide* Avicennae.

—— Expositio in IX. librum Almansoris, *seu* Rhasis ad Almansorem, *cum textu* Rhasis. *Vide* Almansoris *Tom. 1. pag. 25. et Tom. III. pag. 10. Art.* Rhasis.

Digitized by Google

ARDOYNIS DE SANTES DE PENSAURO. Opus de Venenis. *Deest in nostro exemplari primum folium, et in secundo signato* A-ij. Incipit liber de venenis quem magister Santes de ardoynis de pēsauro phisicus salvatoris nostri cōfisus auxilio edere cepit venetijs die octavo novēbris. i424. Et ipsum ibidē divino mediante favore finivit die. i4. madij. i426. ad honorem et laudem domini nostri iesu christi ac eius gloriosissime genitricis virginis marie et totius curie paradisi. Incipit proemium (sic), *quod excipit* Tabula tractatuū et capitulorum libri de venenis *in secunda columna ejusdem folii, et explicit in folio tertio averso. In sequenti folio*, Incipit Tractatus primus libri de venenis editi a magistro Sante de ardoynis de pensauro: qui quidem tractatus est de venenis ac mortiferis medicinis. precipue interius approximatis: seu per os assumptis in generali. Capitulum primū de qui ditatibus (sic) veneni ac medicine mortifere in generali: et de differentia inter ea. *Ad primam lineam secundae columnae aversi folii 101. opus absolvitur, et additur:* Finis est libri de venenis: editi a magistro Sante de Ardoynis de Pēsauro physici (sic); pro quo infinitas laudes ac gratias refero sublimi ac glorioso omniū creatori et salvatori nostro domino Iesu xp̄o eiusq3 gloriosissime genitrici virgīs (sic) marie: totiq3 celesti curie paradisi, *Sequitur* Elenchus Auctorum, ex quibus Santes de Ardoynis originaliter presentem librum extraxit. *In fine legitur verbum*, FINIS.
In folio magno..... VIII. H. 22.

Sine nota typographica. *Panser Tom. III. pag. 321. Seemiller Fasc. IV. pag. 31. Morellius Catal. Bibl. Pinellianae, Tom. I. pag. 302.* et *Haller Biblioth. Medicinae Practicae Tom. I. pag. 455.* satis ostendunt nostrum exemplar habere in fine voluminis defectum duorum foliorum, quorum primum continet sequentem typographicam notam, scilicet: *Impressum Venetiis opera Bernardini riccii de novaria: emendatumque per excellentissimum magistrum dñicum de Canali feltrensem. Impensa vero excellentissimi artium et medicine doctoris magistri Ioannis dominici de Nigro* M. CCCC. LXXXXII. die XIX. *mensis Iulii. Regnante* etc. etc. *cum privilegio ad decem annos.* Adcedit *Registrum, et* ultimum folium est vacuum. Descriptio hujusmodi editionis, quam laudati Scriptores tradunt, adamussim convenit cum hac nostra, quum una tantummodo huiusce operis extiterit Saec. XV. editio. Duplici columna gallo-francis litteris excusa est, quae lineas 79, si integra est, continet. Plagulae, excepto primo fasciculo, numeros habent *1-101. Panser* vero, ac alii, numerant *1-103.* Initiales litterae parvis supplentur; signaturae expressae sunt elementis, et Romanis notis; et in superioribus marginibus Tractatus indicantur. Laudatus *Haller* c. l. de hoc opere sic scribit: *Farrago undique collecta, cum nonnullis propriis adnotationibus, ut sanati hominis, cui arsenicum propinatum fuerat.*

ARETIO DOMINICI DE. *Vide* Dominici de Aretio.

ARETINI FRANCISCI. *Vide* Accoltis Francisci de.

ARETINI LEONARDI. De Bello Italico adversus Gothos. *Praeit Praefatio ad* Cardinalem Iulianum Caesarinum, *ut in prima hujus operis editione notata in Tom. I. pag. 44. cum epigraphe:* LEONARDI ARETINI. DE BELLO ITALICO ADVERSUS GOTTHOS (sic). *Haec desinit ad lineam VII. primae paginae secundi folii, et protinus incipit* LEONARDI ARETINI DE BELLO

Digitized by Google

ITALICO ADVERSUS GOTTHOS LIBER PRIMUS. *Ad calcem sequentia verba leguntur:*

LEONARDI ARETINI DE BELLO ITALICO
ADVERSVS GOTTHOS LIBER QVARTVS
ET VLTIMUS FOELICITER FINIT.
Gallicus hunc librum impressit nicolaus ienson:
Artifici grates optime lector habe
M. CCCC. LXXI.

In 4.° ..... XII. D. 1.

Typus elegantissimus rotundus hujus editionis adparet, et lineas 32. complectitur in paginis. Signaturae, custodes, et foliorum numeri desunt; pro initialibus litteris spatia reliquit Excusor. Foliis 64. constat opus firmis admodum, nitidisque. Haec ad rem typographicam spectant: verum addere lubet, quae Miniculatoris *Camilli Checchacii* opera, ac industria adjecta fuere. Is nimirum primae plagulae aversae adfabre margines ornavit auro et coloribus variis, et precipue externum, et internum in quibus hinc et illinc ovatis in scutulis icones BELISARII et NARSETIS repraesentavit. In Medio ejusdem plagulae campus caeruleus exhibetur, in quo litteris auro pictis leguntur verba:

IMPERIO
ASSERTO
ARIS
RESTITUTIS
LEGIBUS
VINDICATIS

Littera initialis cujusvis libri, pro qua spatium Typographus reliquerat, illita florensque auro cernitur; in prima vero operis pagina, praeter initialem litteram, orae marginis ornamento superbiunt, et praecipue inferior, quae scutum exhibet, ubi tria stemmata pinguntur; in parte superiori visuntur insignia Regnorum tum *Siciliae* citra fretum, nempe Equus infraenis, et currens; tum *Siciliae* ultra fretum, nempe Trinacria: in parte inferiori tria Borbonica lilia continentur. In medio externi marginis ejusdem paginae, scutum pariter ovatum visitur, in quo imago *Ferdinandi I Regis*, capite laureato, repraesentatur. Circa extremitatem marginis inferioris, in quadrato spatio ignivomus Vesuvius, litora viciniora, et Pharus Neapolitana conspiciuntur. Tegmen hujus voluminis rubro corio involutum aureo ornamento splendide decoratur. Laudatus Miniculator Regi Ferdinando I dono obtulit codicem hunc; qui deinde huic Musarum Sacrario, ipsius Regis munificentia, inlatus fuit.

—— Exemplar alterum..... XII. D. 13.

---- Historia de suis temporibus. *In fronte legitur:* LEONARDVS ARETINVS DE TEMPORIBVS SVIS. *Sequitur Praefatio, quam protinus excipit in eadem prima pagina opus ipsum, quod desinit ad lineam v. aversi folii* XVIII. *cui subnectitur sequens nota typographica:*

FINIS LIBELLI DE TEMPORIBVS: LEONARDI ARETINI IMPRESSUS VENETIIS ANNO. M. CCCC. LXXXV. DIE VERO. V. FEBRVARII. *Sequuntur Typographi vel Bibliopolae Insignia; illius nomen litteris initialibus* D. P. *indicatum est; forsan* DE PASQUALIBUS, *vel* DIONYSIUS *et* PEREGRINUS.

In 4.° parvo..... XIX. F. 36.

Digitized by Google

Errat fortassis *Mittarellus*, *pag. 245.* dum refert editionem hanc ad annum 1483: eum secutus est etiam *Denisius in Suppl. pag. 172.* Tres tantum hujuscemodi opusculi editiones Bibliographi noverunt, *Venetam* nempe anni *1476. Florentinam* anni *1492*, et secundam hanc *Venetam* anni *1485.* Ejus character est rotundus Romanus, et valde nitidus, qui lineas 36 implet in paginis, in quibus signaturae tantum *a b c* visuntur in ora inferiori marginis.

—— Epistolae Familiares. *In folio primo recto occurrunt verba :* LEONARDI ARRETINI EPISTOLAE FAMILIARES. *In tertia pagina incipiunt* Epistolae, *ad quarum calcem in folio lvi. recto legitur:* Leonardi Arretini Epistolarū familiariū liber Octavus: et ultimus finit. Die. xv. mēsis Iunii. M. CCCCLXXXXV. *Sequitur Editorum Epistola, quae ex prima hujus operis editione sumpta est.* Registrum *tandem adcedit.*

In folio..... XI. F. 19.

Sine additione loci, et Excusoris. Prima editio harum Epistolarum curantibus *Antonio Moreto Brixiano*, et *Hieronymo Squarzafico Alexandrino* facta fuit anno 1472. instante *Iacobo Zeno Episcopo Patavino*, qui eas collegit, et praelo subjiciendas dedit *Moreto* et *Squarzafico;* prodiitque eo anno, sed similiter omissis Typographo, et loco. Nostra proinde editio est ad normam primae, et dicata eidem Moecenati *Episcopo Zeno. Antonius Moretus* appellatur *a Sabellico in Adnotationibus ad Plinium* in Epistola ad *Dominicum Grimanum:* HOMO NOSTRATIUM LITERARUM PERBELLE ERUDITUS, STUDIORUMQUE FAUTOR MAXIMUS. *Antonius Squarzaficus Alexandrinus* Professor fuit eloquentiae in urbe *Venetiarum*, et Corrector editionum in officinis typographicis Venetis. Typus elegans et rotundus adparet, et lineas 41 occupat in paginis integris. Initiales desunt ut plurimum, sed custodes habentur, et signaturae *a–i* cum Romanis numeris. Libri *Epistolarum* sunt octo, et in marginibus superioribus indicantur.

—— Aquila volante. Neapoli 1492. *Huic articulo in Tom. i. pag. 46. post lineam iv. adde:*

Exemplar alterum..... XI. C. 10.

—— Alia editio, *cujus prima pagina continet verba:* AQUILA VOLANTE: *in secunda incipit* Tabula capitulorum huius operis, *quae desinit in pagina xii. cui adcedunt quatuor Octosticha italica* Alegrecti Lombardi, *jam notata in editione Neapolitana in Tom. i. In sequenti folio* Incomincia el libro intitulato Aquila. PROHEMIO, *quod excipit in aversa pagina* Capitolo primo. *In postica pagina folii cxviiii. opus absolvitur verbo*, AMEN. *Exinde:* Qui finisse Laudando la divina Gratia: la excellente et delectabile opera intitulata Laquila composta per el magnifico et doctissimo homo miser Leonardo Aretino: et da ipso curiosamente translata da Latino in vulgare sermone ad laude et gloria de quella felice memoria de Iulio Cesaro Augusto Imperatore deli potentissimi Romani. Et Impressa in Venetia per Teodoro de Ragazone de Asula dicto Bressano Nel. M. CCCC. LXXXXVII. Adi. xxviii. del mese de Zugno. FINIS. Tutti sono Terni.

In folio..... XX. F. 28.

Typus rotundus, et elegans est, et in quavis pagina integra lineas modo 42, modo 43 implet. Initiales ut plurimum xylographicae, aliquando unciales, aliquando vero vel parvae sunt, vel omnino desunt. Folia numerata sunt Romanis notis majusculis; et signaturae exprimuntur litteris sociatis etiam numeris Romanis; attamen reclamantes desiderantur. *David Clement Tom. ii. pag. 33* praesentem editionem appellat *fort rare;* et *Haim* inter rariores libros recenset. *pag. 34.*

Digitized by Google

Opus istud *Aquila* adpellatur in honorem *Iulii Caesaris*, et ejus posterorum, ut ex Prooemio operi praefixo liquet. *Mannius*, quem *Mazzuchellius* sequitur, ab *Alexandro Paganino* Typographo, sub *Aretini* nomine, hoc opus primo vulgatum fuisse arbitratur: quod si verum esset, praesens editio, quae ultima est in Saeculo XV excusa, *Paganini* nomen gerere debuisset, licet prima impressa *Neapoli* anno *1492* de qua actum est in *Tom. I.* Leonardo Aretino adscribatur. Verum quicquid sit, *Aretino* indignum opus, et a Falsario quodam ei tributum censet *Mazzuchellius.*

—— Vitae Antonii, Aristidis, Aristotelis, Ciceronis, Demosthenis, Tiberii, et Caii Gracchorum, Pauli Aemilii, Pyrrhi, et Sertorii, *ex graeco in latinum versae. Extant cum aliis* Plutarchi *vitis, ex diversorum interpretatione. Vide* Plutarchi.

—— Versio latina ex *graeco*, Platonis Apologiae Socratis. *Quamvis nullatenus referat Auctoris nomen, licet ex graeco versa adpareat, constat tamen ad* Platonem *pertinere. Vide* Platonis.

—— Versio latina Operis divini S. Basilii magni, *sive* Orationis paraeneticae ad adolescentes quomodo ex Ethnicorum scriptis proficiant; *et* Xenophontis opusculi de Tyrannide. *Impressa est hujusmodi versio cum opusculo* Petri Pauli Vergerii de ingenuis moribus. *Vide* Vergerii *Tom. III.*

—— Liber S. Basilii de liberalibus studiis et ingenuis moribus, *ex graeco in latinum conversus per* Leonardum Aretinum. *Extat excusus cum* Censorino. *Vide* Censorini.

—— Versio latina ex graeco Orationis Aeschinis in Ctesiphontem; Orationis Demosthenis in Aeschinem; *et* Epistolae Aeschinis ad S. P. Q. Atheniensem. *Extat cum* Ciceronis *libris de* Oratore, *ab* Omnibono Leoniceno Commentario *explanatis, et cum aliis* Ciceronis *operibus, absque* Commentario. *Vide* Ciceronis.

—— Versio Opusculi Xenophontis de Tyrannide, *cum Epistola Nuncupatoria, seu Praefatione ad* Colucium Salutatum. Norimbergae 1481. *Extat inter Epistolas* Aeneae Silvii Picolhominei. *Vide* Picolhominei.

—— Versio librorum Aristotelis de moribus ad Eudemium. *Vide* Aristotelis.

—— Versio librorum X. Ethicorum Aristotelis ad Nicomachum, *cum Commentario* Averrois, *et Praefatione* Leonardi Aretini, *circa novam translationem. Vide* Aristotelis, *et* Averrois.

—— Libri VIII. Politicorum Aristotelis *latine versi, cum Epistola ad* Martinum V, *qua* Ethicorum libros *ei* Leonardus *inscribit; et hic perperam excusa est, quum* Ethicis *praefigi debuisset. Prooemium item* Leonardi *adparet, minime vero Nuncupatoria Epistola ad* Eugenium IV. *Extant in Tom. III. editionis latinae operum* Aristotelis. *Vide* Aristotelis, et Averrois.

—— Alia editio *eiusdem operis, cum Commentariis* S. Thomae Aquinatis, *et cum Prooemio ejusdem* Leonardi Aretini. *Vide* S. Thomae.

Digitized by Google

ARETIO ANGELI DE. *Vide* Gambillionibus Angeli de.

ARGELLATA PETRI DE. *Vide* Largellata.

ARGUMENTUM exponens causas Belli inter Venetos, ac Ferrarienses. *Praefigitur titulus:* Argumentum exorti inter clarissimum Venetorum dominiū Ducēq3 Ferrariensem belli causas exponens. *Sequitur brevis narratio causarum* exorti belli: *exinde Epistolae I.* Dilecto folio Iohanni mozenico duci Venecia4 Xistus papa quartus = Datum Rome apud Sanctum petrum sub annulo piscatoris. Die xi. Decembris 1482. Pontificatus nostri anno. xii. *II.* Bernardi Iustini. Oratoris prestantissimi pro illustrissimo Venet. Sena. ad Xistum quartum Pontificem maximū Responsio. *Data* Pridie idus Ianuarii. Anno. i482. *III.* Eiscopi (sic) presbiteri. ac diaconi. S. R. eccle. Cardi. ad illustrissimum. Vene. Senatum = Datū Rome die xvi. mensis decembris. Anno a nativitate domini. i482. Subsignatis nostrorum trium in ordine priorum. *IV.* Eiusdem Bernardi Iustiniani ad sacrum Cardinalium collegium responsio = Pridie Idus Ianuarias. i482.
In 4.°..... XII. A. 48.

Est opusculum sex foliorum, excusum rudi gallo-franco charactere, qui lineas 32 implet in quavis integra pagina. Desunt signaturae, custodes, et numeri foliorum; pro initialibus tamen, extant parva elementa. *Denis*, a quo uno praesens opusculum memoratur, *in Suppl. pag. 93* ex subscriptionibus Epistolarum, quibus ipsum constat, colligit annum ipsius impressionis.

ARGYROPOLI IOHANNIS BYZANTINI. Versio librorum VIII. Aristotelis: ad Petrum medicem. Metaphysicorum ad Cosmum medicem. De Coelo et mundo ad Iohannem Pannonium Archiepiscopum Strigoniensem. De Anima ad Cosmum medicem. Ethicorum et Praedicabilium Porphyrii ad Petrum medicem. Praedicamentorum ad eumdem. Posteriorum ad Cosmum Medicem. *Vide* Aristotelis.

ARIMINO AUGUSTINI DE. Additiones ad Tractatum de Maleficiis Angeli de Gambillionibus. *Vide* Gambillionibus *Tom. I. pag. 327.*

ARIMINO GREGORII DE. Expositio in libro II. Sententiarum. *Legitur in aversa pagina folii primi Nuncupatoria Epistola, cum epigraphe:* Magnifico ac generoso. D. Ambrosio Rosato ducali cōsiliario frater franciscus Busti ordinis minorum salutem dicit plurimam. *In secundo folio recto incipit opus huic subjectum titulo:* Gregorii ariminensis ordinis heremitarū diui Augustini ac sacre pagine Magistri in secundo sententia4 admiranda expositio. Incipit. *In fine haec habentur excusa:* Explicit scriptū sup scdm snīa4 editum a fratre Gregorio de Arimino ordinis fratrum heremita4 doctore celeberrimo p pstantissimum sacre theologie doctorē magistrum Franciscū de Busti Laudeñ. ordinis mino4 in almo convētu Mlī Regentem maxima cum diligentia emēdatum impressum Mlī opę ac impensa magnifici viri dñi Petri Antōij d' Castelliono Mediolanensis per Magistrū Ulericū scinzenzeler anno salutis dominice, M. CCCCLXXXXIIIJ. die. XV. Martij. Finis. Registrum huius operis. *His subjectum reperitur Typographi signum alibi notatum.*
In folio..... II. F. 22.

Digitized by Google

Typus gallo-francus minusculus, in charta satis alba, perficit binas columnas linearum 60. in quavis pagina. Fasciculi 20, signati litteris, et Arabicis notis, carent paginarum numeris, et custodibus; postillae vero in marginibus lateralibus, in superioribus quaestiones indicatae occurrunt; initiales tamen parvis supplentur elementis.

ARIOLORUM, Epistola ad Q. Curtium. *Extat cum* Epistolis Q. Curtii. *Vide* Curtii.

ARIOSTI ALEXANDRI. Ordinis Minorum. Tractatus de usuris. *Praecedit* Tabula in tractatum usura4 editum a fratre Alexandro Ariosto ordinis minorum, *quae sex folia implet, ad cujus finem legitur:* Expliciunt rubrice libelli usurarum qui pecũiaria ope liberalissima Ser Iacobi de peregrino viro egregio civeq3 Bononiense (sic) Bononie impressus est M. cccclxxxvi. die i5. mensis aprilis. *In folio vii. recto occurrit Epistola Nuncupatoria, cujus inscriptio:* Ad venerabilem in christo patrem Fratrem Marchũ Ariminẽsem prologus in usura4 libello ꝑutili et copioso fratris Alexandri Ariosti ordinis minorum feliciter incipit. *In secunda pagina opus initium sumit, desinitque in folio lxxii. averso ad lineam xv. secundae columnae, cui subnectitur haec notitia:* Venerabilis ac utriusq3 iuris ꝑitissimi viri fratris Alexandri ariosti d^{i} ferraria ordi^{i} mino4 opus ꝑutilimum et copiosum de usuris deo favente feliciter explicit. Impressum uero opera et impensis prudentis iuvenis baltasaris de hyrberia. Anno domini M. cccc. lxxxvj. die octava aprilis.
In 4.° parvo..... XIII. A. 18.

Hoc opus ignoravit *Wadingus. Mansius in Addendis ad Bibl. Med. et Infim. latin. Tom. vi. pag. 346.* asserit *Alexandrum Ariostum* appellari *de Ferraria* in fronte operis *de Usuris;* sed vere dicendum, sic appellari non in fronte, sed in calce operis. *Fabritius Tom. i. pag. 62* impressum hoc opus affirmat anno *1486* per *Baltassarem de Hibernia incerto loco;* fortassis non animadvertit notam post Tabulam rubricarum, ubi expresse legitur excusum fuisse *Bononiae per Iacobum de Peregrino.* Tribuit insuper huic Auctori *Minoricom*, sive *Enchiridion de Animarum curanda salute, et* de Praerogativa Fratrum minorum. Praesens opus excusum est semi-gallo-franco typo, in duas columnas distributum, et unaquaeque earum constat lineis 36. Folia signaturis, et custodibus ditantur; initiales vero desunt, et tantum spatia pro iis extant; numeros foliorum pariter neglexit Typographus, sed in ora superiori marginis titulos expressit.

—— Exemplar alterum..... I. D. 26.

ARISTARCHI SAMII. De magnitudinibus, et distantiis Solis, et lunae, Georgio Valla Interprete. *Extat hoc opusculum excusum cum* Nicephori Logica, *et aliis Auctoribus, ex interpretatione ejusdem* Georgii Vallae. *Vide* Nicephori, *et* Vallae.

ARISTHEAE. De lxxii. Interpretibus Bibliorum historia. *Extat cum* Bibliis Romae *impressis anno 1471. Vide* Biblia *in Tom. i. pag. 78.*

—— *Italice. Extat cum* Bibliis a Malermio *italice versis. Vide* Biblia *in Tom. i. pag. 89.*

Digitized by Google

ARISTIDIS. Oratio ad Rhodiēses de Cōcordia. Carolo ualgulio Brixiano Cardinalis ualentini secretario Interprete. *Extat excusa cum* Cleomedis, Plutarchi, *et aliorum opusculis, in quorum calce legitur:* Impressum Brixiae per Bernardinum misintā sumptibus Angeli Britannici Civis Brixiani anno. M.cccc.LXXXXyii. die. iii. Aprilis.
In 4.° ..... IX. B. 27.

ARISTOIS ALEXANDRI DE. *Vide* Ariosti Alexandri.

ARISTOPHANIS GRAMMATICI. Argumenta *iambico carmine exarata in* Aristophanis Comoedias. *Extant praefixa* Comoediis Aristophanis. *Vide* Aristophanis.

ARISTOTELIS. *Articulo in Tom. 1. pag. 47.* Opera omnia, *graece*, Venetiis apud Aldum 1495. *post lineam x. in pag. 49. adde:*

—— Exemplar alterum ..... XVII. G. 14-19.

—— *Latine.* Opera de naturali philosophia. *Primum folium est album, et in secundo recto* Incipit p̄mus liber Ar. stragerite filii Nichomaci de auditu physico: ī q̄ det̄mīat de p̄ncipiis subiecti qd⁹ ē ēs mobile ī cōi. *In folio LXVI. averso:* Explicit liber (VIII) physico4 Aristotelis. *In sequenti folio incipit* LIB. PRI. DE CE ET MVN. Explicit liber quartus de celo et mundo *in folio averso CIV. et protinus* Incipit liber de generatione et corruptione. *In folio recto CXXV.* Explicit liber (II.) de gn̄atione. Incipit liber prim⁹. metheo4. *In secunda pagina folii CLXVI.* Explicit liber quart⁹. metheoro4. Incipit prim⁹. de aīa. *In postica pagina folii CLXXXVIII.* Explicit liber terti⁹. de anima. *In sequenti folio incipit* LIBER DE PLANTIS. *In folio cc. averso.* Explicit liber de plantis. *Sequitur in folio sequenti* LIBER DE COLORIBUS, *et* Explicit *in averso folio CCVI. Sequuntur* libri De morte, De Intelligentia, De lineis indivisi, De Fluvii inundatione, Phisionomia, De Causa motus animalium, De vita, De sensu et sensato, De memoria, et reminiscentia, De somno et vigilia, De causis, De bona fortuna, De longitudine et brevitate vitae, De juventute et senectute, De vita et morte. *In antica pagina folii CCLXXVI.* Incipit liber Primus metaphysice, *et* liber XII. *desinit in folio recto CCCXLVIII. hac subscriptione:* Expliciūt opera Aristotelis de naturali philosophia impressa Venetiis Duce inclito Ioanne Mocenico per magistrum Philipū (sic) Venetum: eiusq3 impensis diligentissime emendata: Anno domini Millesimo cccc. LXXXII. pridie Nonas Aprilis. *In aversa facie occurrit sequens Epigramma:*

Petrus Antonius sforzantes de Favētia.
Quisquis Aristotelis sumpturus dogmata tendis:
Commoditas parvo (ne fuge) multa dabit:
Noveris hoc quātum natura volumine prestet
Et coeli causas: actaq3 claustra poli:
Nec non ut cōstet nullum sub sydere natum:
S3 morte et vita singula quaeq3 regi:

Digitized by Google

Fulmina quis iaciát: qui constent aethere nubes:
Cur phoebus gelidas grādine mittat aquas:
Deniq3 quo mundi trascēdens astra meatu
Spiritus in terris cuncta revisat ovans:
Quid sensus captet: quid mens sibi cōscia recti
Proderit: aeternū cum petet illa decus:
Cur spirent homines: quid vox animalibus addat:
Qui vigeant: ruga cur tenet atra cutem:
Causaq3 causarum folio (sic) subnixa perenni:
En praebet cursus: tollat ut aura levis:

Sequuntur alia octo folia, quae continent Averrois *opus de* substantia orbis, *et ultimum folium Registrum voluminis.*

In folio..... VIII. C. 6.

Editio Princeps, et elegans, excusa rotundo charactere, in charta satis alba, compacta, et perpolita, perfecitque lineas 38 in unaquaque pagina. In ora superiori latissimi marginis libri subjecti indicantur; in inferiori signaturae adsunt; custodes, et numeri foliorum desunt; initiales parvae ut plurimum adparent.

—— Alia editio, *latine. In prima pagina folii primi leguntur sequentia verba:* Hoc in volumine continentur infrascripta opera Aritotelis videlicet: in principio: Vita ejusdem = Epistola ejusdem ad Alexandrū Ioannē argyropolo Bizantio (sic) interprete = Phisicorum libri octo = Methaphisicae libri duodecim = De coelo et mundo libri tres = De anima libri tres = Ethicorum libri decem cui addidimus libellum de morib⁹ ejusdem Ari. interp̄te Le-Are = Liber praedicabilium porphirii = Liber praedicamēt̄orū Aristo = Perihermenias libri duo = Liber sex principiorum Gilberti porretani interpraete hermolao barbaro = Priorum liber unus = Posteriorum libri duo = Opera Aristotelis quae sequūt⁹ partim sunt ex antiq. traductione partim ex illa Leonardi aretini. Partim Georgio valla Placētino īterpraete p̄ ut suis ī locis annotatum reperies = Ex antiqua traductione: Topicorum libri octo = Elenchorum libri duo = De sensu et sensato = De memoria et reminiscentia = De somno et vigilia = De motibus animalium = De longitudine et brevitate vitae = De iuventute et senectute = De respiratione et inspiratione = De vita et morte = De phisionomia = De bona fortuna = De coloribus = De plantis = De vegetabilibus = De lineis indivisibilibus = De nilo = De proprietatibus aclementorum = De pomo = De intelligentia = De mundo = De causa = Extractione (sic) Leonardi aretini Politicorum libri octo = Economicorum liber unus = Liber Magnorum moralium Georgio valla Placentino interprete. *Aversa pagina vacua est; in folii secundi prima facie habentur Epistola, qua* Democritus Benedicto Fontanae. S. P. D., *et recudendi prohibitio; in postica*, Incipit Epistola Aristo ad Alexandrum, *quam* Vita Aristotelis *excipit. Tandem praemittitur* Praefatio Ioannis Argiropoli Bizantini in librum phisicorum Aristotelis ad praestantissimum virum Petrum Medicem, *ab ipso* Argyropolo *e graeco in latinum versum. In folio lxiii.* Incipit Liber Metaphisicae Aristotelis primus: Quē Iohannes Argiropolus bizantinus causa magnifici viri Cosme Medices Flo-

Digitized by Google

rentini traduxit. *In prima pagina folii ccccıv. haec tantum habentur excusa:* Impresum (sic) ē p̄sens opus Venetiis per Gregoriū de Gregoriis expensis Benedicti Fontanae Anno salutifere incarnationis domini nostri. M. CCCCXCVI. Die vero. xiii. Iulii. *His subjectum est* Benedicti Fontanae *symbolum, alibi notatum.*

In folio..... VIII. D. 24.

Integrum hoc volumen foliis 404, exceptis quatuor prioribus, constat. Initiales litterae ligno incisae adparent. Folia numeris, et plagularum fasciculi litteris, et notis Romanis sunt signati. Custodes quoque in qualibet aversa pagina conspiciuntur. Paginarum inscriptiones litteris gallo-francis majusculis sunt exscriptae; operum vero textus Romano ac nitido typo est impressus, qui lineis 44 perficit plenas paginas.

—— *Cum* Commentariis Averrois, *ac aliorum; sub nomine singulorum Commentatorum descripta inveniuntur.*

—— Analyticorum Priorum libri II, *vel* Priora Resolutoria, *cum* Commentariis Averrois. *Vide* Averrois.

—— *Idem opus cum* Expositione Aegidii Columnae. *Vide* Aegidii.

—— Analyticorum Posteriorum, libri II, *vel* Posteriora Resolutoria, *cum* Commentariis Averrois. *Vide* Averrois.

—— *Idem opus cum* Commentario Liconiensis. *Extat impressum cum* Isagoge Porphyrii, Praedicamentis Aristotelis, *et lib.* Perihermenias *cum* Commentario Boethii. *Vide* Porphyrii *Tom. II. pag. 361 et* Boethii *Tom. I. pag. 104.*

—— *Idem opus cum* Expositione Pauli Veneti. *Vide* Veneti Pauli *Tom. III.*

—— *Idem opus cum* Commentariis S. Thomae Aquinatis. *Vide* S. Thomae *Tom. III.*

—— *Idem opus cum* Expositione Apollinaris Cremonensis, *et* Quaestionibus *ejusdem. Vide* Offredi Apollinaris *Tom. II. pag. 196.*

—— *Idem opus cum* Expositione Aegidii Columnae: *Vide* Aegidii. Paraphrasis Themistii in Posteriora, *Interprete* Hermolao Barbaro. *Vide* Themistii.

—— De Anima lib. III. *cum* Commentariis Averrois. *Vide* Averrois.

—— *Cum* Expositione Caietani de Thienis. *Vide* Thienis *Tom. III.*

—— *Cum* Expositione Aegidii columnae. *Vide* Aegidii.

—— *Cum* Expositione Apollinaris Offredi, *et* Quaestionibus *ejusdem. Vide* Offredi Apollinaris *Tom. II. pag. 196.*

Digitized by Google

—— Paraphrasis Themistii *in libros* de Anima, *Interprete* Hermolao Barbaro. *Vide* Themistii *Tom. III.*

—— Animalium Historiae libri IX. Theodoro Gaza Interprete. *Huic articulo in Tom. I. pag. 53 post lineam XIX. adde:*

—— Exemplar alterum..... IX. G. 33.

—— Alia editio, *cujus primum folium rectum continet sequentia verba:*

ARISTOTELIS
De natura animalium: libri novem.
De partibus animalium: libri quattuor.
De generatione animalium: libri quinq.
INTERPRETE THEODORO GAZA.

In tertia pagina incipit Tabula, *quae desinit in folio v. recto, et protinus sequitur* THEODORI: GRAECI: THESSALONICENSIS: PRAEFATIO: IN LIBROS: DE ANIMALIBVS: ARISTOTELIS: PHILOSOPHI: AD XYSTVM: QVARTVM: PONTIFICEM MAXIMVM: Historia, *quae incipit in folio VII. recto, hoc praedita est titulo:* Aristotelis Stagiritae de historia animalium. Liber primus: interprete Theodoro. *In fine totius voluminis notatur:* Impressum Venetiis mandato et expensis nobilis viri domini Octaviani Scoti Civis Modoetiēsis. Die. viiii. Augusti i498 per Bartholameum (sic) de Zanis de Portesio. *Huic subnectuntur* REGISTRUM HUIUS OPERIS, *et signum* Octaviani Scoti. In folio parvo..... IX. G. 15.

Typo rotundo, chartae firmae quidem, sed aliquantum fuscae impressum est opus. Lineis 62 paginae integrae constant, quas Typographus instruxit signaturis, numeris foliorum, et custodibus. Initiales omnes xylographicae sunt, et tituli librorum, ac operum capitalibus litteris excusi adparent.

—— Exemplar alterum..... IX. E. 32.

—— Artis Veteris libri, *quibus praefiguntur* Porphyrii Praedicabilia, *et* Gilberti Porretani libri sex Principiorum, *cum* Expositionibus Gualterii Burlei. *Vide* Porphyrii *Tom. II. pag. 361.* Porretani, *ibid. pag. 362* et Burlei *Tom. I. pag. 167.*

—— *Idem opus cum* Commentariis Gratia dei Esculano. *Vide* Esculani *Tom. I. pag. 276.*

—— *Idem opus cum* Commentariis Pauli Veneti, *absque lib.* Perihermenias, *et* sex Principiorum. *Vide* Veneti Pauli. *Tom. III.*

—— De Bona Fortuna, *et aliis* Aristotelis *Opusculis*, *cum* Expositione S. Thomae Aquinatis. *Vide* S. Thomae *Tom. III.*

—— De Causis, liber *cum* Expositione S. Thomae. *Vide* S. Thomae. *Tom. III.*

Digitized by Google

—— De Coelo, et Mundo, *lib. iv. cum* Commentariis Averrois. *Vide* Averrois.

—— *Cum* Quaestionibus Alberti de Saxonia. *Vide* Saxonia. *Tom. iii.*

—— *Cum* Expositione S. Thomae Aquinatis, *et* Additionibus Petri de Alvernia. *Vide* S. Thomae.

—— *Cum* Expositione Caietani de Thienis. *Vide* Thienis *Tom. iii.*

—— *Idem opus* Georgio Valla *Interprete. Extat cum* Nicephori logica, *et aliis. Vide* Nicephori.

—— De Divinatione per Somnum, *cum* Commentario Averrois. *Vide* Averrois de Somno, *et* Vigilia.

—— *Cum* Commentario Alberti Magni. *Vide* Alberti Magni lib.

—— *Cum* Commentario S. Thomae Aquinatis. *Vide* S. Thomae. *Tom. iii.*

—— Paraphrasis Themistii *in idem opus* Hermolao Barbaro *Interprete. Vide* Themistii *Tom. iii.*

—— Elenchorum lib. ii. *Cum* Expositione Aegidii Romani Columnae, *et* Quaestione defensiva *Opinionis ejusdem* Aegidii de medio demonstrationis F. Augustini de Meschiatis de Bugella. *Vide* Aegidii, *et* de Meschiatis *Tom. ii. pag. 123.*

—— Epistolae *graece. Extant in Collectione* Aldina. *Vide* Epistolae Variorum Auctorum. *Tom. i. pag. 274.*

—— Ethicorum lib. x ad Nicomachum, *ex Interpretatione* Iohannis Argyrophyli. *Legitur in prima pagina:* ETHICA ARISTOTELICA IOANNE ARGYROPHYLO INTERPRETE: *in secundo vero folio recto,* Ethica Aristotelica: et Epistola Petri Marsi ad Illustrissimū principem Virginium Vrsinum. *In hac Epistola Nuncupatoria* Marsus *inter caetera narrat, optimum senem* Argyrophylum *paucis ante obitum mensibus sibi facultatem fecisse ejus versionem exscribendi, et publico bono in lucem emittendi. In hac praeterea Epistola* Marsus *optimum senem laudibus prosequitur. Desinit Epistola in prima folii tertii pagina, et aversa est vacua. In quarto incipit* OPUS ARISTOTELIS DE MORIBUS AD NIcomachum Ioanne Argyrophylo interprete. *Absolvitur in antica facie folii c. ad lineam xxiii. et post verbum* FINIS *additur:* Laus deo

Digitized by Google

optimo maximoq3. Impressum Romae per Euchariū Silber alias **Franck** : Anno salutis. M. cccc. xcii. Kal. Septem. Alexandro Sexto Pontifice Maximo.
In folio..... VII. A. 27.

Editio est optimo charactere Romano impressa, cum signaturis in inferioribus marginibus, absque tamen reclamantibus; et in superioribus desunt pariter foliorum numeri, et tantum libri *Ethicorum* capitalibus litteris indicati inveniuntur; eodemque typo tituli librorum, et tractatuum sunt excusi. Pro initialibus litteris spatia reliquit Typographus, quae modo vacua, modo repleta a parvis elementis visuntur.

—— *Idem opus ex antiqua interpretatione* Henrici Kosbein, *cum* Averrois Commentariis. *Vide* Averrois.

—— *Ex interpretatione* Leonardi Aretini, *et cum* Commentariis Averrois. *Vide* Averrois.

—— *Ex interpretatione, et cum* Expositione Gerardi Odonis. *Vide* Odonis. *Tom. II. pag. 194.*

—— Ethicorum Magnorum Georgio Valla Interprete. *Extat cum* Nicephori Logica, *et aliis operibus. Vide* Nicephori *Tom. II. pag. 171.*

—— De Generatione et Corruptione lib. II. *cum* Expositione Aegidii Columnae. *Vide* Aegidii.

—— *Idem opus cum* Quaestionibus Marsilii Inguen. *Vide* Inguen.

—— *Idem opus cum* Commentario Averrois. *Vide* Averrois.

—— *Idem opus cum* Commentario S. Thomae Aquinatis. *Vide* S. Thomae *Tom. III.*

—— *Idem opus cum* Expositione Pauli Veneti, *et cum libello ejusdem* Pauli de Compositione Mundi. *Vide* Veneti Pauli *Tom. III.*

—— De Insomniis, *sive de contingentibus circa Somnum, cum* Commentario Averrois. *Vide* Averrois de Somno et vigilia.

—— *Idem opus cum* Commentario Alberti Magni. *Vide* Alberti Magni.

—— *Idem opus cum* Commentario S. Thomae Aquinatis. *Vide* S. Thomae *Tom. III.*

—— Paraphrasis Themistii *in idem opus Interprete* Hermolao Barbaro. *Vide* Themistii *Tom. III.*

—— De Iuventute et Senectute *cum* Commentario Alberti magni. *Vide* Alberti Magni.

Digitized by Google

—— *Idem opus cum* Commentario S. Thomae Aquinatis. *Vide* S. Thomae.

—— Opera Logicalia. *Ad calcem:* Expliciunt textus Logicales Aristotelis Venetiis impressi per Philipū (sic) Venetum bona diligentia correcti. Anno domini Millesimo quadrigentesimo octuagesimo primo vigesima quinta die mensis octobris.
In folio ..... VII. A. 35.

De hac editione vide, quae innuimus in *Tom. II. pag. 361.* in Artic. Porphyrii.

—— Exemplar alterum..... VIII. C. 7.

—— *Idem opus cum* Commentariis Boethii. *Vide* Boethii. *Tom. I. pag. 100.*

—— *Idem opus cum* Commentariis Gualterii Burlei. *Vide* Burlei. *Tom. I. pag. 131.*

—— *Idem opus cum* Commentariis Gratiadei Esculani. *Vide* Esculani *Tom. I. pag. 176.*

—— *Idem opus cum* Commentariis Pauli Veneti. *Vide* Veneti Pauli. *Tom. III.*

—— De Longitudine et Brevitate Vitae *cum* Commentario Averrois. *Vide* Averrois.

—— *Idem opus cum* Commentario Alberti Magni. *Vide* Alberti Magni.

—— *Idem opus cum* Commentario S. Thomae Aquinatis. *Vide* S. Thomae. *Tom. III.*

—— De Memoria et Reminiscentia, *cum* Commento Averrois. *Vide* Averrois.

—— *Idem opus cum* Commento Alberti Magni. *Vide* Alberti Magni.

—— *Idem opus cum* Commento S. Thomae Aquinatis. *Vide* S. Thomae. *Tom. III.*

—— Paraphrasis Themistii *in lib.* de Memoria et Reminiscentia, *Interprete* Hermolao Barbaro. *Vide* Themistii. *Tom. III.*

—— Metaphysicorum libri, *cum* Commentariis Averrois. *Vide* Averrois.

—— *Idem opus cum* Quaestionibus Aegidii Columnae. *Vide* Aegidii.

—— Metheororum lib. IV. *cum* Commentariis Caietani de Thienis. *Vide* Thienis. *Tom. III.*

Digitized by Google

—— *Idem opus cum* Commentario Averrois. *Vide* Averrois.

—— De Motu Animalium *cum* Commentario Alberti Magni. *Vide* Alberti Magni.

—— *Idem opus cum* Commentario S. Thomae Aquinatis. *Vide* S. Thomae

—— De Motu Cordis, *pars libelli de* Iuventute *et* Senectute, Respiratione, morte, *et* Vita *cum* Commentario Alberti Magni. *Vide* Alberti Magni.

—— *Idem opus cum* Commentario S. Thomae Aquinatis. *Vide* S. Thomae.

—— Oeconomicorum *lib.* Leonardo Arretino *Interprete*, *cum ejusdem* Commentario. *Vide* Arretini.

—— Parvorum Naturalium libri, *cum* Commentario Alberti Magni. *Vide* Alberti Magni.

—— *Idem opus cum* Commentario S. Thomae Aquinatis. *Vide* S. Thomae. *Tom. III.*

—— Perihermenias lib. II. *cum* Commentario Averrois. *Vide* Averrois.

—— *Idem opus cum* Expositione Gualterii Burlei. *Vide* Burlei. *Tom. I. pag. 131.*

—— *Idem opus cum* Commentario S. Thomae Aquinatis. *Vide* S. Thomae *Tom. III.*

—— *Idem opus cum* Commentario Gratiadei Esculani. *Vide* Esculani. *Tom. I. pag. 276.*

—— *Idem opus* Boethio *Interprete*, *cum ejusdem* Commentario. *Vide* Boethii *Tom. I. pag. 100.*

—— *Idem opus cum* Isagoge Porphyrii in Aristotelis Praedicamentis, Gilberti Porretani lib. de principiis, et analyticis posterioribus, *cum* Commentario Linconienis. *Vide* Porphyrii. *Tom. II. pag. 361.*

—— Physicorum, *vel* de Physico Auditu lib. VIII. *cum* Commentario Averrois. *Vide* Averrois.

—— *Idem opus cum* Commentario Gualterii Burlei. *Vide* Burlei cit. l.

—— *Idem opus cum* Commentario S. Thomae Aquinatis. *Vide* S. Thomae *cit. l.*

—— *Idem opus cum* Expositione Aegidii columnae. *Vide* Aegidii.

Digitized by Google

—— Paraphrasis Themistii, Hermolao Barbaro *Interprete*. *Vide* Themistii.

—— Politicorum libri viii. *Interprete* Leonardo Arretino, *cum* Prooemio *ejusdem*. *Vide* Arretini.

—— *Idem opus*, *eodem* Arretino Interprete, *cum* Expositione S. Thomae Aquinatis. *Vide* S. Thomae *cit. loc.*

—— Praedicamentorum lib. cum Commentario Boethii. *Vide* Boethii.

—— *Idem opus cum* Commentariis Averrois. *Vide* Averrois.

—— *Cum* Commentariis Gualterii Burlei. *Vide* Burlei.

—— *Cum* Commentariis Gratiadei Esculani. *Vide* Esculani.

—— *Idem opus*, *cui praefigitur* Porphyrii Isagoge, *cum* Commentario Pauli Veneti. *Vide* Porphyrii.

—— Problemata, *cum* Expositione Petri de Abano. *Vide* Abano.

—— *Idem opus* Theodoro Gaza Interprete, *cum* Problematibus Alexandri Aphrodisaei. *Vide* Aphrodisaei.

—— Rhetorica *cum* Compendiosa declaratione Iacobi Alpharabii. *Vide supra* Alpharabii.

—— De respiratione, *cum expositione* Alberti Magni. *Vide* Alberti Magni.

—— *Cum* Commentario S. Thomae Aquinatis. *Vide* S. Thomae.

—— De sensu, et sensato *cum* Commentariis Averrois. *Vide* Averrois.

—— *Cum* Commentariis Alberti Magni. *Vide* Alberti.

—— *Cum* Commentariis S. Thomae Aquinatis. *Vide* S. Thomae.

—— De Somno et Vigilia. *Opus in tres partes divisum, sub unico titulo adlato*; *nempe*, de somno, et Vigilia, de Insomniis, et de divinatione per somnum, *cum* Commentariis Averrois. *Vide* Averrois.

—— *Cum* Commentariis Alberti Magni. *Vide* Alberti Magni.

—— *Cum* Commentariis S. Thomae Aquinatis. *Vide* S. Thomae.

—— Paraphrasis Themistii in lib. de Somno et Vigilia, Hermolao Barbaro Interprete. *Vide* Themistii.

Digitized by Google

—— De Vita et Morte, *cum* Commentariis Alberti Magni. *Vide* Alberti Magni.

—— *Idem opus*, cum Commentariis S. Thomae Aquinatis. *Vide* S. Thomae.

—— Propositiones Universales. *In summitate primae paginae* Incipit Prologus de propositionibus universalibus Aristotelis. *Post* Aristotelem, *sequuntur Propositiones, sive Auctoritates quaedam* Averrois, Senecae, Boëtii, Platonis, et Apuleji, *quibus subjungitur* TABULA *librorum, ex quibus decerptae sunt, duabus impressa columnis, cum opus ipsum integra pagina excusum sit. In fine:* Finiūt propositiones universales Aristotelis sūma diligentia emendate. Impresse Bonōie studiorum matre per Ugonem Rugerium. Anno incarnationis domini nostri ihesu xp̄i. M. CCCCLXXXViii. die vero. XV. aprilis. *Adductae subscriptioni subjecta cernuntur* REGISTRUM, *et Typographi signum.* In 4.° parvo..... VII. B. 4.

Ex Registro signaturarum intelligitur, voluminis paginas esse 68. gallo-franco charactere impressas, sine plagularum numeris, et reclamantibus.

—— Repertorium Dictorum: Aristotelis: Averoys: Aliorumque Philosophorum. *Haec verba extant in prima pagina. In secunda legitur Epistola Nuncupatoria, cum epigraphe:* EXIMIO Artiū et medicine doctori. D. magistro Hyeronimo Tostino de Florentiola. Bononiae philosophiam publice legenti: Artium scolaris andreas victorius Bononiensis discipulus suus affectus. S. P. D. *In hac Epistola recitato de* Aristotele Averrois *elogio, subdit:* Aristotelem itaque talem habere debemus, qualem Averr. esse fatetur, ut quocumque ierimus, nobis sit socius.....antequam loquamur, Proferre nos doceat, ipsumque ab aliis differentem, ut aurum a calybe, continue veneremur. *In fine vero Epistolae, hujus suae editionis praestantiam hisce praedicat verbis:* Prius enim foedus fastidiensque (*libri*) ordo aderat, nunc vero lucidus ac delectabilis datur: primus libros solum confuse ostendens, hic vero libros, textus, capitula, commataque distincte demonstrans est; ut ipsum inspicientibus patere potest: quorum quatuor inventionem citam discipulus tuus dilectus libenti animo tibi largitur. *Secundum folium rectum exhibet titulum operis majusculo typo excusum: Ad calcem, post verbum* FINIS, *legitur:* Expliciunt propositiones Aristotellis (sic) Averroisq3 et aliorum Phylosophorum (sic) aere: et impensa Benedicti de Hectoris librarii ad lucem delatae: Opera vero: et diligentia Bazalerii de Bazaleriis civis Bononiensis Impraessae (sic) Regnante Ioanne Bentivolo Secundo Sforcia: Vicecomite de Aragonia. Anno Salvatoris nostri. M. cccc. lxxxxi. die Augusti secunda. Laus Deo.
In 4.°..... VII. B. 43.

Editio nitida, eleganti charactere Romano excusa, cum signaturis, quae pertingunt usque ad K IIII Plagulae sunt 64. quibus desunt numeri, et reclamantes.

Digitized by Google

Armandi de Bello-Visu. Ordinis Praedicatorum. *Vide* Bello-Visu Armandi de.

Arnoldi de. Villanova, *sive* Novavilla. *Vide* Villa Nova, *et* Salernitana Schola.

Arretini Francisci. *Vide* Accolti.

Arretini Leonardi. *Vide* Bruni.

Arriani Historia. De Rebus gestis Alexandri Macedonis e greco nuper traducta. *Sic fert titulus libri in prima pagina. In secunda incipit*, Arriani de Rebus gestis Alexandri Macedonis Interprete Charolo Valgulio Brixiano Liber Primus. *Praecedit breve Prooemium ejusdem* Arriani. *Post librum VII. in quo* Alexandri historia *absolvitur, sequuntur* Arriani Indici Commentarii Interprete Charolo valgulio Brixiano. *Ad calcem hujusmodi secundi operis, legitur verbum* FINIS; *exinde adcedit* Charoli Valgulii Brixiani Prooemium in Arrianum Rerum Alexandri Macedonis Scriptorem, *quod forsan ob impressoris, vel compactoris incuriam sutum est in fine voluminis. Terminatur opus hac conclusione excusa post lineam XVII. folii recti LXXXVI.* Fuit hic Arrianus vir consularis: eiq3 cognomentum amico veritatis: et inclytus phylosophus fuit. Quattuorq3 libros composuit de praeceptis vitae degendae vitam foelicem atq3 beatam ducem (sic) cupientibus: quos inscripsit sermones familiares Epitecti: quosq3 nos et ipsos vertimus. T. Livium quoad possumus imitati in secessibus philosophiae vacantes quietam atq3 tranquillam vitam procul ambitione ducentes. In folio..... XX. H. 12.

Raritatem hujusmodi editionis testatur silentium quamplurium Bibliographorum, et tantummodo notatam invenimus in *Catalogo de Rossi pag. 61.* ex quo *Panzer* notitiam hausit. Nulla ei inest typographica notitia, sed impressa videtur *Venetiis* charactere latino rotundo ac nitido *Bernardini de Vitalibus*, qui chartam adhibuit albam, expolitam, atque compactam; paginasque integras complevit 40. lineis. Signaturae adparent, haud vero numeri foliorum, et custodes. Margines superiores inscriptionibus ornantur, quibus operis libri indicantur. Initiales litterae formis ligneis caelatis expressae sunt; voluminis margines scatent postillis MSS. charactere subalbido, et rubro, et in fine legitur eodem charactere illud: *Antonij Seripandi ex Iani Parrhasij testamento.*

Artaxersis Regis. Epistolae *duae, quarum prima ad* Paetum, *secunda ad* Hystanem, *graece. Extant in collectione Aldina. Vide* Epistolae variorum Auctorum..... ..... XVII. G. 36.

—— *Latine versae a* Rinucio Thettalo. *Extant cum* Hyppocratis Epistolis. *Vide* Hyppocratis.

Ars et Scientia bene Moriendi. *Vide* Capranica dominici de. *Tom. I. pag. 146.*

Ars Notariatus. *Vide* Notariatus *Tom. II. pag. 182.*

Digitized by Google

Arsenii Monachi ordinis S. Benedicti. Epistola ad Iohannem de Turrecremata: *Vide* Regula S. Benedicti. *Eam scripsit anno 1441. ex Monasterio* S. Pauli de urbe.

Arsochis Francisci de. Bucolicà, *sive* Ecloge, *Italice. Extant cum* Eclogis Virgilianis, *italice versis a* Bernardo Pulcio. *Vide* Pulci.

Artisela. *Vide* Ioannitii, Hyppocratis, *et* Galieni.

Arzignavensis Oliverii. Commentaria in Valerium maximum. *Extant cum textu* Valerii Maximi. *Vide* Valerii Maximi.

Digitized by Google

A S

Ascentii Iodoci Badii. Commentaria in Terentium. *Extant cum textu* Terentii, *et comment.* Donati, Guidonis, *et* Calphurnii. *Vide* Terentii.

—— Commentarium in Boethium de Consolatione philosophiae, *et in* Quintilianum de Officio discipulorum. *Extat cum* Boethii *textu. Vide* Boethii.

—— Interpretationes Morales, *desumptae ex operibus* Virgilii, Horatii, Iuvenalis, Baptistae Mantuani, Sulpitii Verulani, Catonis, *et* Alani. *Vide* Sylvae Morales.

Asconii Q. Pediani. Enarrationes in Ciceronis Orationes, *seu potius*, Fragmentum Commentariorum in orationes aliquot Ciceronis. *In aversa pagina folii primi adest* Registrū Q. A. Pediani, *constans littera et initiis primorum foliorum cujuslibet scapi. In tertia pagina opus incipit hoc titulo:* Q. A. Pedianus ī senatu cōtra. L. Pisonem: *Ad calcem*: Haec est pars. Q. A. pediani cura et diligentia pogii florēntini viri litteratissimi reperta in monasterio sancti galli prope constantiā. xx. millib⁹ passuum: et ab ipsius pogii exemplarib⁹ a me A. Iu. transcripta ac Venetiis per Iohānem de Colonia sociūq3 eius Iohānem Manthen de Gerretzem impressa. *Adcedit* Georgii Trapezuntii de artificio Ciceronianae orationis, *cujus titulus sic se habet:* GEORGII TRABEZUNTII (sic) DE ARTIFICIO CICERONIANAE ORATIONIS. PRO QUINTO LIGARIO AD VICTORINUM FELTRENSEM. PRAEFATIO. *Ad calcem legitur:* FINIS. *Adcedit:* Antonii Luschi Vicentini oratoris clarissimi inquisitio super xi. orationes Ciceronis ad fratrem suum optimum: atq3 charissimum Astolfinum de marinonibus. PRAEFATIO. *In fine:* Explicit pro L. Flacco. *Sequuntur alia argumenta, quorum titulus:* Xiconis Polentoni argumenta super aliquot orationibus et īvectivis Ciceronis ad Iacobū de alvarotis legū doctore (sic) Pataviū (sic) clarum incipiunt. *In fine:* Xichonis Polentoni argumenta xii. super aliquot invectivis et orationibus (sic) Ciceronis ad Iacobum alverotum iurisconsultū Patavinū clarū finiunt. *Tandem legitur* Hieronymi Squarzafici *Epistola Nuncupatoria, quae incipit:* Hieronymus Squarzafic⁹ Alexandrin⁹ Reverendissimo in Christo prī dño Antonio Seracho archiepō Corinthiensi: et Reverendissimi dñi patriarchae Venetiarū vicario salutē plurimā dicit. *Data,* Venetiis aedibus solitae habitationis 4.° nonas Iunias. M. cccc. lxxvij.
In folio..... XI. F. 22.

Sine nota chronologica; verum quum *Hieronymus Squarzaficus* in laudata Epistola fateatur se imprimendum curasse *Asconii Pediani* opus, cum aliorum Auctorum scriptis, quae in volumine occurrunt; dataque sit haec Epistola *iv. nonas Iunias 1477.* eruitur hoc anno impressum volumen fuisse, ut recte etiam adscritur ab eruditissimo *Morellio in Catalogo Pinellianae Bibliothecae. Tom. iii. pag. 15.* Typus rotundus est et elegans, et charta alba et nitida; èt in quavis pagina lineae 36. continentur. Signaturae instructae cernuntnr litteris numerisque Romanis; margines satis ampli adparent, in quibus custodes, et foliorum numeri desiderantur: pro initialibus litteris parva elementa occurrunt in spatiis.

Digitized by Google

—— Exemplar alterum..... X. E. 27.

—— Exemplar tertium..... X. E. 28.

Asculani Cecchi. *Vide* Stabili Francisci.

Asculani Gratiadei. *Vide* Esculani.

Asiaticorum Epistola ad Mahummedem II. Laudivio *Interprete. Extat cum Epistolis* Mahummedis. *Vide* Mahummedis.

Asinii Pollionis. Epistolae tres ad M. T. Ciceronem. *Extant cum* Ciceronis Epistolis, *vulgo ad* Familiares. *Vide* Ciceronis.

—— *Cum* Commentario Ubertini Clerici Crescentinatis. *Vide* Ciceronis.

Astensis. *Vide* Astesani.

Astesani. Summa de Casibus. Venetiis 1478. *Huic articulo Tom. I. pag. 55. adde post lineam XXXII. haec alia exemplaria.*

IV. H. 1. H. 2. = H. 3. = IV. G. 8. = G. 9. = G. 10. G. 11. = G. 12. = G. 13.

Inter editiones hujus operis, quae hucusque innotuerunt cum typographica notitia, haec sine dubio prima est. Quae vero *Iohannes Nicolaus Weislinger in Catalogo librorum impressorum in Bibliotheca Ordinis S. Ioannis Hierosolymitani asservatorum* pag. 13, et in *Armamentario Catholico Argentorati 1749.* pag. 181. de editione *Argentoratensi per Iohannem Mentel 1469.* impressa, protulit, fundamento adhuc satis incerto nituntur; cum verba, quibus sententiam suam probare conatur, fortassis minio tantum et calamo exemplari adposita fuerint. Forte editio, quam Weislinger vidit, eadem est, cujus in *Tom. I. pag. 55.* notavimus exemplar, non addito loci, Typographi, et anni indicio. De hac editione vide quae fuse scribit *David Clement in Bibliotheque historique et Critique Tom. I. pag. 170. et seqq.* Haec vero editio latuit *Antonium Possevinum*, qui in *Apparatu Sacro* scripsit: *Astesanus Astensis Summam de Conscientiae casibus octo libris conscripsit, quae primo fuit edita Venetiis apud Leonardum Wilt* (sic) *an. 1480.* Typus est gallofrancus elegans in duabus columnis impressus, quae lineas 54. occupant. Fasciculi plagularum signaturis, notis Arabicis, et litteris sunt referti; numeri vero paginarum, et custodes nulli. Initiales parvae extabant, sed Miniculator majores reddidit coloribus rubro, et caeruleo.

—— Alia editio, *cujus folium primum est album, et prima pagina secundi exhibet inscriptionem praefixam Epistolae Nuncupatoriae, quae ita se habet:* Colendissimo Domino D. Marco Barbo tituli sancti Marci de urbe presbytero Cardinali. Bartholomaeus Bellatus ordinis minorum: artium et sacre theologie doctor cōmēdationes dicit. *In hac Epistola* Bellatus *praeter alia, dicit* Summam *imprimendam dedisse primo* Ioanni Agripensi (sic), *et* Ioanni Manthen, *de qua actum est in Tom. I. pag. 55. Epistolae subjungitur quaedam Monitio ad lectorem sine titulo. Opus incipit in tertio folio, ac primum adest Prooemium, quod titulus, et Epistolae duae praecedunt; titulus vero haec*

Digitized by Google

exprimit: In nomine dñi amen. Incipit sūma de casib⁹ per fratrē Astesanū de ordine fratrū minorum cōpilata ad honorē dei immortalis: et diligētem exhortationē dñi Ioānis gaietani diaconi cardinalis sancti Theodori. Premittunt⁹. in P⁹mis lr̄e fratris Astesani: in quib⁹ P⁹cibus domini Cardinalis obptari pollicet⁹. Subnectuntur lr̄e dñi cardinalis in quibus fratri Astesano de tam digno labore sumpto regratiatur. *Inscriptio Epistolae:* Reverendo ī xp̄o pr̄i dño domino Iohāni gaietano de urbe divina providentia dignissimo sacrosancte romane ecclīe sācti Theodori diacono cardīali frater Astesanus de ast de ordine fratrum minorum eius humilis serv⁹ reverentiā suiq3 rēcomēdationē in dño debitā et devotā. *Data est* Iañ. Anno dñi millesimo. ccc. xvii. *Protinus* Incipiūt littere p̄dicti domini cardinalis ad ipsum fratrem astesanum, *cujus inscriptio:* Venerabili et religioso viro amico charissimo fr̄i Astesano de civitate astēsi ordinis fratrum minorum. Ioannes miseratiōe divina scī Theodori diaconus cardinalis salutē et sincere dilectionis affectū. *Prooemium Epistolae subjungitur, in quo recensentur Auctores, ex quibus materiam* Astesanus *deprompsit, indeque tituli primi libri occurrunt, quod et in aliis libris servatum est; nam in VIII libros dividitur opus. Ad calcem VIII. libri post titulum xl. alius sequitur, in quo* de significatione verborum agitur, *et alphabetico ordine digeritur. Huic adcedit Tabula alphabetica titulorum* Decretalium, *et alia* Decretalium et librorum legalium; *deinde Operis Tabula pariter alphabetica, quae in secunda penultimi folii pagina absolvitur; et ad ejusdem calcem legitur:* Sūme confessionis operi nobilissimo et huic facultati operam dātibus pernecessario: quā frater Astesanus de Ast ordinis minorū doctor solēnis edidit: maxima cura et sollicitudine famosissimi sacre theologie magistri fratris Bartholomei de Bellatis de feltro circa juris cotationes (sic): nec non fratris Gometii hispani de ulyxbona provintie (sic) portugalie sacre theologie bacchalarij clarissimi in conventu Venetiarum circa residuum totius voluminis ambo eiusdem religionis minorum emendate: Rursusq3 per viros alios solennissimos: ac in facultate ista approbatissimos q. diligentissime examinate: sumptibus et jussu Nicolai de francfordia. Venetiis finis imprimendo impositus est per Leonardum Wild de ratisbona. 1480. die 28. Aprilis. *In sequenti folio recto Registrum occurrit.*

In folio..... IV. H. 5.

—— Exemplar alterum..... IV. H. 6.

—— Exemplar tertium..... IV. H. 7.

—— Exemplar quartum..... IV. H. 8.

—— Exemplar quintum..... IV. H. 9.

Opus duplici columna impressum est gallo-francis litteris, lineasq3 56 columnae integrae continent; et fasciculis 55. integrum volumen absolvitur; in eis signaturae adparent, litteris Arabicisque notis instructae. Nulli foliorum numeri, aut custodes, nullae ut plurimum initiales litterae, quas miniculator aut supplevit, aut majores reddidit coloribus variis. Ora superior marginis charactere, et numeris Romanis capitalibus libros, et capita innuit; et Titulorum primae lineae grandiori typo impressae sunt.

Digitized by Google

— Canones Poenitentiales extracti de verbo ad verbum de summa Fratris Astesani. *Extant impressi ad calcem* Supplementi Summae Pisanellae Fr. Nicolai de Auximo, *et* Consiliorum Alexandri de Nevo contra Iudaeos foenerantes. *Vide* Osimo Nicolai de, *et* Neva Alexandri de.

Astrolabium. *Vide* Aichach.

Digitized by Google

A T

S. Athanasii. Enarrationes in Epistolas S. Pauli Apostoli: Interprete Christophoro Persona. *Prima voluminis pagina est alba, secunda continet Epistolam Nuncupatoriam, qua opus dicatur* SIXTO. IV. PONTIFICI MAXIMO. *In tertia pagina opus incipit, et ad calcem haec verba leguntur:* F. Cristoforus de Persona Romanus Prior Sancte Balbine de Vrbe: Traduxit Anno Domini M. cccc. lxix. Pontificatus Pauli Pontificis maximi. Anno quinto. Et per ingeniosum virum magistrum Vdalricum Gallum alias Han Alamanum ex Ingelstat civem wiennensem: non calamo ereove stilo: Sed nove artis ac solerti industrie genere Rome impressum Anno incarnationis dominice M. cccc. lxxvii. die vero xxv. mensis Ianuarii. Sedente Sixto divina providentia papa. iiii. *Argumenta* Epistolarum S. Pauli, *duas fere occupant paginas; in ultima vero Registrum exhibetur.*

In folio..... I. H. 22.

Character luculentissimus lineas 44 implet in paginis: distinctionis signa frequenter adparent; custodes, numeri foliorum, et signaturae desunt: pro initialibus litteris spatia visuntur. Has enarrationes plerique abjudicant *S. Athanasio*, et tribuunt *Theophylacto Bulgariae Archiepiscopo. Prosperus Marchand* in *historia Typographiae pag. 117. Abbas de S. Liger* in opere, cui titulus: *Supplement à l' histoire de l' imprimerie par Prosper Marchand, pag. 160. Apostolus Zenus in dissertationibus Vossianis Tom. II. pag. 134.* aliam proferunt editionem Romanam Commentariorum *S. Athanasii*, servatam in *Bibliotheca Barbarini* ejusdem anni 1477. peractam a *Georgio Sachsel* et *Bartholomaeo Golsch.* Sed omnino rejicienda est haec editio, quae apud *Gesnerum*, *Possevinum*, et *Maittairium* praesefert annum 1469. nuncupatam *Sixto IV.* ea potissimum ratione quod eodem anno nondum electus fuerat in Summum Pontificem *Sixtus IV.* dicendumque eos Scriptores confudisse annum, quo *Christophorus Persona Commentum S. Athanasii* latinum reddidit sub *Paulo II.* cum anno, quo praelo commisit sub *Sixto IV.*

—— Opuscula contra Arianos, et Gentiles ex *Interpretatione* Omniboni leoniceni. *In folio primo averso excusa legitur Epistola ad Correctorem, quae Auctoris nomen refert:* pEtrus brutus art. doct. Epūs Cathareñ: Barnabe celsano S. P. D. *Hanc excipit Epistola alia responsiva, qua idem* Barnabas Celsanus: Petro bruto episcopo Catharensi. S. P. D. *Hac absoluta,* OMNIBONI LEONICENI Rhetoris excellentissimi in athanasium ad Paulū ii. Summum Pontificem praefatio feliciter Incipit. *Huic Epistolae subditur iudicium de* S. Athanasii *scriptis ex* Photio, *quod iterum legitur post Epistolam ad* Serapionem. *Opuscula* S. Athanasii, *quae in hac editione habentur, sunt:* I. Epistola ad Episcopos Aegypti, et Libiae contra Arianos, *quae titulum praesefert:* ATHANASII LIBER PRIMUS CONTRA HAERETICOS INCIPIT. II. Epistola ad Serapionem de Spiritu Sancto, *sine ullo titulo.* III. Oratio contra Gentiles; *quae titulum refert:* ATANASII (sic) ARCHIEPISCOPI ALEXANDRIAE NOSTRI INTER SANCTOS PATRIS CONTRA GENTILES. IV. CONTRA ARIANOS SERMO PRIMUS. V. Oratio de Incarnatione, *absque titulo.* VI. Oratio contra Arianos: *sine titulo.* VII. De incarnatione dei verbi, et contra Arianos, *sine titulo. Typographus ad calcem notavit:* Atanasii opus contra gentiles feliciter finit. Impressum Vincentiae a Leonardo basilensi cupidissime et studiosissime. Mccccl xxii. cal. februarias.

Digitized by Google

In folio parvo ..... 11. E. 8.

Nullus custos, aut plagularum numerus occurrit in praesenti editione, quam Typotheta excudendo, characterem rotundum elegit ad paginas lineis 5o. explendas. Signaturas exculpsit in marginibus inferioribus, quae litterarum seriem exhibent cum Arabicis notis; initiales vel desunt, vel minoribus typis supplentur.

—— Exemplar alterum..... 11. E. 16.

—— Opusculum in Psalmos, Angelo Politiano *Interprete. Extat cum operibus* Politiani, *ab* Aldo Manutio *excusis* Venetiis 1498. *Vide* Politiani. *Tom. II. pag. 344.*

—— Vita S. Antonii Abbatis. *Vide* Vitae SS. PP. *Tom. III. pag. 378.*

Athenagorae Philosophi. De Resurrectione, Georgio Valla *Interprete. Extat cum* Nicephori logica, *et aliis Auctoribus. Vide* Nicephori. *Tom. II. pag. 171.*

Atheniensium. Epistola ad Mahummedem II. Laudivio *Interprete. Extat cum Epistolis ejusdem* Mahummedis. *Vide* Mahummedis *Tom. II. pag. 62.*

Attavantia Pauli. *Vide* Florentini Pauli.

Attestatio. Radicalis Fidei Orthodoxae. *Vide* Radicalis Attestatio *in Tom. III. pag. 2.*

Attila Historia di. *In prima pagina visitur Iconismus xylographicus, qui Salvatoris nostri capturam repraesentat, et huic subduntur verba:* ATILA FLAGELLUM DEI PER VVLGARE. *In folio secundo* INCOMINCIA LE RUBRICHE OVER TABULA sopra la sequente opera chiamata Atila flagellum dei: Che tāto adir Atila quanto a dir destructione et morte de gli christiani: el quale comincia dal nascer del dicto Atila: et de la destruciōe chel fece in Italia fin ala sua morte: et come fu morto per le mane del Re Iano re de Pataffia: et he molto deletevole da legere a ciaschaduna persona. *In folio tertio* INCOMNCIA IL LIBRO DI ATILA EL QuALE FU INgenerato da uno cane. Et poi mentre la matre se marito a un barone da la quale Atila nascete. Et come destrusse Altin et molte altre citta. Et in quel tempo fu principiata Venetia. *Ultima verba, quibus concluditur opusculum, licet hic referre, et ex iis dignosci potest annus, quo ipsum conscriptum fuit:* Atila ꝑsecutore de la christiana fede. Primamēte vēne verso aquilegia nel tēpo de papa Leone et de Odopio imꝑadore delli cristiani: Laqual cita a sembre cō molte altre cita castelle et forteze nella fertile et bella italia destrusse. Li abitatori de li dicti luoghi fugiēdo la sua canina rabia ad modo che nel presente tēpo: Cioe del sūmo Pontifice PaPa Innocentio, et di Federico imꝑadore: et del inclyto duce Augustino barbadico ī Venetia īperante: nelli anni del signore del. M. CCCCLXXXXi. se fuge la crudele et abominabile ꝑsecutione del perfido cane Turcho il qual cōe dicto disopra abādonādo le loro dolce patrie ꝑvēneno alle prenomiāte

Digitized by Google

isole : nela quale fu edificata la potētissima famosa et nobile cita de Venetia la quale idio per sua pieta mātegna ī felice ꝑsperita et victoria ꝑ longo tempo. FINIS.

In 4.° parvo..... XII. D. 44.

Est editio foliorum 24 excusa rotundo typo Romano, qui paginas perficit lineis 37. Desunt foliorum numeri, attamen signaturae, et reclamantes suo loco occurrunt. Prima initialis littera xylographica visitur, caeterae parvis elementis sunt excusae. Recenset hoc ineptissimum opusculum *Bolongaro Crevenna Tom. IV. pag. 158.* qui suspicatur *Venetiis* fuisse impressum circa annum 1492.

Attilii Fortunatiani. Ars metrica. *Habetur in collectione Grammaticorum Veterum. Vide* Grammatici Veteres *Tom. I. pag. 343.*

Attilii M. Reguli. Epistola ad Fulvium. *Extat cum Epistolis* Q. Curtii. *Vide* Curtii.

Digitized by Google

A V

Avantii Hieronymi Veronensis. In Valerium Catullum, in Priapeias, et in Statii Sylvas emendationes. *Praeit Epistola, qua* Hieronym⁹ Avāti⁹ Vero. Nobilissimo Viro ac Poetae illustri Aelio Lāpridio cervino Rhacusaeo. S. P. *dicit. Post emendationes adcedit Epistola* Augustini Moravi Olomucensis Iuris pōtificii et liberalium artium Pro. Studiosae Iuventuti. *Data* Patavii tertio Nonas martii. Anno Christi domini. M. ccccxciii. *Laudat in ipsa* Augustinus Emendationes Catullianas Avantii, *quas* Leonicus Patavinus, Iacobus Comes Iuliarius Veronensis, Aurelius Augurellus Ariminensis, Calphurnius Brixiensis, *mire commendaverant. Sequitur Epistola* Avantii *eidem* Augustino, *data* pridiae idus octobris M. cccc. lxxxxiii, *in qua* Calphurnii *castigationes in* Catullum *dignis laudibus celebrat; simulque* Parthenii Lacisii *Commentarios in eumdem. Ad finem vero Epistolae enuntiat, se per triennium sub eodem Parthenio in haec studia incubuisse; sed postea per quinquennium fere applicuisse se ad hoc, ut philosophorum sacris initiaretur: ruri demum degentem, nonnulla* Catulli *loca restituisse, veterum codicum praesidio, et assidua versuum ipsius librationе. Post longam hanc Epistolam sequuntur aliae tres ejusdem* Avantii Nobilissimo adolescenti Marco clarissimi Georgii Cornelii F. *Extant cum* Catullo. *Vide* Catulli.

Auctores Vetustissimi nuper in lucem editi. *Extant inter Anniana figmenta. Vide* Nannii Viterbiensis.

Auctoritates variorum Philosophorum. *Vide* Aristotelis Repertorium.

Avenaris Abrahae. *Vide* Venere Abrahae a.

Avenazaris Abrahae. *Vide* Venere Abrahae a.

Averrois Cordubensis. Opera fere omnia, ac in Aristotelis libros Commentaria, ex castigatione Augustini Niphi Suessani. *In primo folio occurrunt duae Epistolae, quarum prima* Augustinus Niffus de Suessa. Magistro Nicolao grassetto ordinis Minorum haereticae pravitatis inquisitori dignissimo. S. P. D. *Secunda, est brevis responsio* Magistri Nicolai grassetti ordinis minorum: haereticae pravitatis īqsitoris Augustino Niffo Suessano excellentissimo philosopho4. *In aversa pagina legitur:* Prologus averroys in libros phisico4. *quo expleto habetur tertia Epistola* Augustini Niphi, *inscripta* Laurentio donato nobilissimorum eruditissimo. *In secundo folio incipit,* Aristotelis Stagirite peripateticorum principis de physico auditu liber primus et Averrois Cordubensis Cōmentaria. *In folio averso 160. desinit* Liber octavus Phisicorum, *hac subscriptione:* Aristotelis stragyrite (sic) philosopho4 monarche: phisicorum opus: cum Averroys Cordubensis expositionibus feliciter explicit. Studio quoq3: ac Impensa Octaviani Scoti q̄ diligentissime et castigatissime correctū: et ex stercore et tenebris: in nobilissimū et clarissimum locum deductum: Venetijs īpressum. āno salutis dñi. M. cccc. xcv. die ultimo septembris. *Incipiunt in folio 161.* libri de

Digitized by Google

celo et mundo, *et desinunt in prima pagina folii 262. hoc pacto:* Summi philosophi Aristo. Stragyrite (sic) peripatetico4 principis : de Celo et Mundo : cum Averrois Cordubensis expositionibus : Aureum opus feliciter explicit. Impressum Venetiis studio et impensa egregij viri Octaviani scoti ex tenebris in lucem redactum anno dñi. M. cccc. xcv. die vē. xxviij. Novembris. *Sequuntur duo* Libri de generatione et corruptione, *qui terminantur in folio 278.* Arist. Stragyrite de Gene. et Corru. opus cū Averrois Cordubē. expositi feliciter finit. arte et expensis famosissimi Octaviani Scoti Anno salutifere incarnationis domini. i495. Die vo. quinto decembris. *In prima pagina folii 279. incipiunt* Libri de anima, *et in calce folii recti 336. legitur:* Explicit liber tertius et ultimus de anima Aristo. *Adcedunt* libri de sensu et sensato : De memoria et reminiscentia : De somno et vigilia : De causa longitudinis vite. *Hos excipit* Liber Averrois de substantia orbis, *in cujus fine in folio averso 354.* Averrois cordubensis de substantia orbis liber feliciter explicit. *Incipiunt* libri Metheororum *in folio 354, a titulo:* Aristotelis Stragyrite Metheororū liber primus : cum Averroys cōmentarijs nuper traductꝰ. *Absolvuntur hac nota in folio averso 362:* Summi philosophi Aristotelis Stragyrite peripatheticorum principis : cum Averroys cordubensis expositionibus Metheororum opus : cū nova traductione in primum volumen feliciter explicit. Impensa quoq3 ac diligentia Octaviani Scoti Venetijs impressum fuit. Anno dñi. M. cccc. lxxxxvj. die xxij. Aprilis. Laus deo. *In penultima pagina extat* Registrum chartarum.

In II. volumine incipiunt libri Metaphisice, *absque titulo. Liber vero xiv. caret* Averrois Commentariis. *Sequuntur libri* Predicabilium Porphirii : Predicamentorum Arist. Perihermenias Aristotelis, *cum iisdem* Commentariis, *qui desinunt in folio recto 140. Adcedit:* Gilberti Porretani aristotelici Liber sex principiorum : cum magni Alberti cōmento viri etate sua doctissimi feliciter incipit. *Ad calcem hujusmodi opusculi in folio 166.* Gilberti porretani sex principiorum liber cum magni Alberti commento feliciter explicit. *In postica pagina folii 166.* Incipit Liber primus prio4 analectico4 Arist. cum Comment. Averrois. *Post librum secundum, sequuntur* Libri duo Posteriorum Analeticorum Arist. *in quorum calce in folio averso 232 legitur:* Arist. Stagyrite philosophorum principis posteriorum Anale. opus per cōmentatorē Averroim cōmētatū finit. Laus summo deo. Libri Topicorum et Elenchorum, *quibus desunt* Averrois *Commentaria*, incipiunt *in folio 233. desinuntque folio 266. Adcedunt* Ethicorum libri ad Nicomachum *ex interpretatione* Leonardi Arretini, *cum Prooemio ejusdem* Arretini, *et Commentario* Averrois, *ut in caeteris.* Libri Politicorum, *ex interpretatione ejusdem* Leonardi Arretini, *sine Commentariis, cum Prologo Interpretis, et Prooemio: deinde* Liber Oeconomicorum *eodem* Arretino *Interprete, cum Commentario ejusdem; cui praeponitur ad* Cosmam Medicem Praefatio. *Tandem* Incipit phisionomia Aristotelis, *in cujus fine legitur:* Summi philosophi Aristotelis Stragyrite (sic) Peripatheticorum principis cū Averrois Cordubensis expositionibus Economico4 opus : cum Physionomia feliciter finit. Impensa quoq3 ac sūma diligētia Octaviani Scoti Venetijs īpressum. Anno salutifere incarnationis domini. M. cccc. xcvj. die vo. xxvj. Aprilis. *In ultima voluminis pagina exhibetur* Registrum chartarum.

Digitized by Google

In III. volumine haec verba existunt in prima pagina, excusa majori typo:

Destructiones. destructionum Averroys cū
Augustini niphi de Suessa expositione.
Ejusdē Augustini questio de sensu agēte.
Omnia Aristo. opera tam in logica quā in
philosophia naturali et morali et metaphy-
sica cum sui fidelissimi ītерpretis Aver
roys cordubēsis cōmentarijs.

In secunda pagina extat Epistola sic inscripta: Reverendissimo in christo patri et domino meo observandissimo Domino Dominico Grimano miseratiōe divina sancti Nicolai inter imagines diacono Cardinali Augustinus Niphus de Suessa se plurimū cōmendat. *Prologi titulus in summitate primae columnae folii secundi recti ita se habet:* Destructiones destructionum Averroys cōtra Algazelem cum expōne clarissimi philosophi Augustini Niphi de Suessa feliciter īcipiūt. *In aversa facie incipit* Augustini Niphi Suessani phi⁹ clarissimi in destructiones destructionum Averroys contra Algazelem expositio. *In aversa pagina folii 123. extat* Finis cōmenti destructio destructionū in metaphysica Averroys Augustini Niffi de Suessa phi⁹. p̄clarissimi. *Huic subnectitur brevis Epistola, cujus inscriptio:* Ioāni baptiste spinello Patricio partenopeo divi ferdinandi secūdi clementissimi regis ad venetorum senatum oratori p̄mario: hujusq3 tempestatis sedatori Augustinus Niffus de Suessa felicitatem. *Occurrit in sequenti folio* Preclarissimi philosophi Augustini niffi de Suessa. De sensu agente Tractatus, *qui desinit ad calcem secundae columnae folii recti 129. his verbis:* Explicit tractatus de sensu agente editus ab Augustino Niffo de Suessa philosopho preclarissimo. Padue legēti philosophiā completus. i5. May i495. Impressus venetiis mandato et expensis Nobilis Viri Domini Octaviani Scoti civis Modoetiensis. Per Bonetum Locatellum Bergomēsem. Kalendis Martys i497. Laus Deo. *In ultima pagina occurrunt* Registrum, *et signum* Octaviani Scoti, *jam alibi notatum.*
In folio Tom. III..... VIII. G. 12. 14.

Est typus gallo-francus elegans, qui major in textu occurrit, et minor in commentariis, quae in quibusdam libris post *Aristotelis* textum seorsim visuntur; in aliis, ut plurimum, inter sectiones textus, vel articulos numeratos impressa sunt. In duas columnas paginae divisae adparent, quarum spatia, et margines amplitudine commendantur. In marginibus superioribus opera subjecta indicantur, et foliorum numeri impressi cernuntur: in inferioribus occurrunt signaturae, et reclamantes; initiales tandem florentes ligno incisae exhibentur.

—— Alia editio *operum omnium* Averrois, *impressa* Venetiis per Andream de Asula 1483. *Vide* Aristotelis *Tom. I. pag. 49.*

—— Alia editio *Operum omnium*, *impressa* Venetiis per Bernardinum de Tridino, Anno 1489. *Vide* Aristotelis *Tom. I. pag. 50.*

—— Exemplar alterum *operis* de substantia *orbis. Extat in fine Tom. III. Operum omnium*..... VIII. G. 4.

Digitized by Google

—— Alia editio *hujusmodi operis*, *excusa* Venetiis per Magistrum Philippum Venetum Anno 1482. pridie nonas Aprilis. *Extat cum* Aristotelis operibus de Naturali philosophia, *supra notatis* ..... VIII. C. 6.

—— Alia editio, *cum Commentariis* Ioannis de Gandavo, *et expositionibus* Gaietani de Thienis. *Vide* Ianduno *Tom. I. pag. 409. et* Thienis *Tom. III. pag. 208.*

—— Exemplar alterum *commentariorum in lib.* Metheororum, *anni 1496.* ..... VIII. G. 14.

—— Exemplar alterum Commentariorum in lib. XIV. Methaphysicae Aristotelis, *ann. 1496*..... VIII. G. 14.

—— Destructiones destructionum, *cum* Augustini Niphi *Commentariis. Vide* Niphi *Tom. II. pag. 176.*

—— De Physico Auditu lib. VIII. *Insunt in prima pagina sequentia verba:*

Accipe Lector studiose Aristotelē peripathetico4 principem ac eius fidelissimū ītērpretē Averroem: castigatum erroribusq3 purgatū: nec non margines optimis annotationib' ac ɔcordantijs ornatū. atq3 fideli studio quoad fieri potest impressum

†

Viti Thesmophili Tranensis Tetrasticon ad Lectorem.

Scripsit Aristoteles: claravit corduba: Marcus
Corrigit: adiungit: digerit: ac retegit.
Auxilio cuius: si forte videbitur auctor
Durus et interpres: mox tibi mollis erit.

Prima pagina secundi folii continet Nuncupatoriam, qua Marcus Antonius Zimara Sanctipetrinas hydruntinus Marco Contareno Caroli filio. S. P. D. *Secunda* Prohemium. *In secundo folio recto incipiunt* Aristotelis Stagirite peripatheticorum principis de physico auditu liber primus: et Averroys Cordubēsis cōmentaria. *Desinit opus in folio recto 186, et ad calcem secundae columnae, post verbum* FINIS, *legitur:* Aristotelis Stragyrite (sic) ph'orū monarche: physico4 opus: cū Averroys Cordubēsis expositionibus feliciter explicit.
In folio ..... VIII. D. I.

Digitized by Google

Maittairus Tom. II. P. II. pag. 737. refert praesentem editionem, omni notitia typographica destitutam, ad annum 1500, uti exaratam ab aliqua Veneta typographia. *Nicolaus Antonius in Bibliotheca Hispana Veteri Tom. II. pag. 398.* de hoc opere, ejusque editione sic scripsit: *Vidimus editum* (hoc opus) *olim Gothico charactere sine loci aut temporis aliqua nota, a Marco Antonio Zimara Sancti-Petrinate Hydruntino.* Uti videtur, *Maittairus* ex *Nicolao Antonio* notitiam hausit hujusmodi editionis, quae apud caeteros alios Bibliographos minime reperitur. Binis columnis typo gallo-franco opus excusum est. Textus inter commentarii sectiones locum obtinet. Lineas 65. *Expositionis* typus complectitur, qui minor est alio occurrente in textu. Signaturae adsunt, expressae litteris, et Arabicis notis. Initiales florentes ligno incisae, postillae in marginibus, custodes, et foliorum numeri occurrunt; et in ora superiori marginis libri indicantur.

—— Quaestio Averrois in librum priorum traducta per Heliam hebraeum. *Haec verba leguntur in summitate opusculi, quod desinit ad lineam* XXX. *secundae paginae folii* XXXI. *verbo*, FINIS.
In 4.°..... XVII. G. 94.

De hoc opusculo excuso *Venetiis ab Aldo* anno *1497.* vide notam adjectam articulo *Majoli Laurentii Tom. II.* hujus catalogi, *pag. 66.* cum quo extat excusum, et compactum.

—— Expositio in Cantica Avicennae. *Extat cum operibus* Avicennae. *Vide* Avicennae.

—— Liber, de Medicina, qui dicitur Coliget, *ex emendatione, et Correctione* Hieronymi Suriani. *Vide* Avenzoar *Tom. I. pag. 56. Huic Artic. Adde:*

Exemplar alterum..... IX. H. 23.

—— Averrois Sententiae. *Vide* Repertorium dictorum Aristotelis. *Tom. III. pag. 8.*

S. Augustini. Episcopi, et Doctoris. Opuscula. Venetiis per Octavianum Scotum 1483. *Huic Articulo pag. 57. Tom. I. post lineam* XXVI. *adde:*

—— Exemplar alterum..... I. D. 12.

Secunda editio opusculorum S. Augustini post Venetam anni *1482. per Peregrinum de Pasqualibus de Bononia.* Verum potius dicendum hanc nostram esse primam hujus operis, uti manifestum erit inferius in sequenti nota. Typus est gallo-francus excusus in duabus columnis, quae modo sint integrae, lineas 43. complectuntur. Custodes, et foliorum numeri desiderantur; signaturae adsunt cum litteris, et notis Arabicis. Tituli in superiori marginis ora subjectis opusculis congruunt, et majori charactere exprimuntur. Pro initialibus spatia occurrunt, sed suppletae cernuntur rubro, vel caeruleo colore.

—— Opuscula. *In folio primo recto majoribus gallo-francis characteribus, legitur:* Plurima Opuschula (sic) sancti augustini. *In postica pagina occurrit Epistola, qua* Severinus chalcus prepositus canonicorum regularium sancte crucis mortariensis in congregatione et ordine lateranensi Lectori S. D. P. *Hac absoluta in sequenti folio, adcedit* Index operum sancti Augustini que continētur in hoc volumine. De Academicis vel contra Acade. lib. iij. = De Ordine. lib. ij. = Soliloquiorum. lib. ij. De Immortalitate anime lib. j. = De Grammatica. lib. j. = De Rhetorica. lib. j. = De Dialectica. lib. j. = De moribus ecclesie catholice.

Digitized by Google

lib. j. = De Anime quantitate. lib. j. =. De libero arbitrio. lib. iij. = De magistro. lib. j. = De opere monachorum. lib. j. = De Bono perseverantie. lib. j. = Speculum xp̄iane ꝑfectiōis. qd. dicit᷑. regula. *Subjungitur* Epigramma ad Lectorem, *fortasse ipsius Severini.*

Quid prodest homini caeli lustrasse meatus?
Arctoive poli sydera nosse juvat?
Ut graiis helice. Tyriis cynosura petatur.
Dux maris: egypt᷑ suda canopon habet?
Dicere vel causas cur tanto rupta fragore.
Incutiant nobis fulmina sepe metum?
Vel motus terre: ventorum nomina: cur nix
Mollior hiberno tempore: grando cadit.
Durior estivo? Si anime sperare salutem.
Perpetuam infelix his nequeas studiis?
Hanc Augustini lepidis inquire libellis:
Quos emendatos lector habere potes.

In summitate columnae primae folii tertii recti, rubro charactere gallo-franco, Divi Aurelii Augustini Hipponensis episcopi contra Academicos: vel de Academicis quem adhuc catachumenus edidit. Liber primus incipit.
Ad calcem voluminis: Hic finiunt opuscula sancti Augustini hipponensis anno a nativitate domini. M. cccc. lxxxij. Die vero. io. novembris impressa fuerunt Venetijs per Pelegrinum de pasqualibus de Bononia. *Subjungitur* Registrum hujus operis.
In 4.°..... .... II. E. 35.

Cl. *Affò Saggio su la Tipogr. Parmense pag. xcix.* ubi horum opusculorum editio Parmensis ann. *1491.* citatur, eam primam esse putat hujus operis, proindeque in hac nostra editione legendum esset *1492.* annum enim *1482.* sive errans sive fallens Typographus apposuit. Suum argumentum laudatus *Affò* comprobat ex Epistola *Severini Calchi* operi praefixa, quam dirigit Lectori monens et enarrans, *Eusebium Conradum, tunc Priorem S. Sepulcri Parmensis urbis, qui secum per quadraginta quatuor annos in religione convixerat, curasse diligentissime adinvenire per omnes Italiae bibliothecas libros S. Augustini, eosque a mendis purgare, et in lucem edere, usum opera Angeli Ugoleti civis Parmensis, cujus frater Thomas Ugoletus, utriusque linguae eruditus, praeceptor datus est Iohanni Corvino a patre serenissimo Mathia Corvino Rege Hungariae, cujus etiam opera usus est Rex in variis negotiis.* Ex his verbis Epistolae, *Affò c. l.* concludit; *che l'edizione Veneta deve appartenere al 1492; e se in essa leggesi veramente il 1482, è un errore, o una frode libraria; imperciocchè quanto nella sua epistola scrisse il Calco in lode di Taddeo Ugoleto tornato dalla Ungheria dopo la morte di Mattia Corvino, non si poteva dire prima del 1490. Le cose adunque da lui dette essendo nuove, fresche, ed Originali nella edizione nostra del 1491 accusano la data della Veneta stampa di falsità.* Haec opuscula *131* foliis contenta in duabus columnis gallo-franco charactere sunt impressa. Folia sunt numeris modo Romanis, modo Arabicis signata; fasciculi vero plagularum litteris, et Romanis notis insigniti: et initiales litterae parvis indicatae videntur; custodes tamen desiderantur.

—— Alia editio, *in qua haec opuscula habentur:* Meditationes = Soliloquia = Manuale = Enchiridion = De triplici habitaculo = Scala paradisi = De

Digitized by Google

duodecim abusionum gradibus = De beata vita = De assumptione beate virginis = De divinatione demonum = De honestate mulierum = De cura agenda pro mortuis = De vera et falsa penitentia = De contritione cordis = De contemptu mundi = De convenientia decem preceptorum et decem plagularum egypti = De cognitione vere vite = Confessionum libri tredecim = De doctrina christiana libri quatuor = De fide ad petrum = De moribus et vita clericorum sermones duo = De vera religione = *In fine hujus legitur:* Explicit liber augustini de vera religione. Venetiis p̱ Octavianum Scotū Modoetiensem. Anno incarnationis salutifere. Millesimo quadrigētesimo octuagesimo tertio. q̄nto kalendas iunias. Ioāne Mocenico inclito Venetiarum duce. *Sequuntur alia tria folia, in quibus continentur* Tabula in opuscula per Capitula, Registrum, *et* Epigramma ad Lectorem; Barbara quid prodest ec. ec. *ut in Tom. I. pag. 57.*
In 4.° ..... II. E. 36.

Opus gallo-franco charactere in duabus columnis impressum, et quaelibet columna constat 43. lineis. Fasciculos Typographus signavit litteris, et Arabicis notis; caret paginarum numeris, et custodibus. Pro initialibus spatia extabant, in quibus Miniculator illa supplevit coloribus variis: primam tamen auro, et floribus exornavit.

—— Alia editio, *in qua sequentia opuscula continentur:* Meditationes = Soliloquia = Manuale = Enchiridion = De triplici habitaculo = Scala Paradisi = De duodecim abusionum gradibus = De beata vita = De Assumptione beatae Virginis = De divinatione Daemonum = De honestate Mulierum = De cura agenda pro mortuis = De vera et falsa poenitentia = De contritione cordis = De contemptu Mundi = De convenientia decem praeceptorum, et decem plagarum Aegipti = De cognitione verae vitae = Confessionum libri XIII. = De doctrina Christiana libri IV. = De fide ad Petrum = De moribus et vita clericorum sermones duo = De vera Religione. *Sequitur* Tabula, *cui adcedunt opus* Eusebii Corradi Mediolan. Canonici Lateranensis ad Sixtum IV. pro auferendo de Ecclesia errore scribentium sanctum Augustinum Ecclesiae doctorem fuisse Heremitam; = Vita S. Augustini = Regula S. Augustini = Sequentia in solemnitate S. Augustini, *et in fine extat aliud* S. Augustini *Opusculum* De spiritu et anima; *et post* Registrum *legitur:* Explicit Liber sancti Augustini de vera religione: et de clerico4 vita: moribusq3 una cum vita sctī Augustini: nec non cuiusdam dignissimi tractatus de spiritu et anima. Que omnia in isto libro continentur: et cum sūma diligentia per. M. Andream de bonetis de papia venetijs impressa fuerunt. inclito principe Iohāne mocenico venetiarum duce. M. cccc. LXXXIIII. die XXIIJ. Mensis Julii.
In 4.° ..... I. B. 1.

Praesentem editionem quam maxime celebrant *Clement Tom. II. pag. 276.* et *Poggio Notizie pag. 85.* Volumen typo gallo-franco excusum cernitur, in duabus columnis, quae lineas 42. continent, dummodo integrae sint. Initiales litterae suppletae sunt a Miniculatore; signaturae adsunt, nulli vero custodes, et foliorum numeri.

Digitized by Google

—— Exemplar alterum..... I. B. 9.

—— Exemplar tertium..... I. B. 21.

—— Alia editio, *in qua praeter opuscula in superioribus editionibus notata, haec alia adduntur:* De diffinitionibus Ortodoxae fidei, et ecclesiasticis dogmatibus = De disciplina christiana: sive de domo disciplinae = Sermo de charitate = Liber de decem chordis = Sermo de ebrietate = Tractatus de unitate huius seculi = Liber de obedientia et umilitate = Liber de Agone Christiano = Liber de bono disciplinae = Regula de comuni vita clericorum = De consensu Evangelistarum libri IV. = De quaestionibus Evangeliorum libri III. = Musicae libri IV. = Speculum peccatoris = Liber de octuaginta tribus quaestionibus. *Ultimum locum obtinet* S. Doctoris vita a Possidonio *conscripta. In prima pagina sequentia verba leguntur:* Aurelii Augustini opuscula plurima: quedam nō plus impssa. *Dein sequitur* Tabula *operis octo foliis contenta. In fronte primi opusculi rubro colore legitur impressum:* Meditationes divi Augustini episcopi hipponensis. *Exinde:* Invocatio dei omnipotētis ad morum et vite reparationem. *In fine voluminis sequentia habentur:* Impensis et opera Dionysii Bertochi de Bolonia. Venetie accuratissime īpresso4 finis Anno a nativitate salvatoris nostris (sic). M. CCCC. XCI. die XXVJ. Martij. *Sequitur Epigramma:*

Hos iuvat arguta scrutari indagīe verum.
Illos Dulichio verba lepore tenent
Ast alijs gratum est varios versare libellos
Sūt q̄3 scripta qbus nō nisi sancta placēt.
Quisqs es ex istis: paucis nūmis eme multos
Aurelii libros: hancq3 levato sitim.
Nervosos cernes rationū. Viribus: atq3
Ornatos: varios: de deitate simul.

Laus deo: pax hōibus: requiesq3 defunctis. Vale atq3 iterū Vale.

Ultimum folium Registrum *chartarum, una cum Typographi symbolo occupat.*

In folio parvo..... I. D. 4.

Opuscula ista gallo-franco charactere in duabus columnis, in quarum singulis extant 55 lineae impressae, 339 foliis, novem prioribus non numeratis, constant. Signaturae, et foliorum numeri observantur, nulli vero custodes. Initiales litterae partim sunt omissae, partim parvae adjectae.

—— Exemplar alterum..... I. D. 5.

—— Exemplar tertium..... I. D. 8.

—— Exemplar quartum..... I. D. 12.

—— Exemplar quintum..... II. E. 37.

Digitized by Google

—— Opuscula *quaedam, quibus praefixa est Epistola Nuncupatoria cum hac Epigraphe :* SEVERINUS CHALCUS PRAEPOSITUS CANONICORUM REGULARIUM SANCTAE CRUCIS MORTA-RIENSIS IN CONGREGATIONE ET ORDINE LATERANENSI LECTORI. S. D. P. *In hac Epistola, quam* Chalcus *dirigit* Lectori, *monet, et enarrat ea omnia, quae in superiori nota recitavimus. Nolumus tamen praeterire laudes, quas idem* Chalcus *dat* Angelo Ugoletti *impressori*, qui nulla egestate, aut lucri cupiditate coactus, eos dumtaxat libros imprimi censuit, in quibus splendeat cum posterorum nostrorum utilitate honestas, dolens plerosque imprimendi artem inventu dignissimam ad impia et impudica detorsisse. *In postica pagina secundi folii extat* Tabula, *seu* INDEX OPERUM SANCTI AUGUSTINI QUAE CONTINENTUR IN HOC VOLUMINE. De Academicis vel contra Academicos Libri Tres = De Beata Vita liber unus = De Ordine Libri duo = Soliloquiorum libri duo = De Immortalitate Animae Liber unus = De Grammatica Liber unus = De Rhetorica Liber unus = De Dialectica Liber unus = De Animae Quantitate Liber unus = De Libero Arbitrio Libri Tres = Vita Beati Augustini ex dictis ipsius Liber unus = De Magistro Liber unus = De Opere Monachorum Liber unus = De Bono Perseverantiae Liber unus = De decem Chordis Liber unus = De communi Vita Clericorum Sermones duo = Speculum Christianae perfectionis Quod dicitur regula = Vita S. Guarini = *Huic Tabulae subnexum legitur*

EPIGRAMMA AD LECTOREM

Quid prodest homini coeli lustrasse meatus?

et caetera, ut in editione supra notata.

Tertium voluminis folium continet aliqua excerpta Ex libro primo retractationum santi Augustini, *quae ad dicta opuscula referuntur. Opus initium sumit in folio quarto a titulo:* DIVI AURELII AUGUSTINI HIPPONENSIS EPISCOPI CONTRA ACADEMICOS VEL DE ACADEMICIS QUEM ADHUC CATECHUMENUS EDIDIT LIBER PRIMUS INCIPIT. *Cuilibet Opusculo praeponitur Titulus capitalibus litteris excusus, et opus desinit in folio averso* CCCV. *ad lineam* XI. *Sequuntur iterum* Index operum ec. ec. *et* Registrum. *Tandem signum excusoris, alibi notatum, et sequens notitia typographica:* Impressum Parmae per Angelum Ugoletum Civem Parmensem. Anno Domini M. CCCC. LXXXXI. Pridie kalen. Aprilis.

In folio..... II. F. 5.

Editionem Venetam horum opusculorum, quae annum impressionis *1482.* exhibet, minime hanc praecessisse, docet eruditissimus *Affo*, qui recte indicat in ea legendum potius *1492.* Vide quae supra notavimus de hac controversia. Character rotundus nitidus lineas occupat 41 in paginis perfectis. Parvae litterae in hoc volumine initialium vice funguntur; signaturae constant litteris, et Romanis numeris; custodes, et plagularum numeri desunt.

Digitized by Google

—— Exemplar alterum..... II. F. 15.

—— Exemplar tertium..... II. F. 16.

—— Soliloquia, *Italice. In summitate folii secundi recti, nam primum est vacuum, extat titulus* : Soliloquio de sancto Augustīo vulgari. Della ineffabile dolceza (sic) de Dio. Cap. i. *Ad calcem folii* XLV. *recti, post verbum* Amen, *legitur:* Finisse li soliloquii de sancto Augustino vulgari stampadi (sic) ī Venetia per Matheo di Codecha da Parma cō cōdition che altri nō li possa stāpar fina (sic) a x. anni fini a di. xv. Zenaro. MCCCCXCIIII. *In aversa pagina incipit* Tabula de li capituli de li soliloquii per numero de carte, *et legitur.* FINIS TABULE *in pagina sequenti. In postica facie primo in apice tabula xylographica visitur, quae* Crucifixi *imaginem inter* B. M. V., Apostolumque Iohannem *repraesentat ; exinde occurrit rhythmus italicus, cujus titulus*: Lauda della passione de Christo; *desinit verbis:* Amen deo gratias *folio* XLVIII. *recto, ad lineam* IX.
In 8.°..... I. D. 23.

Editio parum obvia, et recensetur tantummodo a *Denis in Supplem. pag. 351. et a Mittarello pag. 39.* Character est Romanus parvus, sed nitidus, qui lineas 26 in paginis integris occupat. Foliorum numeri a II. ad XLVII. adparent, nec non reclamantes; et signaturae instructae litteris, et Romanis notis. Initiales xylographicae florentes cernuntur.

—— Liber beati Augustini episcopi: de contemptu mundi: Cum epistola beati Hieronimi presbiteri ad Paulinum presbiterum. *Haec occurrunt in folio primo recto : in secundo* Liber beati Augustini Episcopi de contemptu mūdi Incipit feliciter; *et in folio* III. *averso, ad lineam* XXXI *:* Explicit liber Beati Augustini de cōtēptu mūdi. *In prima pagina folii sequentis* Epistola beati Hieronimi p̄sbiteri ad paulinum presbiterum feliciter incipit, *et in secunda* Explicit epistola bt̄i Hieronimi.
In 4.° parvo..... II. D. 55.

Est opusculum quinque foliorum cum signaturis tantum, charactere gallo-franco excusum, forsan *Spirae* ex typis *Petri Drach* exaratum. Notatur in Bibliotheca *Thott pag. 125.* Initiales, quae deerant, Miniculator supplevit, et in paginis integris 36. lineae occurrunt.

—— Expositio in librum Psalmorum. *Prima pagina verba haec expressa habet :* Tabula Divi Aurelii Augustini in librum psalmorum. *In folio averso Tabula incipit, quae duos priores fasciculos amplectitur. In tres* Quinquagenas Psalterium *dividitur, et in fine adest sequens subscriptio :* Post exactam diligentemq3 emendationem: Auctore deo: perfectum est insigne atq3 preclarum hoc opus explanationis psalmorum. Divi ac magni doctoris Augustini. Opus revera maiori cōmendatione se dignum exhibens legentibus : q̄ quibusvis verbis explicari possit ut ex prefatione et prologo ipsius evidenter colligi pōt. Quanto vero

Digitized by Google

studio et acuratione (sic) castigatum : emendatum: et ordinatum sit: hi indicent qui illud alijs similibus sibi: sive manuscriptis: sive ere īpressis litteris cōtulerīt. Impressum Venetijs per Bernardinum benalium Anno dñi. M.CCCC.LXXXXiij. die iiij. Augusti. *Sequitur* Registrum.
In folio..... II. F. 6.

Praesens editio gallo-francis excuditur formis, et in quavis pagina duplicem habet columnam. Character minor commentarii, qui textum circumdat: 70 lineas complectitur in paginis integris. Signaturae plagulis adhaerent cum litteris Arabicisque notis. Foliorum numeri a secunda plagula tertii fasciculi incipiunt a *II.* et in *CCCLX.* desinunt; custodes occurrunt ad calcem ultimae paginae fasciculorum; initiales parvas expressit Typographus. In marginibus lateralibus postillae adsunt; in superioribus vero *Psalmi* indicantur.

—— Alia editio. *In prima pagina folii primi sequentia verba leguntur, maximae formae litteris impressa.* Aurelii Augustini Prima Quīquagena. *Eadem quoque verba reliquis duabus partibus praefixa habentur. In aversa folii ejusdem:* In explanationem libri psalmorum divi Aurelij Augustini: prefatio incipit; *quam in prima columna folii secundi excipit* Divi Aurelii Augustini Hipponēsis ēpi in librū psalmorū ꝑlog⁹. *Ad calcem tertiae partis, eadem se oculis afferunt verba, quae in praecedenti editione notavimus, scilicet;* Post exactam diligentemq3 emendationem ec. eo. Cōsummatū Basileae ꝑ Magistrum ioannem de Amerbach: Anno dñi. Mcccc. xcvii.
In folio..... III. E. 11.

Duplex est *Prologus*, quorum alter ab Auctore quodam recentiore profectus, alter ipsa est *S. Basilii Praefatio ad commentationem suam in Psalmos* ex interpretatione *Rufini Presbyteri Aquileiensis*, ab Editoribus Benedictinis rejectus, *ne*, ut in prolegomenis hujus operis scribunt, *alicui deinceps incauto fucum faceret*, neve *Augustini esse putaretur.* Typus gallo-francus est, et satis luculentus. Singulae paginae duas complectuntur columnas, et unaquaeque earum constat lineis 63. Psalmi in superiori margine sunt indicati, et in laterali occurrunt postillae; custodes, et paginarum numeri desiderantur, haud vero signaturae, quae suo loco visuntur; initiales vero litteras parvas adjecit Typographus.

—— De Trinitate libri xv. *Incipit Prologus, cujus titulus in summitate primae paginae:* Aurelij Augustini hipponensis ēpi in libros de trinitate: Argumentū oꝑis totius ex libro retractationū. *Hunc excipit* Epistola Augustini Aurelij hipponensis ēpi ad Aurelium ēpm carthaginensis ecclesie. *Hac absoluta,* Incipiūt cap⁹la libri p̄mi de trinitate: *exinde* Aurelij Augustini episcopi de trinitate liber primus incipit. *In prima columna folii* LXXXVI. *recti, post lineam* VI. *legitur:* Aurelii Augustini de trinitate liber explicitus est: Venetijs feliciter impssus ꝑ Paganinum de Paganinis Brixiēsem. Anno dñi. M. CCCC. LXXXIX. die. xij. novēbris. *Deinde* Incipit Tabula in libros Augustini precedentes, *quae sex occupat foliola: ad calcem Tabulae leguntur Disticha quaedam* Iohannis de Amerbach, *iterum edita* a Paganino *ex editione anteriori ejusdem* Ioannis; *ultimum distichon sic se habet:*

Numine sancte tuo, pater, o tueare Iohannem
De Amerbah, presens qui tibi pressit opus.

Digitized by Google

Eosdem versus subjecit editioni suae Lovaniensi anno 1475. Iohannes Padelborn de Westfalia *ad calcem eorumdem librorum* De Trinitate S. Augustini, *mutans cognomen* de Amerbach *in illud* Padelborn. *Sequuntur libri* de Trinitate contra Arianos S. Hilarii, *et* libri Boetii de Trinitate *et* de Hebdomadibus. *Vide Tom. 1. pag. 391. Art.* Hilarii.
In 4.° ..... I. B. 15.

Praesentem editionem *Strauss pag. 34.* appellat *oppido raram.* Binae columnae in paginis hujus editionis obtinent locum, et earum una impletur lineis 50 minuti gallo-franci characteris. Signaturae ordinem scaporum servant per litteras *a-l.* et Arabes numeros; initiales parvis typis notantur; sed in marginibus externis citationes, et in superioribus litteris uncialibus indicati sunt operis libri.

—— Exemplar alterum ..... I. B. 10.

—— Opus Quaestionum. *Prima voluminis pagina habet sequentia verba:* Opus questionū divi Augustini. In quo hec omnia continentur. Heptateucon. i. opus variarū questionū super septē primos libros biblie: comprehendens totidem. i. septem libror. = Questionum novi et veteris testamenti libri. iij. = De consensu evangelistarum libri. iiij. = Questionum evangeliorum libri. iij. = Questionum octogintatriū liber. i. = Questionū. LXV. Orosij: ejusdem dyalogus qui est liber unus = Questionū octo Dulcitij libellus unus. = Questionū laurentij de fide spe et charitate: enchiridion. = Inquisitionū ianuarij et de consuetudinibus ecclesie libri ij. = Questionum honorati de gratia novi testamenti liber unus. = Questionum quinq̄. hylarij libellus unus. = Questionū sex contra paganos ad Deogratias libellus unus. = Item omniū istorum indices et retractationes in faciebus posite.
Sequitur.

Ad divū Aurelium Augustinū episcopum
huius operis et ipsum lecturo4 cōmendatio.
Augustine decus doctorum: flumen abundans
Virtute: ac sacri dogmatis eloquio:
Per te doctrinis ecclesia sancta refulget:
Labraq3 devictis comprimit hereticis.
En tua per multos enodamenta labores
Tot quesitorum cuiq3 legenda damus.
Suppliciterq3 tuam pietatē: sancte: precamur
Conatum hunc placido numine suscipias.
Et quicūq3 tuum venerātes dogma: reponent
Exposita: hoc sancto dogmate proficiant.

Aversam paginam implet Epistola, cujus inscriptio: Religioso et lōge venerādo viro magistro Petro gerardo sacre theologie pfessori excellēti: et honestissimi cetus frm heremitarū divi Augustini Parrhisien. pori dignissimo: Iodocus badius. S. *Data*, Ex lugduno vij. Kalendas maias. Anno salutis nostre. M. cccc. xcvij.

Digitized by Google

Sequentia septem folia occupant Retractatio et tabula. *Folio denique nono*, divi Aurelij Augustini hypponensis episcopi doctorisq3 sancte matris ecclesie lōge disertissimi atq3 sanctissimi in questiones in heptatheucon. Et p̄mo sup genesim incipit plogus. *Ad calcem :* Finis sex q̄stionū divi aurelij augustini ep̄i contra paganos ad deogratias : et per consequens totius huius op̄is. Deo gratias. *Adcedunt in secunda columna ultimi folii aversi , brevis* de op̄is cōplemento : et ut dicūt registro ad magistrū nostrum : magistrū Petrū Gerardi : priorē cōventus fratrū heremitarū parisieñ. Peroratio. *Registrum , ac tandem typographica haec nota :* Imp̄ssum est aūt hoc op⁹. Lugduni : opa et impensis. M. Ioānis Trechsel alemāni : āno salutis nostre millesimo quadringentesimo nonagesimo septimo. vij. Kaleñ. Maias. *Signum Typographi tandem visitur , cum litteris* I. T.
In folio parvo. ..... II. E. 2.

Elementa gallo-franco charactere, quo hanc conflavit editionem Typographus, lineas 55 metiuntur in columnis integris. Inscriptiones in superioribus marginibus adsunt, minime vero foliorum numeri; in inferioribus custodum pariter defectum reperi; signaturas autem expressas vidi alphabetica elementorum serie, et numeris Romanis; et in lateralibus marginibus, postillas: Initiales parvis litteris supplentur.

—— Epistolae. *Titulus praefixus in principio paginae ita se habet :* Incipiunt epistolae pulcherrime divi Aurelii Augustini Hipponensis Episcopi valde utiles: Et primo primam ad Petrum diaconum: Questio: Utrum mali in inferno peccabunt. *Post* Epistolas S. Augustini, *adcedunt* Epistola *una* Theodori Tolletani (sic) Episcopi: de divina Sapientia : *et una* Clericorum ecclesie hipponēsis responsiva ad beatum Augustinū Episcopū : Magnis laudibus et precibus eum rogantes ad se reverti : *duae* S. Bernardi Abbatis, *quarum altera* responsiva ad Senonensem Episcopum petentem an sit peccatum recipere pecuniam ad usuram: *altera*, Consolatoria ad parentes cujusdā iuvēis Gaudifredi q̄ relicto seculo ītravit religionē. *Terminatur ad lineam XXIV. primae paginae folii XXX. et subditur :* Impresum (sic) Venetiis per Bernardinum Benalium.
In 4.°..... II. D. 35.

Sine nota chronologica. Typus est rotundus, et nitidus in charta firma, et alba impressus, qui lineas 29 perficit in unaquaque integra pagina. Litterae initiales parvis elementis indicantur; signaturae instructae cernuntur litteris, et Romanis notis: foliorum numeri, et custodes desiderantur. Idem Typographus aliam hujuscemodi operis editionem emisit anno 1494 quam referunt *Maittairus pag. 580.* et *Morellius* in *Biblioth. Pinellii Tom. I. pag. 92.* Haec vero nostra citatur in *Catal. Scapini pag. 431.*

—— Epistolae X, *quarum IX ad* S. Hieronymum : *scilicet I.* de origine animae: *II* de interpretatione graecorum scriptorum: *III* de inscriptione virorum illustrium: *IV provocat* Hieronymum ad scribendum, et ad interpretationem scripturarum : *V excusat se circa librum, quem contra illum Romam misisse adsérébatur; VI circa idem argumentum versatur: VII* Epistola ad Praesidium rogantis: ut praedictam epistolam Beato Hieronymo contra se commoto transmittat: *VIII et IX explanantur duo textus Scripturarum, scilicet,* Epistola SS. Pauli

Digitized by Google

et Iacobi. *Adcedit. x Epistola ad* Cyrillum de Apparitione coelitus ostensa de obitu Hieronymi. *Extant cum* litteris *et* Operibus S. Hieronymi. *Tom. I. pag. 379.*

—— Epistola ad S. Cyrillum Hierosolymitanum de obitu, et Laudibus S. Hieronymi. *Extat cum* Epistola Eusebii Cremonensis *de eodem argumento Vide* Cremonensis Eusebii *Tom. I. pag. 221.*

Epistolae *huiusmodi* S. Augustino *et* Eusebio *prorsus abjudicandae sunt.*

—— Sermones ad Fratres Heremitas. *Praemittitur operi* Tabula Sermonum, *quae in prima pagina folii secundi finitur. In aversa ejusdem folii* Incipiunt sermones sancti Augustini ad fratres suos heremitas in heremo commorantes. *Sermones undesexaginta numerantur, quos deinde sermo* de S. Monicha Matre sancti Augustini: Callisti sermo de conversione *eiusdem Sancti doctoris:* Sigisberti Historia *de Sancto doctore: eadem ex* Bedae, atque S. Antonini Chronicis *excipiunt. Ultimum locum obtinet* Oratio S. Augustini de Passione domini, *quae si quadraginta diebus persolvatur*, a Bonifacio VIII *indulgentia plenaria conceditur, quam* Benedictus XI *quoque confirmavit. In fine* legitur: Impressum Brixiae per Iacobum Britannicum Brixianum. Anno domini M. CCCC. LXXXVI. die V. Ianuarii.
In 8.° ..... XIII. B. 46.

Hoc opusculum 21 plagularum fasciculis contentum, charactere Romano, ac pereleganti nitidissime impressum est, qui lineis 26. implet paginas. Caret custodibus, paginarum numeris, earumque inscriptionibus, haud vero signaturis. Litteras initiales, parvis elementis indicavit Typographus, praeter duas ligno incisas.

—— Alia editio. *Post* Tabulam Sermonum, *quae occupat secundam folii primi paginam, et primam sequentis folii, cum dimidio aversae, in folio tertio* Incipiūt sermones sancti Augustini ad heremitas et nonnulli ad sacerdotes suos: et ad aliquos alios. *Ad secundam columnam folii CXXXIII recti, post verbum* FINIS, *legitur:* Impressum venetiis per Paganinum de Paganinis Brixianum. Anno domini M. CCCC. LXXXVIJ. die XXVI. maij.
In 8.° ..... I. B. 34.

Opus istud foliis 133. contentum, in duabus columnis, quae lineis 32. implentur, papyro firmae quidem, sed minus politae, charactere gallo-franco impressum est. Paginas litteris, Romanisque notis signavit Typographus; initialesque litteras aut parvas adjecit, aut penitus neglexit: sed Miniator caeruleo colore vel supplevit, vel majores reddidit; custodes vero, et paginarum numeros nullos adposuit.

—— Alia editio. *In prima pagina* Tabula Sermonum Incipit; *cui Registrum subjungitur, scapos omnes quaternos indicans. In quarta pagina ex impressis* Incipiunt sermōes sācti Augustini ad heremitas et nonnulli ad Sacerdotes suos: et ad aliquos alios. Et primo de institutiōe regularis vite sermo pri-

Digitized by Google

mo (sic). *Ad calcem:* Finis: Impressum venetiis per Bernardinū rizū de novaria. Anno domini 1490 die 10 Augusti. *Typographi signum tandem visitur, alibi notatum.*
In 8.°. . ..... I. B. 29.

Praesens editio duplici columna impressa gallo-franci characteris, paginarum numeros habet a 2 ad *151*; lineae 28 in columnis integris adparent; custodes desiderantur; signaturae *a-t.* cum Romanis numeris occurrunt; initiales parvae, aut nullae sunt.

—— Alia editio, *in qua eadem occurrunt, quae in praecedentibus.* Tabula Sermonum *Incipit in antica folii primi facie, quae absolvitur in sequenti.* Sermones Augustini, *hunc praefixum titulum habent.* Incipiunt sermones sancti Augustini ad heremitas et nonnulli ad Sacerdotes suos et ad aliquos alios. Et primo de institutione regularis vitae sermo primus. *Deest in nostro exemplari ultimum folium, in quo nota typographica continebatur, sed ex descriptione, quam de hac editione tradunt* Fossius *Tom. I. pag. 230.* Denis Supplem. *pag. 385. et* Panser *Tom. III. pag. 374. evidentissime evincimus esse excusam* Venetiis anno 1495. die 4. novembris a Symone Papiensi dict. Bivilaqua.
In 8.°. . ..... I. D. 24.

Gallo-franco typo opus excusum est, in duabus columnis, quae si integrae, 34 lineas complectuntur. Custodes, et foliorum numeri desiderantur; signaturae adsunt *b-o* cum notis Arabicis: prima initialis littera florens, reliquae minusculae.

—— Alia editio, *cujus prima pagina habet sequentia verba, majoribus gallo-francis elementis:* Sermones sancti Augustini ad heremitas. *In secundo folio recto,* Incipit tabula sermonum sancti Augustini episcopi et doctoris ecclesie. Ad heremitas. *Praeterea* Sermones *adcedunt: historiae* De sancta monica mrē sancti Augustini = De conversione sancti augustini epi = Sigisbertus in epistola ad Macedonium. Extractū ē de chronica vienēsis epi. Extractū ē de chrōica archiepi florētini ātonini = Omelia scī augustini de ofessiōe = De silētio in eccl'a habēda. *In tertio folio* Incipiunt sermones sancti Augustini ad heremitas, et nōnulli ad sacerdotes suos: et ad aliq3 alios. Et pmo de institutione regularis vite. Sermo 1. *Post lineam VII. secundae columnae folii recti CVIII. absolvitur volumen, verbo:* Explicit.
In 4.° parvo. . ..... II. D. 54.

Nulla typographica notitia occurrit in hac editione, quae exarata videtur *Argentorati* ex typis *Martini Flach*, sicuti suspicati sunt quamplures insigniores Bibliographi, praesertim *Zapf. I. pag. 14. Schw. Tom. II. pag. 47. Denis pag. 501*, qui eam assignant anno circiter 1490. Characteres sunt gallo-franci, ac iis omnino simillimi, quibus utebatur laudatus Typographus, nec non typographica oeconomia, ac papyri qualitas hoc idem innuunt. Folia signata conspiciuntur litteris et Arabicis notis; desunt tamen custodes, et paginarum numeri, nec non initiales, quae suppletae fuere rubro colore a Miniculario. Lineae 34 implent binas columnas, quibus constant paginae, et in marginibus superioribus Sermones, et eorum numerus indicantur.

Digitized by Google

—— Sermones tres de moribus et vita clericorum. *Praemittitur operi ad* Sixtum IV. *Epistola* Eusebii Conradi, *cujus titulus:* Eusebius Conradus Mediolanensis canonicus regularis cōgregationis lateranensis ad sanctissimum dominū nostrum Sixtum quartū pontificem maximum: pro auferendo de ecclesia errore scribentium: Sanctū Augustinū ecclesie doctorē fuisse heremitam. *Post epistolam, quae desinit in folio secundo averso, occurrit Index opusculorum in volumine contentorum. In folio tertio incipit* Sermo sancti Augustini īponensis episcopi preclarissimique doctoris ecclesie catholice: de moribus et vita clericorum. *Post sermones legitur:* Possidius calamensis ep̄s de vita et moribus sancti Augustini hyponēsis ep̄i quo cū annis fere quadraginta vixit. *In hac vita adcedit quaestio, an clericis liceat, persecutionis tempore, sibi commendatum populum derelinquere? quae in aversa folii XXIX. pagina terminatur. Sequitur deinde:* Eusebii Conradi Mediolanensis Canonici regularis congregationis Lateranensis. Ad Sixtum quartum Pontificē maximū et ad Reverēdissimū. D. M. patriarchā Aquilegiēsē (sic). Cardinalē, et Sācti Marci p̄tectorē: et ceteros Cardinales. Annotatio brevissima in errorē scribentiū sanctū Augustinū fuisse Heremitā. *In Fine hujus:* Finis adest trium Sermonum beati Augustini. de clerico4 vita moribusq3 una cum vita sancti Augustini. necnon cuiusdam epistole ipsius. An clericis liceat p̄secutiōis tp̄e sibi cōmendatū populum derelinquere. q̄ oīa impressa fuere Padue p̄ mgr̄m Matheū Cerdonis. Anno domini. i484. *Adjecta est ultimo,* Sequentia in sollemnitate sanctissimi Augustini patris canonicorum Regularium. In 4.° . . . . . XIII. A. 48.

Hoc opusculum gallo-franco typo praestanti chartae excusum 36 foliis, quae Arabicis notis sunt insignita, comprehenditur. Initiales litterae ligno incisae conspiciuntur; nulli vero custodes, aut signaturae, et in paginis integris occurrunt lineae 33.

—— Homiliae *ejusdem* S. Doctoris in Evangelia, quae cantantur diebus Dominicis in re divina iuxta consuetudinem Romanae Ecclesiae. *Vide* Homiliae diversorum Auctorum. *Tom. I. pag. 396.*

—— De Civitate Dei. *Primum folium vacuum est: in tertia pagina Rubricarum Tabula incipit ab hoc titulo:* Aurelii Augustini de civitate dei primi libri incipiunt Rubrice. *Folia 14. Tabula complectitur, quam sequitur opus post album folium. Ad extremum ultimae paginae totius operis, legitur:*

Hoc Conradus opus suueynheym ordine miro
Arnoldusq. simul pannartz una ede colendi
Gente theotonica: rome expediere sodales
In domo Petri de Maximo. M. cccc. lxviii.

In folio magno . . . . . XIII. G. 1.

Hoc *S. Augustini* opus anno praeterito impressum fuerat in Monasterio Sublacensi, *anno Pauli II. tertio, regnante Frederico, Indictione XV. XII. Iulii;* sed sine loci, et Typographi nomine, haud vero sine nota chronologica, ut falso contendit *Ab. Rozan* adversus diligentissimum, et Eruditis-

Digitized by Google

simum *Tiraboschium*, in sua Epistola a *M. le Bibliotécaire de la Bibliotèque du Roi à Naples -- Naples 1800. pag. 27.* ubi sic ait : *Le chevalier Tiraboschi page 124. assure, que Sweinheym et Pannarts imprimerent nel 1467. l' opera de* CIVITATE DEI. *On devroit conclure de ces paroles, que cet ouvrage porte la date de 1467. Mais l' ouvrage de* CIVITATE DEI *est sans date. Ceux qui aiment a conjecturer peuvent le presumer, rien de plus.* Non multo labore opus est ad detegendam hanc falsissimam assertionem, nam post lineam VI secundae columnae ultimi folii recti laudatae editionis anni 1467 extat nota Typographica, in qua annus impressionis excusus cernitur notis Romanis capitalibus, nec non anni Pontificatus *Pauli II. Frederici Imperatoris, et Indictionis.* De ea fuse egimus in Tom. I. *pag. 59. La Caille* forsan deceptus refert praesentem editionem anni 1468 ad annum 1467 in Historia *de l' Imprimerie pag. 16.* Complures Bibliographi, uti *Audiffredus, Maittairus, Laire, Mittarellus, Morellus, Clement, Mearman, de Burius, ac Crevenna* de rarissima hac editiones scripsere. Paucula de eadem et nos hic dicemus. Exemplar hoc nuperrime huic Regiae Bibliothecae, *Ferdinandi II.* munificentia, accessit. Folia 270 in volumine numerantur, excusa typo rotundo elegantissimo, qui lineas 46 in pagina integra occupat : Typographus autem, qui satis amplos reliquit margines, numeros foliorum, signaturas, custodes, et initiales litteras omisit ; Miniculator vero caeruleo, et rubro colore capitum initiales litteras adjecit ; primam vero cujusvis libri auro eleganter ornavit. Prima operis pagina duas litteras deauratas exhibet, in quarum secunda, icon visitur S. Doctoris, habitu pontificali induti ; et ornamentum, quod margines omnes ambit, auro et coloribus, flores avesque exprimit.

—— Alia editio, *cui praeunt folia 14. Indicis, qui habet hoc peculiare, quod exhibeat primum verbum cujusvis capitis, ut fortasse Registri vices gereret. Opus absolvitur in antica pagina folii* CCLXXI. *et post lineam* XVI. *legitur carmen :*

Qui docuit Venetos exscribi posse Ioannes
Mense fere trino Centena volumina plini
Et totidem Magni Ciceronis Spina libellos :
Caeperat Aurelii subita sed morte perentus
Non potuit Ceptum Venetis finire volumen
Vindelinus adest eiusdem frater : et arte
Non minor : hadriacaq3 morabitur urbe
M. CCCC. LXX.

In folio maximo..... II. H. 28.

Ex allato carmine liquet primo *Ioannem de Spira* primum fuisse, qui *Veneta* in urbe officinam typographicam aperuerit, artemque mirabilem invexerit, docueritque Venetos artificium imprimendorum librorum, licet nonnulli hanc gloriam tribuere maluerint *Nicolao Iensoni Gallico*, testem adhibentes ipsius opusculum, cujus titulus: *Decor puellarum*, quod editum volunt anno *1461* quorum opinio quantum sit fallax et inanis satis ostendimus in nota articulo *Lactantii* adjecta, Tom. II. pag. 1. Liquet insuper ex versibus laudatis, quot *Plinii historiae naturalis, et Ciceronis Epistolarum* exemplaria anno *1469* impresserit et quam brevi ea excuderit *Ioannes de Spira*, quoque anno objerit, quodque frater *Vindelinus* ei succedens *Augustini de Civitate Dei* volumen ab illo coeptum absolverit, et postea praestantissima alia opera eo et sequentibus annis in lucem dederit in urbe *Venetiarum.* Laudati Typographi elegantiae editionis intenti, nil eorum praetermiserunt, quae voti compotes illos facere possent. Characteres igitur rotundos elegerunt, quibus paginas impleverunt usque ad numerum linearum 50 quae satis amplum marginibus spatium relinquunt. Charta firma, et nitidissima usi sunt, nullamque partem ejusdem impressione numerorum plagularum, custodum,

Digitized by Google

et signaturarum notaverunt. Antequam Minicularius litteras initiales adpinxisset, nullae erant in hoc volumine, sed pro iis spatia tantum videbantur, ut usu veniebat fere in omnibus libris saeculi XV; hinc prima pagina operis, quae marginem internum, superiorem, et imum floribus ornatum, coloribus auroque illitum eodem modo duas litteras initiales pictas exhibet, nec non principes cujusvis libri; capitum vero initiales litteras adjecit caeruleo, et rubro colore; argumenta quoque, et index capitum librorum XXII. *de Civitate Dei*, rubro colore sunt descripta. Primus itaque fuit inter SS. Patres *Augustinus*, qui elegantibus typis, et egregia charta tum *Romae*, tum *Venetiis* editus fuit.

—— Exemplar alterum..... II. I. 2.

—— Alia editio. *Praeunt XIII. folia, quibus* Rubricae Librorum de Civitatae Dei *continentur, et post vacuum unum, in folio XV. incipit* Aurelii Augustini Hipponen̄. Ep̄i. In libros de Civitate dei. Argumentum operis tocius. ex libro retractationum. *Prologum excipit in eadem pagina* Prefatio in libros de Civitate dei ad Marcellinum. V. C. I. *Terminatur in prima pagina folii CCLXII. et post lineam XXVI. sequens extat subscriptio:* Presens Aurelii Augustini Hipponen. Ep̄i de Civitate dei precla4 opus: Alma in urbe Roma totius mundi regina et dignissima imperatrice: que sicut ceteris urbib. dignitate preest: ita ingeniosis viris est referta: non attramento (sic) plumali calamo neq3 stilo ereo: sed artificiosa quadam adiventione seu caracterizandi sic effigiatum ad dei laudem industrieq3 est consumatum. per Udalricum Gallum Almanū et Symonē Nicolai de Luca. Anno domini MCCCCLXXIIII. die vero. IIII. mensis Februarii Pontificatu vero Sixti divinina (sic) providentia Pape quarti anno eius tertio.
In fōlio majori..... II. I. 2.

Perrara olim erat praesens editio ob paucos libros impressos ab *Udalrigo Gallo* seu *Han*, ita ut tantummodo in Catalogo *Bibliothecae Harlejanae* reperiretur: nunc quidem magis obvia est, sed magno pretio comparanda. Excusa est eo charactere Romano minori, cujus usus familiarissimus fuit *Udalrico Gallo* ab inita cum *Simone* societate: qui quidem character proxime accedens ad magnitudinem, quam Typographi *S. Augustini* vocant, medio loco habendus est inter elegantem et inelegantem. Una tantum columna 52. linearum extat in paginis, in qua desunt numeri, signaturae, custodes, ac initiales.

—— Exemplar alterum..... II. I. 4.

—— Exemplar tertium..... II. I. 5.

—— Alia editio, *cujus priora XIV. folia Rubricarum tabulam complectuntur. In ora superiori marginis primae paginae operis, inter spatium columnarum, inscriptio imminet:* Nicolaus Ienson gallicus. *Titulus operis ita exprimitur:* Aurelii Augustini epī de civitate dei liber primus feliciter incipit. *In penultima columna folii aversi CCCIII. ad lineam XXIX. legitur:* Aurelii Augustini opus de civitate dei feliciter explicit: confectum venetijs ab egregio et diligēti magistro Nicolao iēson gallico: Petro mozēicho principe: Anno a nativitate dn̄i milesimo quadringētesimo septuagesimo quinto: sexto nonas octobres.
In folio parvo..... II. F. 20.

Digitized by Google

Typus elegans, licet semi-gallo-francus, adhaeret papyro admodum firmae, sed parum levigatae, et duplici columna partitur; unaquaeque earum, modo integra sit, constat lineis 46. In marginis ora superiori operis liber capitalibus exprimitur litteris: nullae occurrunt signaturae, nulli foliorum numeri, nullique custodes. Singulis capitibus tituli praefiguntur; initiales parvae extabant, sed Miniculator adfabre adpinxit variis coloribus.

—— Exemplar alterum ..... II. F. 14.

—— Alia editio. *In prima pagina.* Aurelii Augustini de Civitate dei primi libri incipiunt rubrice, *quas excipiunt aliae caeterorum librorum; quibus omnibus XIV. folia occupantur; et post aliud vacuum, opus incipit, cujus prior pagina nomen Typographi in margine superiori, inscriptioni, aliis etiam paginis communi, insertum exhibet hoc pacto:*

LIBER. Gabriel Petri. PRIMUS.

Titulus operi immediate praefixus est hujusmodi: Aurelij Augustini Episcopi de civitate Dei liber Primus Feliciter Incipit: *Typograghi subscriptio ad lineam XXXIII. secundae columnae folii recti CCXV. verbis hisce constat:* Aurelii Augustini de Civitate Dei Liber XXij. et ultimus feliciter finit: Impressumq3 est opus hoc a diligenti magistro Gabriele Petri de Tarvisio. M. Cccc. Lxxv. existente Petro Mocenico duce Venetiarum.
In folio parvo ..... VII. A. 35.

Praesens editio praecedentem quodammodo imitatur quoad formam characteris-gallo-franci, opificium typographicum, et elegantiam impressionis. Alphabetum signaturarum duplicem seriem constituit, *a-z. A-D.* additis nnmeris Arabicis, sed duo priores fasciculi excluduntur ab utraque, proprias enim signaturas habent, scilicet Arabicas notas. Custodes, et foliorum numeratio desiderantur: proque initialibus parvae litterae insertae spatiis occurrunt, majores redditae a Miniculario. Lineae 46. in qualibet ex duabus columnis paginarum, dummodo sit integra, adparent. Margines superiores inscriptiones uncialibus typis expressas habent, quibus indicantur operis libri.

—— Exemplar alterum ..... II. F. 17.

—— Exemplar tertium ..... II. F. 18.

—— Exemplar quartum ..... II. F. 19.

—— *Editioni Neapolitanae Moravianae Anni 1477. notatae Tom. I. pag. 60. adde:*

—— Exemplar alterum ..... XI. C. 28.

—— Alia editio. *Praecedunt* Rubricae librorum, *quae incipiunt in postica pagina folii primi, et desinunt in folio VIII. averso. Titulus operi praefixus in summitate primae columnae:* Aurelij Augustini episcopi de civitate dei liber primus feliciter incipit. *Terminatur ad lineam XIX. secundae columnae primae*

Digitized by Google

paginae folii CCVII. *sequenti subscriptione :* Aurelij augustini opus de civitate dei feliciter explicit : cōfectum venetijs per bonetum locatellum impendio et sumptibus octaviani scoti modoetiensis. Anno a nativitate domini milesimo quadringentesimo octuagesimo sexto quinto idus februarij. *Accedit* Registrum hujus libri.

In 4.°..... I. D. 6.

In hoc opere primo occurrit nomen *Boneti Locatelli :* erat enim Presbyter Bergomensis , et artem typographicam *Venetiis* multis annis exercuit , opem et impensas ministrante *Octaviano Scoto* Nobili cive Modoetiensi. Is ad exitum Saeculi XV. sumptus suos in artis hujus mirabilis progressus impendebat ; id quod sequenti saeculo etiam per haeredes ejus factum est. Opus istud in duabus columnis , et quarum unaquaeque 50. linearum , gallo-franco charactere est impressum. Custodes , et paginarum numeri desiderantur ; signaturas vero , et initiales litteras parvas adjecit Typographus ; et in superiori ora marginis libri capitalibus litteris indicantur.

—— Exemplar alterum..... I. E. 11.

—— Alia editio *cum* Commento Thomae de Valois *et* Nicolai Triveth. *In prima pagina folii primi grandioribus litteris legitur :* Augustinus de civitate dei cum commento. *Aversam occupat figura ligno incisa , in cujus superiori parte* Aurelius Augustinus , *et in inferiori Civitas Dei cum Angelis , et Civitas Satanae cum suis Asseclis repraesentatur. Ante illam ,* Abel , *cum sequenti inscriptione conspicitur:* Urbs dicata Deo abel fundatur sanguine iusti. *Ante istam* Cain *cum sequenti carmine:* In Sathane sedem cayn istam condidit urbem. *Supra utramque civitatem legitur :* Insultat babylon syon urbs ut sancta resultet. *Infra hanc figuram duodecim disticha utriusque urbis differentiam declarant. In secundo folio opus incipit a Prologo his verbis :* Aurelij Augustini hipponēsis episcopi in libros de civitate dei. Argumentum operis totius ex libro retractationum. *Cuilibet libro Capitum argumenta sunt praefixa. Argumenta primi libri desinunt in postica pagina ejusdem secundi folii , et protinus Prooemium sive Prologus Expositorum occurrit , et hoc titulo praeditus est :* Sacre pagine ꝑfessorum ordinis predicatorum Thome valois et Nicolai triveth ī libros beati Augustini de Civitate dei. Cōmentaria feliciter ĩchoant. *Textui vero* S. Augustini *haec imminent verba :* Aurelij augustini hipponensis ep̄i doctoris eximii de civitate dei : ɔtra pagāos liber primus incipit. *In fine operis sequentia leguntur verba :* Aurelij Augustini de civitate dei liber explicit : impressus Venetijs iussu impensisq3 Nobilis viri Octaviani scoti civis Modoetiensis : Anno salutiferi virginalis part⁹. Octogesimonono supra milesimū et quatercētesimum : duodecim Klendas (sic) Martias. *Operi adjecta est Tabula alphabetica a* Nicolao Triveth *composita.*

In folio..... II. F. 2.

Typus , quo hoc S. Doctoris opus est impressum, gallo-francus est , sed major est in textu , minor in Commentariis. Quaevis pagina in duas divisa est columnas. *Thomas Wallois* seu *Vallensis Ordinis Praedicatorum* in decem tantum libros *S. Augustini de Civitate dei* Commentaria scripsit , et haec textum circumdant : *Nicolaus* autem *Triveth* ejusdem Ordinis , in quosdam libros expo-

Digitized by Google

sitionem concinnavit. De ea re *Quetif Script. Ord. Praed. Tom. I. Oudinus Comment Script. Eccles. Tom. I. colum. 992.* Charta tam albedine, quam firmitate eminet. Initiales litteras, quae parvae extabant, vel nitide deauratas, vel variis coloribus distinctas, majores reddidit Miniculator. Custodes, et paginarum numeri desiderantur: signaturas vero adjecit Typographus. In ora superiori marginis libri indicantur, et auctorum citationes in marginibus lateralibus adsunt.

—— Exemplar alterum..... II. F. 3.

—— Exemplar tertium..... II. C. 6.

—— *Idem opus Italice, jam notatum Tom. I. pag. 60. addendum est post lineam XXX.*

—— Exemplar alterum..... XIII. E. 15.

—— Exemplar tertium, *mutilum in fine*..... II. E. 3.

—— Regula, *cui praefigitur Vita ejusdem S. Doctoris. Vide* Regulae quatuor ordinum Religiosorum *Tom. III. pag. 8.*

—— Libellus de Cura Mortuorum, Matthaeo de Ferraria *fortasse Interprete. Extat cum* Epistolis S. Hieronymi, *Italice. Vide Tom. I. pag.* 386.

—— *Ejusdem* Logica: Praedicamenta: Topica: Perihermenias. *Extant cum* Laurentii Valle Dialectica. *Vide* Vallae *Tom. III. pag. 301.*

Augustini Senensis. *Vide* Dati Augustini.

Aviani. Magistri. Compotus cum Commento. *Deest in nostro exemplari primum folium; secundum vero, signatum* a ii, *titulum gerit majusculis gallo-francis typis excusum, hoc pacto:*

Liber qui Compotus inscribitur una
cū figuris et manibus necessarijs tam
in suis locis q̄ in fine libri positis In
cipit feliciter.

Deest etiam folium penultimum, in quo, uti Bolongarus Crevenna *docet Tom. II. pag. 129. nota Typographica continetur; et in folio ultimo recto habentur sequentes sex versus:*

Tempora cum causis phebi phebaeq3 calendas
Bisextum et ciclos edocet iste liber
Excutere ut valeat priscorum tempore densas
Erroris nebulas aura benigna fugat
Octo manus patule monstrant o contio cleri
Tende tuas propere largiter ista pete
Hec. B. Z.

Digitized by Google

Tum Insigne Typographi, scilicet Andreae Fritag, *uti ex eodem* Crevenna *citato loco eruitur.*

In 4.°..... VIII. B. 31.

Praesens editio latuit *P. Laire;* at *Audiffredus, pag. 323.* et *Bolongarus Crevenna cit. loc.* qui eam pertractarunt, accuratam descriptionem, quae cum nostra adamussim convenit, nobis donarunt: Legitur enim in postica facie penultimi folii, quod in nostro exemplari, uti jam innuimus, deest, sequens typographica notitia:

Liber Compoti cum Comento finit feliciter impressus Rome per Andream Fritag de Argentina. Anno a nativitate domini Millesimo quadrigentesimo nonagesimo tertio. Die vero. X. Iunii. Sedente Alexandro sexto Pont. Max. anno eius primo

Laus deo.

Idem *Audiffredus* aliam editionem ejusdem operis cum nota anni 1498 et nomine ejusdem Typographi memoratam invenit in quodam Catalogo Ms. editionum venalium Saec. xv. *Neapoli* ad ipsum transmisso. Editionem autem hujus anni manibus suis tractavit *Nicolaus Ugolinus*, et ex ejusdem scheda tum inscriptio, cum subscriptio exscripta est. Verum quid quid sit de hac nata editione, certum tamen est ipsam ignotam esse Bibliographis fere omnibus. Editio haec concinne excusa fuit ab Impressore, qui duplicem characterem elegit, gallo-francum nempe, majoris formae in textu, et Summariis, et minorem rotundum in Commentariis. Minor typus lineas 35 in paginis integris replet; initiales principes formis ligneis caelatis exprimuntur in Commentariis; in textu parvis litteris. Signaturae occurrunt cum numeris Romanis; custodes tamen, et foliorum numeros idem Typographus omisit. Occurrunt in opusculo decem tabulae ligneae, quarum octo manum repraesentant; aliae duae, supersunt, in quarum altera sol visitur Zodiaci Signis, et anni mensibus circumdatus; in altera leguntur verba. *Hec est tabula ad cognoscendū lrā dnicalē cuiuslibet anni scd*m *principium suū volvēda et duratura ad semp.* Commentaria, quae operi occurrunt, *Iacobo Marsio Delphinati* tribuuntur.

Avicennae. Libri quinque Canonum. *Praeest hic titulus brevi Praefationi:* Liber Canonis primus quem Princeps Aboali abinsceni de medicina edidit: translatus a magistro Gerardo cremonensi in toleto ab arabico in latinū. Verba Aboali abinsceni. *In fine libri quinti:* Cōpletus est liber q̄ntus libri canonis qui antidotarium senis regis aboali hassen fili hali abinsceni. Et eius complemento completus est liber totus. *Tum sequitur* Libellus Avicēne de virib⁹ cordis translatus ab Arnaldo de villanova barchinone feliciter īcipit. *Adcedunt:* Avicennae Synonima *ordine alphabetico disposita; verum in hoc nostro exemplari desunt ultima duo folia, in quorum fine extare deberet notitia typographica, quam tradunt* Denis in Suppl. pag. 287. Braun P. II. pag. 209. Hupfaner pag. 118. et Panser Tom. III. pag. 280., *et ex descriptione horum illustrium Bibliographorum evincimus opus fuisse impressum in Typographeo* Octaviani Scoti Venetiis anno M. cccc. xc. die 24 Martii.

In folio..... VIII. A. 33.

Integrum hoc opus, gallo-franco charactere in duabus columnis impressum, 45 plagularum fasciculis constat. Desunt custodes, paginarumque numeri, haud vero signaturae. Initiales litteras parvas adjecit Typographus.

Digitized by Google

—— Alia editio cum Commentariis Gentilis Fulginatis. *Vide* Fulginatis *Tom. I. pag. 319.*

—— Prima et secunda Fen primi Canonis, *cum expositione* Ugonis Senensis. *Vide* Bentii Ugonis. *Tom. I. pag. 68.*

—— De animalibus, per magistrum Michaelem Scotum de Arabico in latinum translatus. *Huic editioni jam notatae in Tom. I. pag. 60. adde post lineam IV. folii* 61.

—— Exemplar alterum ..... IX. F. 14.

Avieni Rufi Festi. Opera, *idest.* Arati Phaenomena versibus reddita, et Orbis terrae descriptio. *Praecedit Epistola, qua* Victor pisanus Magnifico ac singularis prudentiae viro Paulo pisano senatori Veneto. S. P. D. *Haec desinit in fine paginae aversae folii secundi, et adcedit Index opusculorum in hoc volumine conclusorum, nempe* Fragmentum Arati Phaenomenon per Germanicum in latinum conversum; M. T. Ciceronis Fragmentum Arati Phaenomenon, *et* Quinti Sereni Medicinae liber, *de quibus suo loco a nobis actum est. In folio tertio opus incipit a titulo:* RVFVS FESTVS AVIENIVS. VC. FLAVIANO MYRMEICO VC. SVO SALVTEM. *In calce primae paginae folii* LVI RVFI FFSTI (sic) AVIENII OPERA FINIUNT. *Post vacuum folium incipiunt alia opuscula. Ad calcem voluminis:* Hoc opus impressum Venetiis arte et ingenio Antonii de Strata Cremonensis. Anno salutis. M. cccclxxxxviii. octavo calendas novembres. *Sequitur* Registrum, *et in ultima pagina legitur:* Victoris Pisani ad paulum pisanum in postremo opere commonitio.
In 4.°..... VIII. B. 35.

Errorem *Davidis Clement Tom. II. pag. 287. Biblioth. Curieuse Historique et Critique*, qui contendit *Victorem Pisanum* fuisse *Impressorem*, haud vero *Editorem* hujusmodi Opusculi, ac insuper ab alio Typographo, quam ab Antonio de Strata istud fuisse excusum, satis superque ostendimus in Articulo *Sereni Quinti Sammonici Tom. III. pag. 103.*

—— Arati *eiusdem.* Phaenomena Rufo Festo Avienio paraphraste. Venetiis apud Aldum Manutium 1499. *Extat cum* libris de Nativitatibus Iulii Materni Firmici. *Vide* Firmici *Tom. I. pag. 303.*

Auli Gelii. Noctes Atticae. *Praeit Capitum Tabula: quae XIV. folia comprehendit: Tabula absoluta, incipit opus a titulo,* AVLI GELII NOCTIVM ATTICARVM COMMENTARII LIBER PRIMUS. *In fine ultimi libri, nimirum undevicesimi legitur brevis Auctoris Praefatio, quae in omnibus antiquis editionibus, teste* Fabricio, *ad finem rejecta est. Ipsa ita se habet:* Volumina cōmētario4 ad hūc diem viginti iā facta sūt. Quātū aūt. Vitae Mihi deīceps deū volūtate erit: q̄tūq3 a cura publica: et a re faīliari: ꝑcurādoq3 cultu liberoq4 meo4 dabit⁹ ocium: ea oīa succisiva: et subsecūdaria tempora ad colligendas huiuscemodi memoria4 disceptatiunculas conferā Progrediet⁹

Digitized by Google

igit⁹ numerus libro4 diis beneiuvātibus cū ipsius vitae q̄tuli qq. fuerīt pgressibus. Neq3 lōgiora mihi dari spatia vivendi volo : q̄ dū ero ad hanc quoq3 facultatem scribendi cōmentandiq3 idoneus. Capita rerum quae cuiq3 cōmentario insunt exposuimus hic universa : ut iam statim declaretur : quid quo ī libro quaeri inveniriq3 possit. *His adcedit sequens nota typographica:* AULI GELII NOCTIVM ATTICARUM COMMENTARII FINIS: IMPRESSI VENETIIS PER ANDREAM IACOBI CATHARENSEM. M. CCCC. LXXIIII. ANDREA VENDRAMINO DVCE VENETIARVM INCLYTO.
In folio..... XI. F. 29.

Editio valde elegans, impressa optimis Romanis typis, et charta nitida, compacta, et perpolita. Litterae Graecae, quibus totum opus abundat, venustatem redolent. Paginae, quae perfectae sunt, 56 lineis perficiuntur: pro initialibus spatia tantum extant. In latis marginibus custodes nulli conspiciuntur, nullique paginarum numeri; sed tantum signaturae instructae litteris, et Romanis notis, suo loco occurrunt. E viginti libris *Noctium Atticarum*, quos ad liberos suos *Aulus Gelius* scripsit, tantum undeviginti restant; liber enim octavus omnino desideratur. Vide *Fabricii Bibl. lat. lib. III. pag. 1-3.*

—— Exemplar alterum..... XI. F. 6.

—— Alia editio. *Praemittitur operi Index Librorum, et Capitum: desinit in folio XVI. recto; in aversa ejusdem folii pagina extat* Registrum huius operis, *et infra* Registrum *legitur:* Impressum Brixiae per Boninū de Boninis de Ragusia anno domini. M. CCCC. LXXXV. Die tertio Martii. Correctore Marco Scaramucino de Palatiolo. *Sequitur ejusdem Epigramma:*

Si quem cecropia clarum latiaq3 Camoena
Esse iuvat : geli scripta probanda legat.
Attica nox luci nunq̄ cessura diurnae
Ad varias artes quābene monstrat iter.
En tibi docta cohors marcus correxit ad unguem
Quem tulit adriaco Brixia marte potens.
Si quid erit falsi veniam dabis : inscia turba
Forsitan huic nocuit : dum celerabat opus.
Ερρωσο αναγρωσης (sic)

Incipit exinde opus a titulo: AULI GELII NOCTIUM ATTICARVM COMMENTARII LIBER PRIMUS. *Ad calcem ultimae rectae paginae:* AVLI GELII NOCTIVM ATTICARVM COMMENTARII FINIS. BRIXIAE.
In folio..... XI. F. 7.

Uterque character hujusmodi venustae editionis, Latinus scilicet et Graecus, idem est ac character *Macrobii* anni 1483. *Brixiae* impressi, de quo actum est. Tom. II. pag. 59. Signaturae adsunt, quae constant litteris, et Romanis notis; desunt tamen initiales, custodes, et paginarum numeri; attamen ex Registro colligitur, opus constare 179 plagulis; quibus si adduntur 16 Indicis,

Digitized by Google

plagularum totius voluminis summa erit 192. Margines externi, et interni hujuscemodi exemplaris scatent notulis mss. charactere subalbido *Iani Parrhasii;* et ad voluminis calcem legitur: *Anno salutis dni. M. D. V. Iacobus Pirillus et Antonius Seripandus fratres carissimi sequuti fidem Codicis Francisci Aretini hunc emendarunt:* Exinde *Antonij Seripandi et Amicorum.*

—— Alia editio, *cujus Tabula novem foliis constans, incipit a folio secundo recto; tum ipsum opus, et in ejus initio haec habentur capitalibus litteris impressa:* AULI GELII NOCTIUM ATTICARVM COMMENTARII LIBER PRIMVS. *In fine, post Auctoris Praefationem, ut in praecedenti editione, legitur:* Venetiis per Bernardinū de choris de Cremona: et Simonē de Luero. M. CCCC. LXXXIX. Die. xiii. Augusti. *His subnexum est Registrum Signaturarum.*

In folio. . . . . XI. F. 17.

Praesentem editionem *Fabricius* haud exploratam habuit. Integrum opus Romano ac pereleganti charactere praestanti chartae impressum est. Signaturae, nec non numeri foliorum per totum volumen conspiciuntur: initiales litteras parvas adposuit Typographus, ac custodes observantur. Graecus textus luculenter expressus est.

Auravanel. *Vide* Abrabanel.

Aurelii Victoris. *Ipsi tribuuntur vitae Virorum Illustrium, quae nomen ferunt* Plinii Iunioris, Cornelii Nepotis, Svetonii Tranquilli. *Vide hos Auctores.*

Aurispae Ioannis. Versio latina e Graeco Hieroclis in aureos versus Pythagorae: *Vide* Hieroclis.

Ausimo Nicolai de. *Vide* Osimo.

Ausonii Decii Magni Paeonii. Epigrammatum liber, *et alia opuscula. In posteriori facie folii primi praemissa est Editoris allocutio:*

AD LECTOREM
O
MUSARVM CVLTOR QUISQVIS
ES AVSONII PAEONII EPIGRAM
MATῶN LIBELLVM INTVENS QV
ANTA FVERIMUS SEDVLITATE
VSI IN HIS QUAE TUM AD GRAE
CARVM TVM AD LATINA4 LITTE
RARUM ERVDITIONEM SOLER
TIAMQVE PERTINENT: ADVER
TAS PRECAMVR. AC PVB. OVIDII
NASONIS VATIS EMINENTISS.
AD LIVIAM DE MORTE DRV
SI EPISTOLAM. PROBAE

Digitized by Google

QVE FALCONIAE VA
TIS CLARISS. A
DIVO HIERO
NYMO
COMPROBATAE CENTONAM :
NEC NON CALPHVRNII SICVLI
POETE BVCOLICVM CARMEN
DEMVMQVE. P. GREGORII
TIFERNI EPIGRAMMA
TῶN LIBELLVM : VT
DILIGENTER PER
LEGAS
VEHEMENTER ETIAM ATQVE
ETIAM ROGAMVS
G. (*hoc est* Bartholomeus Girardinus)
A NATIVITATE CHRISTI DVCEN
TESIMAE NONAGESIMAE QVIN
TAE OLYMPIADIS ANNO. II. VII.
IDVS DECEMBRES
VENETIIS
DILIGENTIS. ET ACCVRATISSIMI
IMPRESSORIS MANV : POE
MATA HAEC IN PAR
VO HOC OPERE
CONTINEN.

B.

Sequitur Tabula , quae occupat quinque folia , cujus initium :

Scilicet : Ausonii Peonii poetae Lepidiss. atque festivi Epigrammatῶn dimidiatus Liber ec.ec. = Versus Paschales = Epistolarum Liber I. = Monosticha = Ausonii Burdigalis Vassatis. Medici poetae ac praeceptoris gratiarum ad Gratianum Imperatorem pro consolatu = Versus Monasillabis = Technopegnion liber primus = Cento nuptialis = Publii Ovidii Nasonis Epistola de morte Drusi = Probae Falconiae vatis ex Virgilio = Titulus Titi Calfurnii Bucolici carminis = Titulus Pub. Graegorii (sic) Tiferni Epistolarum Epigrammatῶnque pars. = Finit Tabula eorum qui in hoc continentur. *Prima pagina textus* Ausonii, *impressa est capitalibus litteris , et incipit a verbis :*

AUSONII PEONII POETAE DISER
TISSIMI EPIGRAM
MATῶN LIBER
PRIMVS

In folio II. *averso* :

EXPLICIUNT EA AVSONII FRAGMENTA. QUAE INVIDIA CVNCTA
CORRODENS VETUSTAS AD MANVS NOSTRAS VENIRE PERMISIT.

Digitized by Google

τέλος

BARTOLOMEVS GIRARDINVS

Sequitur Tetrastichon quod incipit:

ἀυσόνιος fueram solus: νῦν χείλε τέ κοσμῶ
Artificis χειρὴ ἐισί τε κὰι Φύσεϊ,
Τοῦτ' ἔργον cum prisca queat renovare vetustas:
Tum νέος antiquis praeferet officiis

Post album folium adcedunt alia opuscula, quorum mentio occurrit in Indice in primo folio averso. Ad calcem opusculi Titi Calphurnii *legitur nota chronologica quae his verbis constat:* ANNO INCAR. DOMINICE. M. cccc. LXXII. In folio parvo ..... XII. E. 25.

Editio princeps, et rarissima, quam celebrant *Maittairus pag. 47. 315. pag. 384. Askew pag. 37.* et *Clement Tom. II. pag. 304.* eam tamen penitus ignorarunt *I. Albertus Fabricius*, et Auctor *del Giornale de' Letterati*, qui *Tom. XVII. pag. 303.* scribit primam *Ausonii* Paeonii editionem esse *Mediolanensem anni 1490.* Quamvis Mediolanensis Editio complectatur alia *Ausonii* fragmenta, *quae* in editione *Veneta anni 1472.* haud reperiuntur; attamen quum Epigrammata constituant praecipuam partem *Ausonii* operum, profecto dicendum editionem anni 1472. esse primam. De hac editione satis superque dictum est in Articulis *Ovidii*, *Calphurnii*, *Falconiae*, *Tiphernatis*, suo loco notatis.

— Alia editio. *Praecedit Epistola* Iulii Aemylii Ferrarii Novariensis Magnifico Ambrosio Varisio Rosato: philosopho praestantissimo: Ducali physico primario et patrono suo optimo. *Sequitur* Decii Magni Ausonii Paeonii poetae lepidissimi vita, *et* Index Epigrammatum. *In folio sexto recto incipit:* AVSONII PEONII POETAE DISERTISSIMI EPIGRAMMATῶN LIber PRIMUS. *Ad lineam XVIII. folii LIII. aversi, legitur:* Expliciunt ea Ausonii fragmenta, quae invida cuncta corrodens vetustas ad man' nras venire ꝑmisit. Mediolani ipressa ꝑ Magistrū Vdelrichū scinzēzeler. Anno domini. M. CCCCLXXXX. Die. XV. Septēbris. *Sequitur Tetrastichon supra notatum, exinde:* Habes Ambrosi philosophorūm optime Ausoniū ipressū: et a multis expectatū: quē si depravatū offenderis tū ipressorū icuriae: tū mihi cōpetitorū certaminibus vexato: et curis igētibus obruto imputabis qui ipressoribus assidēr nec praeesse quivi Epistolā nram nō affectatā tibi dicavimus nec fucatā: ut quidā feles pullaria cognomento qui aliena scripta pro suis nescio quid dulce reboantia edidit quae prophanū tantum Ambronū vulgus suscipit et opicorum turba deosculatur. Vale et nostra ut soles defende.
In folio ..... X. E. 38.

Editio secunda hujus operis est, aeque rara, ac splendida, sive characteres, tam Latini, quam Graeci, sive charta, sive reliqua ejus externa facies spectetur. Typi enim nitidi, rotundi, ac perelegantes sunt. Charta est alba admodum, firma et amplis marginibus instructa. Initiales litterae parvae adparent. Typographus neglexit custodes, et foliorum numeros, haud vero signaturas, quae suo loco visuntur.

Digitized by Google

—— Alia editio, *in qua occurrunt* Fragmenta Ausonii, *ignota usque ad illud tempus, quo* Georgius Merula *in lucem primus ea protulit. Anterior facies primi folii inscriptionem hanc praesefert:*

AUSONII PEONII POETAE
DISERTISSIMI EPI
GRAMMATA.

In posteriori occurrit Epistola, qua Bartholomaeus Merula Praestantissimo philosopho Hieronymo Auancio Veronensi Salutem *dicit. Data est* Venetiis Anno Mcccc lxxxxyi., *quam excipit in eadem pagina alia Epistola* Iulii Aemilii Ferrarii Novariensis: Magnifico Ambrosio Varisio Rosato: philosopho praestantissimo: Ducali physico primario, et patrono suo optimo: *Haec secunda Epistola desinit ad primam lineam folii secundi aversi, et protinus incipit* Decii Magni ausonii paeonii poetae lepidissimi vita. *In eadem pagina Elenchus rerum in libro contentarum inchoatur, et duo alia implet folia. In quinto folio recto incipiunt* Ausonii Carmina, *titulo praecedente:* AUSONII PEONII POETAE DISSERTISSIMI EPIGRAMMATON LIBER PRIMVS. *Ad lineam xii. folii aversi xl. post verbum* Τελος *legitur* Tetrastichon *in prima editione notatum; exinde adcedunt* AVSONII POETAE EPIGRAMMATA NVPER INVENTA ET AB ERVDITISSIMO VIRO BARTHOLOMAEO PVBLICATA. Epigrammata *vero* inventa a Merula *haec sunt:* Ex Sepulchro latinae viae = In Didonis imaginem ex graeco = De matrimonio grammatici infausto = De homine prigro = In caecum et claudum = Aliter in Caecum et claudum = In armatam = In imaginem Veneris = Aliud de uxore = De varietate fortunae = De eodem exemplum = In puerum Stillam = De amissa puella = De divite et paupere = In grammaticum = Epicuri opinio = De ingratis ex menandro = Ex eodem = *Post hoc ultimum Epigramma in folio xlii. recto, extat nota typographica, hoc pacto:* Expliciūt ea Ausonii fragmēta: q̄ īvida cūcta corrodēs vetustas ad manus nr̄as venire p̄misit. Venetiis impressa p̄ magistrū Ioānē de Cereto de tridino alias Tacuinū. Anno dñi. M. ccccxcvi. pridie idus octobris Imperāte Serenissimo principe Augustino Barbadico. *Adcedit* Registrum huius operis, *et subtus* Registrum *legitur:* Hieronymi Avancii veronensis Ar. Docto. *Exinde visitur Typographi signum, alibi notatum.*
In folio..... X. F. 20.

Prima haec est *Ausonii* editio, in qua occurrunt ipsius *Epigrammata inventa*, ut dicitur, *a Nurcisio* in urbe *Mediolani*, et ab eruditissimo viro *Bartholomaeo Merula* publicata; quae non reperiuntur in editionibus hujus operis anni 1490, et 1494. Et tamen Epistola *Iulii Aemilii Ferrarii*, praefixa his editionibus clare enunciat, et conceptis verbis dicit ea *Epigrammata* inventa fuisse in *Basilica S. Eustorgii Mediolani a Georgio Merula;* quod non aliter intelligi potest, nisi dicamus *Georgium Merulam* ea invenisse, et dedisse *Nurcisio; Nurcisium* vero tradidisse publicanda *Bartholomaeo Merulae*. Editio excusa est charactere aeque rotundo et venusto, qui lineas 44 in paginis perfectis replet. Folia Romanis numeris signavit Typographus, et signaturas suo loco ad posuit, nec non reclamantes. Initiales litterae modo formis ligneis caelatis expressae sunt, modo parvis elementis indicantur.

*

Digitized by Google

—— Alia editio, *quae in prima pagina habet verba sequentia excusa majori gallo-franco typo:* Opera Ausonii Nuper Reperta. *In secunda extat Privilegium, quod* Ludovicus Maria Sfortia Dux Mediolani Angelo Ugoleto *dedit. In secundo folio praemittitur Nuncupatoria Epistola, qua* Thadaeus Ugoletus Lazaro Cassolae Medico celeberrimo *S. dicit. In hac Epistola* Ugoletus *enarrat* Ausonii *poëmata, quae desiderabantur, a se fuisse inventa in aliquibus Codicibus ipsi traditis a* Tristano Calco, et *ab* Antonio Bernieri jurisperito Parmensi; *et in hac editione primum in lucem edita. Epistolam excipit Catalogus Epigrammatum nuper inventorum,* cui *adhaerent Carmina quaedam* Francisci Pace Carpensis, *et* Antonii Securanii Fivizanensis *in laudem ipsius* Thadaei Ugoleti. *Tandem adcedit Index totius voluminis; quae omnia octo foliis continentur. In folio nono opus incipit a titulo:* AUSONII PEONII POETAE DISSERTISSIMI (sic) EPIGRAMMATON LIBER. *Opus desinit in fine folii aversi* LXXXVI. *et protinus legitur:* Expliciunt Opera Ausonii poetae celeberrimi fragmẽtata quae temporum incuria ad nos pervenerunt a Thadeo Ugoleto Parmensi diligenter recognita. Idem Thadeus addidit eiusdem Ausonii opuscula infrascripta. Epigrammata videlicet nõnulla. Epistolam ad Paulinum = Perochen Homericam = Mosellã = Opusculum de ludo Septem Sapientum = Catalogum nobilium Urbium = Sulpitiam = Atq3 aliqua Ausonii Epigrãmata: quae dicunt9 e biblioteca Georgii Alexandri fluxisse. *Exinde:* Impressum Parmae per Angelum Ugoletum Parmensem Anno Domini 1499. Die. x. mensis Iulii. *Sequuntur* Registrum, *et Signum Typographi, quibus subnectitur nomen Possessoris, scilicet:* Antonij Seripandi ex Iani Parrhasii testamento, *cujus notulae Mss. charactere subalbido occurrunt in externis marginibus voluminis.*

In 4.°..... IX. B. 1.

Editio antecedentibus plenior, multis Ausonianis primum additis. Vide *Affò, Saggio, pag.* CVII. Parva elementa in hoc volumine initialium vice funguntur; signaturae, et reclamantes desunt; numeri vero foliorum Romanis notis majusculis in superioribus marginibus visuntur. Character rotundus parvus, sed nitidus, lineas 36 occupat in paginis plenis.

AUTORITATES Aristotelis et Aliorum. *Vide* Aristotelis.
AUXIMO NICOLAI DE. *Vide* Osimo.

Digitized by Google

A Y *et* A Z

Aylliaco Petri de. *Vide* Alliaco.

Ayora Gundisalvi Cordubensis. Versio latina ex Hispanico Operis Petri Montis, de dignoscendis hominibus, *cum Praefatione ejusdem ad* Elisabeth Hispaniarum Reginam. *Ad calcem voluminis legitur conclusio Interpretis* ad Elisabeth Reginam; *ac exinde* Ejusdem exhortatio de futuro silentio sibiipsi. *Vide* Montis Petri, *Tom. II. pag.* 154.

Azonis Portii. Summa super novem libris Codicis, et quatuor Institutionum. *Adcedit* Summa ad pandectas, et tres libros C. ac super libros Novellarum, seu Authenticorum. *Praecedit* Registrum repertorii: ac summe domini Azonis super novem libris Codicis: ac quatuor Institutionum, *quod occupat 22. folia. In summitate marginis sequentis folii primo loco occurrunt verba:* yh s. M. (Iesus Maria) *exinde rubris litteris majusculis:* Prohemium ad summam Codicis: per dñm Azonẽ opositam deo favẽte: Incipit feliciter, *et in prima columna lv. finitur. Tum protinus* Incipit materia ad Codicem. *In folio cccxvii. recto, post lineam xviii. secundae columnae:* Explicit dñi Azonis sũma super novem libris C. et quatuor institutionum: maxima cum diligentia emendata correctissimeq3 impressioni tradita in regia civitate Papie p̱ Christoforũ de Canib⁹ et Stefanum de georgiis consocios cives papiẽses: anno dñi. Mcccc. lxxxiiij. octavo Kall⁹ augusti. Regnãte. Illustrissimo divo. Io. Galeaz maria sfortia Vicecomite. Insubriũ duce sexto Invictissimo. Ad gloriã sũmi: optimi: eterniq3 Dei Gloriosissimeq3 virginis intemerate matris Marie que optimi auctores opris: et opifices: tutari dignet⁹: et ẽptores.

Sequitur sũma adpandectas: et tres libros. C. ac super libro novellarum seu autẽticorum per eosdem.

Quisquis ad auratas divini muneris artes
Caesarei intepido (sic) currere calce cupis:
Impiger excussis loculis preciosa Magistri
Azonis legum iam tibi scripta cape.
Hic caput est iuris: fons hic rutilantior omni
Flumine ab initijs optime queq3 suis.
Eia age servata quicquid iacet acris in archa
Excute si sacri munera iuris aves.

Huic Epigrammati subnexum est signum Typographicum, alibi notatum. Post albam paginam, sub eadem signaturarum serie in sequenti folio, Incipit p̱hemiũ sup̱ sũma trium lib. codicis. *In folio cccLxxiv.* Incipit prohemiũ secundũ. Io. cum aditionib⁹ dñi Acursij ad libellum novelarum (sic): seu autẽtico4 *In aversa pagina folii cccxcv. in fine primae columnae, post verba* Deo Gratias Amen, *legitur:* In regia civitate studiorum matre Papie: per eosdem artis impressorie viros primarios trãsũpta: Anno premisso. i. 4. 8. 4. die vero 25. septembris in vigilia sancte Iustine virginis: et martiris. N. M. DEL. A. 53.

Digitized by Google

M. M. A. i. M. 5. (*Quid hae litterae innuant, haud explanare valeo*). *Sequitur:* Ad laudem sūmi : eterni : Optimi : maximiq3 dei. Gloriosissime Virginis Intemerate Matris Marie. Divorum Syri. Evasii. Luche. Caloceri : Catharine : Francisci : et Bernardini patronorum suorum. Ac totius celestis triumphantis curie. Amen. *In secunda columna adsunt*, Registrum hujus Operis, *et denuo signum typographicum.*

In folio majori..... ..... VII. D. 30.

Sunt nonnulli, qui *Summam* istam *Ioanni Basiano Cremonensi*, *Azonis* praeceptori tribuunt, sed illam jam *Azoni* vindicavit *Ioan. Baptist. de Gazalupis in Historia Interpret. et Glossator. juris, pag. 502.* In tanta olim, teste *Guidone Panzirolo, lib. II. Cap. XXV. de claris legum Interpretibus*, auctoritate fuit haec *Azonis Summa*, apud veteres Iureconsultos, ut non modo in omnium manibus versaretur, sed sine ea forensia negotia ne tractari quidem posse, in proverbium abierit. Unde *Veronae* etiam statutum fuit, neminem illorum Iureconsultorum collegium posse ingredi, qui laudatam *Summam* non haberet. Nec *Mediolani* in Ordinem Iureconsultorum recipiebatur, qui id opus secum non ferret, ac suum esse juraret. Nostra autem, qua vivimus aetate, quamvis innumerabiles fere extent editiones, quas *Hendreichius* recenset, ita evanuit illius Auctoritas, ut inter plurimos causarum patronos, vix reperiatur, qui *Azonis Summam* viderit. Hanc nostram editionem, quae secunda est hujus operis, inter rariores recensemus : ea enim tantummodo in *Bibl. P. Noris* notatam invenimus. Typis gallo-francis satis luculentis, chartae praestantissimae excusa est in duabus columnis, quae lineis 60, modo integrae sint, componuntur. Folia signantur litteris, et Arabicis notis, custodes vero, et paginarum numeri penitus desiderantur; et initiales parvas adjecit Typographus. In superiori margine quilibet liber est indicatus.

Digitized by Google

B A

Bachonis Ioannis. *Vide* Anglici Ioannis.

Baduarii Sebastiani equitis patritii et Senatoris Venеti illustrissime (sic) Venetorum Reipublicae oratoris ad Alexandrum VI. Pontificem max. in praestanda obedientia. *In calce :* Dixi in publico Consistorio : Die xvii. Decembris. M. cccc. lxxxxii.
In 4.° parvo. *Vide Orationes* Variae..... IX. A. 58.

Est opusculum duorum foliorum excusum charactere Romano *Stephani Planck*, memoratum a *Denisio* in *Supplem. pag.* 501. et ab *Audiffedo pag. 312.*

Bagellardi a Flumine Magistri Pauli. Libellus de infantium egritudinibus, ac remediis. *Opus bipartitum est : in prima parte agitur de* Regimine infantium in primo mense ; *pars altera divisa est in capita xii. Praeit eorum Index, quae sunt secundi libri, volumini praefixus : in tertio folio Epistola Nuncupatoria, sub inscriptione :* AD ILLVSTRISSIMVM PRINCIPEM DOMINVM NICOLAVM TRVNO DIGNISSIMVM. DVCEM VENETIARVM DOMINVM SVVM PRECIPVVM. LIBELLVS DE EGRITVDINIBVS INFANTIVM PER MAGISTRVM PAULVM BAGELLARDVM A FLVMINE EDITVS INCIPIT FOELICITER. *Ad lineam ix. primae paginae folii lx*: Opusculū de egritudinibus et remediis īfātium ac totidem capitulis cōpilatū ꝑ egregiū ac famosissimū artium et medicine doctorē magistrum Paulum Bagellardum a flumīe foeliciter explicit. *Exinde :*

Sola miseria caret invidia.
M. CCCC. LXXII. die xxi. Aprilis.

Bar. Val. Patavus

Mar. de septem arboribus prutenus.
In 4.° parvo..... XII. B. 18.

Editio princeps et rara, quam celebrant *Denis in Supplem. pag. 12.* et *Gaignac Tom. 1. pag. 307.* Quamquam nulla loci mentio habeatur, indubitatum tamen est, opus praesens *Patavii* fuisse typis evulgatum, cum laudati Typographi *Bartholomaeus de Valdezochio*, et *Martinus de septem arboribus* nusquam nisi *Patavii* prelum habuerint : vide *Maittaire Tom. iv. pag. 235.* Litteris romanis, ac nitidis admodum, papyro mundae ac firmae impressum est opus praesens, nullas exhibens signaturas, aut custodes, nullosque paginarum numeros. Paginae conflantur 24. lineis, et Minicularius adfabre supplevit variis coloribus initiales, quae deerant.

—— *Idem Opus, Italice, nuncupatum* Allo illustrissimo principe Nicolao trono di Venetia duca dignissimo libreto singular de tutte le malatie dal nascimento fin a anni sette per maistro Paulo Balgiebardo da fiume composto. E da latino per uno medico bressano a comune beneficio vulgar facto. *In fine secun-*

Digitized by Google

dae paginae folii XVI. *legitur:* Opeta deli egritudini e rimedii de fātolini cū altri tāti capitulii (sic) per il famosissimo et egregio deli arte emedicina doctore maistro Paulo Balgielardo da fiume cōposto liure (sic). A di. xvi. marzo. M. cccc. LXXXVI. per uno bresano a complitientia de molte done (sic) in vulgare traducta. Finis.
In 4.°..... XII. A. 13.

Sine loci, et Typographi notitia. Editio praesens merito insignis raritatis nota honoratur, quum de ea praestantissimi quoque Bibliographi altum teneant silentium; nec de hac Italica versione *Mazzuchellius*, *Haim*, *Argellata*, caeterique ullam unquam notitiam habuerunt. Opusculum constat 16 foliis impressis minuto, ruvido, et inaequali charactere, in charta satis fusca, et parum expolita: folia signantur litteris, et Romanis notis; numeri tamen foliorum, et custodes desiderantur: et parva elementa vices gerunt initialium.

BAGNO GIACOMO DEL. *Vide* Bangio.

BAISIO GUIDONIS DE. *Vide* Baysio.

BALBI IOANNIS DE IANUA. Catholicon. Venetiis impressum per Hermannum Liechtenstein coloniensem. Anno M. cccc. LXXXIII. *Huic art. Tom. I. pag. 62. post lineam xx. adde.*

—— Exemplar alterum ..... IX. D. 10.

—— Alia editio. *In fronte operis legitur:* Incipit sūma que vocat⁹ catholicon edita a fratre Iohanne de ianua: ordinis fratrū predicato4. *Haec verba sequitur* Prologus, *qui in secunda folii primi columna, linea* XII. *finitur. Incipit protinus Pars Prima* de Orthographia. *Pars secunda agit de* Accentu: *Tertia* de Etymologia, *et* Diasyntastica: *Quarta* de vitiis et figuris: *Quinta denique, quae ordine alphabetico est constructa*, de Orthographia, Prosodia, Origine, et Significatione quarundam dictionum, quae saepe inveniuntur in Bibliis ex dictis Sanctorum; et Poetarum. *Ad calcem operis legitur:* Finit opus preclarū dictū Catholicon: editū a fratre Iohanne Ianuensi ordinis fratrū predicato4 q̄3 diligētissime emendatū atq3 correctū. Et impressū Venetijs ingenio ac impensa Hermanni liechtenstein Coloniensis. Anno natalis dñi. M. CCCCLXXXVIJ. septimo kal⁹as decembris ec. LAUS DEO. *His adjectum est* Registrum chartarum.
In folio..... IX. D. 11.

Opus istud, praecedenti persimile, praestanti gallo-franco nitido characterè, in duabus columnis, quarum utraque 66 linearum, impressum est. Folia signata cernuntur litteris, et Arabicis notis; carent tamen custodibus, et paginarum numeris. Initiales modo spatiis tantum, modo parvis litteris sunt indicatae.

—— Alia editio, *praecedenti persimilis. Ad calcem:* Finit opus preclarum dictum Catholicon: editum a fratre Iohanne Ianuensi ordinis fratrum predicato4 q3 diligentissime emendatū atq3 correctū. Et impressum Venetijs ingenio ac im-

Digitized by Google

pensa Hermanni Liechtenstein Colonic̄sis. Anno natalis domini. M. ccccxc. septimo. Idus decembris. LAUS DEO. *Sequitur.* Registrum chartarum.
In folio..... IX. D. 6.

—— Exemplar alterum..... IX. D. 7.

—— Exemplar tertium..... IX. D. 8.

—— Alia editio. *Prima pagina continet verbum* CATHOLICON, *secunda* Registrum. *In secundo folio* Incipit summa que vocatur Catholicon edita a fratre Ioanne de Ianua : ordinis fratrum p̄dicatorum. *Ad calcem :* Finit opus p̄cla4 dictū Catholicon : editū a fratre Ioāne Ianuensi Ordinis fratrum p̄dicato4 q̄3 diligentissime emendatū atq3 correctū. Et īpressum Venetijs ingenio Boneti Locatelli mandante nobili Viro Dño Octaviano Scoto cive modoetiēsi. Anno natalis domini. i495 : i2. kalendas decembres. Laus deo. *His verbis subnexum est* Octaviani Scoti *signum.*
In folio..... IX. D. 12.

Haec vero editio quodammodo praecedentem imitatur, paucis tamen exceptis, foliorum nempe numeris, qui in hac habentur. Adcedit quod Litterae initiales xylographicae sunt, et columnarum compositio lineis ut plurimum 66. conflatur.

—— Exemplar alterum..... IX. D. 15.

—— Exemplar tertium..... IX. D. 16.

—— Exemplar quartum..... IX. D. 17.

—— Alia editio, *quae convenit cum immediate praecedentibus. Haec extat ad calcem typographica notitia :* Dictionarius seu vocabularius fratris Ioānis Ianuen̄ ordinis fratrū p'dicato4 scī dominici : vulgo Catholicon nūcupat' : ad oēs ferme liberales sciētias accōmodatissimus : Iussu et impēsis p'stātis viri dn̄i Petri liechtestein Colonien̄. Arte itē, et ingenio Ioannis hertzog : Venetia4 impressoris famosissimi : vigilanti studio revisus emēdatusq3 felicibus astris explicit' est : Anno Christianissime nativitatis post millesimū quaterq3 centesimū nonagesimo septimo. Pridie kal'as martias. Finis. *Signum Typographi, quod* Orlandius *refert N. 29. his verbis subjectum visitur.*
In folio..... IX. D. 13.

Lineae 69 in integra columna habentur ; et plures initiales ligno exculptae, ac florentes habentur.

—— Exemplar alterum..... IX. D. 14.

Balbi L. Cornelii. Epistolae iv. ad M. T. Ciceronem, *quarum tertia scripta est cum* C. Oppio. *Extant cum* Ciceronis Epistolis ad Atticum. *Vide* Ciceronis.

Digitized by Google

Balbi Petri. Episcopi Tropejensis. Versio Latina Epitomae Alcinoi disciplinarum Platonis, *cum Praefatione* ad Nicolaum Cardinalem Cusensem. *Extat cum operibus* Apulei. *Vide* Apulei.

Baldi de Perusio. *Vide* Ubaldis Baldi de. *Tom. III. pag. 315.*

Baldi Novelli. *Vide* Bartholinis Baldi de.

Balgierardo Paolo. *Vide* Bagellardi.

Balnea Puteolana. *Vide* Elysii Ioannis, *Tom. I. pag. 272.*

Balneo Iacopo de. *Vide* Bangio Iacopone. *Tom. I. pag. 62.*

Balneus Iacobus. *Vide* Bangio.

Balocho Antonii. *Vide* Vercellis Antonii de; *Tom. III. pag. 336.*

Banduae Andreae. Carmen Eligiacum in laudem Ioannis Antonii Panthei. *Extat in opere* Io. Antonii Panthei. *Vide* Panthei.

Banges Iacopo de. *Vide* Bangio.

Bangese Iacopo de. *Vide* Bangio.

Bangio Iacopone, Aquilanus. Trattato delle scommuniche. *Huic articulo in Tom. I. pag. 63. post lineam XXIII. adde.*

—— Exemplar alterum ..... XI. B. 6.

—— Exemplar tertium ..... XI. B. 7.

Baraletae Gabrielis. *Vide* Bareletae.

Barbari Francisci. Vitae Aristidis, et Catonis Senioris *ex* Plutarcho *latine versae. Extant inter vitas* Plutarchi. Franciscus *hanc versionem* Zachariae *fratri Epistola satis prolixa inscribit, qua utramque vitam a se versam fuisse docet; nihilominus* Campanus *vitam* Aristidis Leonardo Arretino *tribuit, ut ex Indice adparet. Vide* Plutarchi.

Barbari Hermolai. Castigationes Plinianae. *Praecedit Auctoris Epistola, sive Praefatio ad* Alexandrum VI., *quae incipit in folio primo averso, hoc praedita titulo:* HERMOLAI BARBARI PATRICII VENETI P. AQVILEIENSIS IN CASTIGATIONES PLINIANAS AD ALEXANDRUM SEXT ū PONTIFICEM MAXIMUM PRAEFATIO. *Data est:* Octavo Kalendas Septembris. MCCCCXCII. *Praefationi, quae desinit in secundo folio averso, subiicitur Mo-*

Digitized by Google

nitum ad Lectores sine titulo; in tertio folio incipiunt CASTIGATIONES: PLInianae Hermolai Barbari Aquileiensis Pontificis, *quas praecedit introductio quaedam ad varias codd. lectiones spectans. Ad calcem* Castigationum *legitur:* Finis Castigationum Plinianarum Hermolai Barbari. Impressit Eucharius Argenteus Germanus. Romae. MCCCCXCII. Octavo Kalēdas Decembris: Alexandri Sexti Pontificis Maximi principatus Statione prima. *Pagina aversa vacua est, deinde in sequenti folio adcedit* HERMOLAI BARBARI IN PLINIANAS CASTIGATIONES SECVNDAS AD ALEXANDRVM SEXTVM PONT. MAX. Praefatio. *In hoc alterum opus* Hermolaus *tria congessit: I. Castigationes multorum* Plinii *locorum, quae in prima editione ipsum fugerant, unaque confirmationem, vel in melius submutationem quorumdam, quae in illa scripserat. Sic enim inquit in Epistola ad* Alexandrum VI. *huic operi praemissa:* Nam praeter id quod mendosa loca non parum multa, integritati suae reddidi, fuit et illa commoditas, quod quaedam a nobis prius dicta communire: quaedam submutare contigit in melius. *II.* Castigationes in Pomponium Melam. *III.* Glossemata in Plinium. *Tria haec distincte satis in titulis, et Epistolis Auctoris ad* Alexandrum VI. *indicantur, nec non in subscriptione, quae extat ad calcem operis, praecedit Excusatio Auctoris, vel Monitum cum titulo:* HERMOLAVS LECTORI; *eique Erratorum Correctio subditur. Tandem legitur:*

FINIVNT: HERMOLAI: Barb.

Patriarchae Aquileiensis Plinianae Castigationes: Item Aeditio (sic) in Plinium secunda: Item Emendatio in Melam Pomponium: Item Obscurae cum Expositionibus suis voces in Pliniano Codice. Impressit formis Eucharius Argenteus Germanus Romae. Idibus Feb. M. CCCC. xciii. Alexandri Sexti Pont. Max. Principatus Anno Primo.

Registrum *totius operis tandem his subjectum est.*

In folio ..... IX. H. 19.

Haec editio princeps est, ut recte observat *Maittairus Tom. 2. P. 11. pag. 462.* quamvis *Caillius* editionem *Cremonensem anni 1485.* praeponat, quam forsan anni *1495.* esse idem *Maittairus* arbitratur. Diverso charactere excusae cernuntur hae duae Plinianae Castigationes, et novo signaturarum ordine. Prima Castigatio est optimo charactere Romano, qui paginas integras perficit lineis 39., sed sine numeris foliorum, et custodibus. Quae ad *secundas Castigationes Plinii, et Pomponii Melae* pertinent, minori charactere, minusque eleganti ejusdem *Silberi* expressae sunt, ac lineae 48. in paginis plenis numerantur; desunt etiam numeri, et custodes. In utroque opere in ora superiori marginis litteris capitalibus numerus cujuslibet libri Pliniani exprimitur; litterae graecae in textu occurrunt, et initiales parvis elementis indicantur. Ultima allata subscriptio, contenta in utroque opere, sicuti etiam Registrum signaturarum quod subjicitur, et tabula erratorum, ad utrumque opus pertinet: quapropter male *P. Laire* scripsit in adnotatione ad *primas Castigationes pag. 274. Anno sequenti auctiores*, quas secundas appellavit, *Castigationes in Plinium edidit.* Nil ab

Digitized by Google

surdius dici potest, quam *Hermolaum Barbarum* anno sequenti *Auctiores in Plinium Castigationes* edidisse. De utraque hac *Castigatione* vide *Apostolum Zenum in Dissertat. Vossianis part. II. pag. 371.* et *Clement Tom. II. pag. 412.*

—— Exemplar alterum ..... IX. H. 18.

—— Alia editio, *quae in prima pagina haec habet:*

Castigationes Hermolai in Plinium castigatissimae:
quum Vix post Romanas: caeteris tamen
adhuc impressis: vel ab opicis
quidem non posthabendae.
Augustini Grandis (*Editoris fortasse*) Epigramma de opere.
Sordebat multis erroribus ante: Sed illos
Erasit limae cura laborq3 gravis;
Praefuit huic opifex cum correctore disertus:
Romanumq3 operi contulit alter opus:
Unde fit; ut fuerit nil ante nitentius isto:
Possit et in nitida tertius esse cute:
Vult igitur si quis opus emendatius: apte
Vel mage romano quilibet istud emat.

Praeeunt huic editioni eaedem Epistolae Hermolai Barbari ad Alexandrum VI. *quae habentur in Romana editione, supra notata. Ad calcem voluminis post verbum* FINIS, *legitur:*

Habetis humanarum artium cultores cādidissimi: Plinianae maiestatis
veluti purissimum si-
mulacrum ab Hermolao Barbaro Veneto patricio Patriarcha Aquilejēsi nostriq3 saeculi viro Celeberrimo Lucubratum opus: Habetis item aeditionem in Plinium Secundam. Itē emendationem in Melam Pomponiū Item obscuras cum expositiōibus suis voces in Pliniano Codice Cremonae p chalcographū Carolum a Darleriis civē Cremonēsem Caracteribus aeneis Impressa. Impante faustissimo
ac Sapiētissimo Ludovico Sfor. Viceco
Mediolani Duce. anno faelicissimi
prīcipatus eius prīo A Natali
vero redēptoris nrī xpi
M CCCC LXXXXV.
iii nonas mēs.
Apriles.

Huic subnexum est Registrum; ac tandem Possessoris nomen, hoc est Antonij Seripandi et Amicorum.
In folio ..... IX. E. 24.

Digitized by Google

Ex hac editione anni 1495 facile intelligitur, unde conficta sit suppositia editio *Orlandi* anni 1485, quae nullibi reperitur. Character rotundus est, nec invenustus, haud quaquam tamen conferendus est cum charactere, seu potius cum characteribus Silberianis Romanae Editionis, modo memoratae. Lineae 58 occurrunt in plenis paginis, quae carent numeris foliorum, et custodibus: signaturas tamen instructas litteris, et Romanis notis adposuit Typographus, qui pro initialibus parva elementa adhibuit.

—— Exemplar alterum..... IX. E. 37.

—— Alia editio, *cui nulla inest notitia typographica, quam retulimus in Tom. I. pag. 64. hujus Catalogi; hinc addendum est:*

—— Exemplar alterum..... IX. H. 12.

—— Alia editio, *in qua* C. Plinii Secundi Historia Naturalis *exprimitur, juxta* Castigationes Hermolai Barbari; *haud vero* Castigationes *seorsim excusae habentur. Vide* Plinii *editionem Venetam anni 1499. Tom. II. pag. 325.*

—— Oratio Hermolai Barbari Zac. f. Legati Veneti. ad Fridericum Imperatorem: et Maximilianum Regem Romanorum. Principes invictissimos. *In primae paginae summitate verba relata leguntur: Oratio deinde incipit, et in antica facie folii VI. linea VI. terminatur verbo*, Dixi. *Illi mox sequens notitia legitur subjecta:* Acta: iii. Nonas Augusti ad Brugas: sive Gesoriacū. M. CCCC. LXXXVI. *Subjungitur Epistola ejusdem Barbari, sic inscripta:* Hermolaus barbarus. L. Carondeleto supremo Regis Romani secretario. S. P. D. *data* Ex Brugis. pridie nonas augusti. M. CCCC. LXXXVI.
In 4.° parvo..... XIII. A. 23.

Haec Oratio charactere gallo-franco *Stefani Plannk* impressa sex foliis comprehenditur. Caret signaturis, custodibus, et paginarum numeris; annotationes marginales passim leguntur. *Audiffredus pag. 277.* de ea mentionem fecit.

—— Versio e *Graeco* Paraphraseos Themistii in Posteriora; in Libros Physicorum; de Anima; de memoria, et Reminiscentia; de Somnio, et Vigilia: de Insomniis; de Divinatione per Somnium Aristotelis. *Vide* Themistii, *Tom. III. pag. 196.*

—— Observationes in Valerium Maximum. *Extant cum* Valerii Maximi *textu, et aliorum* Observationibus. *Vide* Valerii Maximi, *Tom. III. pag. 291.*

—— Epistolae ad Iohannem Picum Mirandulam. *Extant impressae cum* Heptaplo *ejusdem Pici. Vide* Pici. *Tom. II. pag. 297.*

—— Epistolae; *scilicet, tres ad* Politianum; *septem ad* Io. Picum Mirandulam; *tres ad* M. L. Phosphorum: *una ad* Franciscum Picolhomineum; *quinque ad* Antonium Calvum; *una ad* Paulum Cortesium; *una ad* Robertum Sal-

Digitized by Google

viatum; *cui subduntur* Praefationes in Paraphrasin Themistii, *quarum altera est ad* Antonium Galateum, *altera ad* Sixtum IV : *item* Epistola ad Georgium Merulam ; Praefatio in Castigationes Plinianas *ad* Alexandrum VI : Epistola ad Petrum Caram; Epistola *graece* ad Iustinum Decadyum; *alia item graeca* ad Antonium Pyropylum Medicum, et Philosophum; Praefatio in Lecturam Aristotelis, *et* Oratio ad Fridericum Imperatorem, *et* Maximilianum Regem, *cum nuncupatoria* Epistola ad Carondeletum : *Haec omnia extant excusa cum Operibus* Angeli Politiani. *Vide* Politiani, *Tom. II. pag. 334.*

Barberiis Philippi de. *Vide* Siculi Philippi, *Tom. III. pag. 117.*

Bareletae Gabrielis. Sermones quadragesimales. *Prima pagina haec majusculo gallo-franco charactere praebet legenda :* Sermones Fratris Gabrielis Barelete; *deinde minori typo :* Cum ego Iacobus Britannicus horum sermonum impressor industria mea hi sermones in lucem venerint. ut sumptus meos redimere possim impetravi ab excellentissimo Venetorum senatu. ne quis alius possit preter me eos ab hinc ad decem annos imprimere aut alibi impressos in dñio suo apportare, sub pena amissionis librorum. ac decem aureorum ꝑ quolibet opere solvendorum, ut continetur in privilegio mihi concesso.

Magnifici Consiliarij.
D. Laurentius Venerius
D. Hieronymus Vendraminus
D. Priamus Tronus
D. Petrus Balbus.

In postica pagina incipit Epistola Nuncupatoria, qua F. Benedictus Brixianus. Fratri Thome Caietano ordinis predicatorum: Theologantium ac philosophantium maximo. S. D. *Desinit in folio tertio averso; et in folio quarto incipit* Tabula presentis operis, *quae explicit in aversa facie : tum in folio quinto,* Celeberrimi et omnium excellentissimi predicatoris. Fratris Gabrielis de bareleta ordinis praedicatorum, Sacre Theologie eximij professoris: solēnissimi sermones feliciter incipiunt. *Ad lineam XVII. primae columnae, folii recti 135. absolvuntur sermones, et in secunda columna occurrit nota Typographica hoc pacto :*

Impressum est hoc divinum atque utilissi
mum opus : impensa. procuratio
ne, et his speciosissimis
caracteribus (sic)
Iacobi Britannici Brixiani : in egre
gia Brixiae urbe : maxima
cum vigilantia corre
ctum. 1497.
die. XI. No
vēbris
FINIS

Digitized by Google

Typographi signum occupat medium paginae, exprimitque rectangularem figuram nigram, duabus inclusam lineis; haec circulum continet secundum horizontem sectum; linea perpendicularis in crucem duplicem rectam, cui decussata in summitate aptatur, ex linea horizontali surgit: in superiori parte Circuli, litterae initiales I. B. quae nomen Typographi innuunt, occurrunt; et in inferiori figura quaedam visitur, instar aedificii lateritii.

Adcedunt Sermones de sanctis Fratris Gabrielis Barelete. *Hic titulus eodem majori gallo-franco typo excusus legitur in prima pagina, qui in praecedenti opere occurrit, una cum monitu Typographi de Privilegio a Senatu Veneto obtento. Aversam paginam occupat* Tabula Sanctuarii, *sive Sermonum in volumine contentorum; in tertia,* Sermones *incipiunt, quorum ad calcem, in folio averso 77., post quartam lineam secundae columnae legitur verbum* FINIS: *et exinde* Expliciunt sermōes de sanctis Eximij sacre Theologie. Magistri Gabrielis de Bareleta ordinis predicato4. Impressi vero Brixiae sumptibus atq3 solerti cura Iacobi Britānici Brixiani anno incarnatiōis 1498. die 13. Ianuarij. *Sequitur* Registrum Operis. Quadragesimale huius operis incipit in *a:* excepta eplā: et desinit in *r.* ōesq3 sunt quaterni. Sanctuarium vero incipit in *A* et desinit in *K* ōesq3 sunt quaterni excepto *E* quod est ternus. *Tandem adcedit Typographi signum, superius descriptum.* In 4.°..... II. B. 46.

Minuto valde, sed nitidissimo charactere gallo-franco impressum est hoc volumen, continens *Quadragesimale*, et *Sanctuarium*. Utrique operi columnae duae in quavis pagina aptantur, quae lineas 50 amplectuntur: utrique, praeter signaturas, adjuncti sunt numeri foliorum, ibique etiam custodes occurrunt; litteraeque in ora superiori marginum sermones indicant. Exordia sermonum primam initialem florentem exhibent: reliquae parvis exprimuntur.

—— Exemplar alterum ..... III. B. 20.

—— Alia editio, *sub nomine* S. Antonini, *cujus titulus:* Opus quadragesimalium, et de Sanctis Flos florum nuncupatum. *Hanc descripsimus in Articulo* S. Antonini. *Vide* S. Antonini.

Bariani Nicolai Ordinis Erem. S. Augustini. De Monte Impietatis. *In primo folio recto non aliud legitur, nisi allatus titulus. Eodem averso habetur Auctoris Epistola, cujus inscriptio ita se habet:* Domino suo Reverēdissimo Domino. Georgio Albanensi Episcopo et Sancte (sic) Xp̄i Ecclesiae Cardīali dignissimo Fr̄ Nicola (sic) Barianus de Placētia īdignus p̄fessor Theologie ordinis Eremita4 divi Augustini regularis observantiae: felicem statum. *Ejus initium:* Etsi usurariam pravitatem ratio ipsa, et omnis bone legis pagina detestetur, ac per hoc Viennense Concilium ec. ec. *Data est haec Epistola* Mediolano Klē Iunii 1494. *In sequenti folio*: Incipit tractatus de mōte īpietatis ejusdem frīs Nicole (sic) Bariani ut supra. *Desinit in folio xxxiv. recto; et post lineam xxviii. leguntur verba,* AMEN, *et* Finis; *exinde:*

Impressum in alma Civitate Cremonae anno
Dominicae Salutis. M. CC
CCLXXXXVI.
Nonis Octo
bris.

In 4.°..... II. B. 11.

Digitized by Google

Maittairus, pag. 586 ex *Loeschero* citat aliam Cremonensem editionem hujuscemodi opusculi anni 1494. Forsan Epistola Nuncupatoria, quae data est anno 1494 causa fuit erroris, unde laudatus Annalista duplicem editionem extare credidit. Error vero *Loescheri* duplex fuit: *I.* cum opus *Nicolai Bariani*, quod prodiit *Cremonae anno 1496*, inscribit, DE MONTE PIETATIS. *II.* cum ejusmodi editionem SECUNDAM vocat, post quam editionem anni *1494* inscripsit DE MONTE IMPIETATIS, et opus ipsum NICETAE BARIANO asseruit. Attamen nil prohibere videtur, quin opus *Nicolai Bariani* anno *1494* primo impressum fuerit: et ita innuere videtur Auctor ipse in Epistola ad *Georgium Episcopum Albanensem*, de qua ante diximus, ubi prope finem sic loquitur: *Horum igitur* (qui contra sentiebant) *tam periculosum errorem ..... aequo animo ferre nequivi, sed contra ipsum non sine vitae discrimine praedicavi, disputavi publice, et opusculum satis copiosum nuper edidi. Hoc ad te dominum praecipuum dedi, et nomini tuo dicatum esse perpetuo decrevi.* Data autem est haec Epistola, ut supra diximus, *Kal. Iunii 1494*. Editio est rotundo charactere, non tamen satis nitido excusa, cum signaturis tantum; nam custodes, et numeri foliorum desunt. Lineas 41 integrae complectuntur paginae; prima initialis littera omittitur, reliquae parvis supplentur.

BARLETA, *sive* BARLETTA. *Vide* Bareletae Gabrielis.

BARTHOLINIS BALDI DE, *qui* Baldi Novelli *adpellationem sortitus est*, De dotibus, et de dotatis Mulieribus. *In primo voluminis folio* Incipit tabula tractatus de dotibus et dotatis mulieribus et earum privilegiis compositi per excellentissimum utriusq3 iuris monarcham dominum Baldum Novellum de Bartolinis de Perusio magistraliter et medullitus extractā de omnibus que in eo opere continentur et cum signatione cartarum pro faciliore adīventione. *Haec Tabula occupat xxiii. folia: in folio xiv. duae occurrunt Epistolae, quarum altera inscribitur:* Baldus de Bartolinis Perusinus apostolice sedis cōsistorii advocatus et inter iuris utriusq3 professores ꝑexiguus Reverendissimo in cristo p̄ri et dn̄o. Dn̄o Oliverio Episcopo Albano et Cardinali Neapolitano humilē ꝺmendationem ec. ec. *altera vero:* Oliverius Episcopus Albanus Cardinalis Neapolitanus Clarissimo et excellentissimo viro dn̄o Baldo de Bartolinis iureconsulto celeberrimo nr̄o precipuo. *Data*, Rome vi. Martii i478. *In folio sequenti* Incipit notabilis singularis et utilis tractatus de dotibus et dotatis mulieribus et earum iuribus et p̄vilegiis editus per excellentissimum ac celeberrimum Iuris pontificii et cesarii doctorem et monarcā et advocatum consistorialem dominum Baldum de bartholinis de perusio Inchoatus in almo studio pisano et completus sub Anno domini M.° cccc.° lxxviiii.° in excelso gynnasyo perusino cum iussu summi pontificis ad patriam esset revocatus: *Opus absolvitur in postica pagina folii ccix. ad lineam xvi. secundae columnae, et protinus ab Auctore subjungitur:* Iam iam Reverēdissime domine huic operi Deo propitio finem impono cuius consumationem si in longiorem protraxi moram q̄ tue Reverēdissime dominatōi fuerit desiderium. Cognoscat tua Reverendissima dominatio id preter meum cōtigisse institutum adversorum enim temporum conditiones ob divinum bellum pariter et humanum que in patria multos iam per annos contigerunt postq̄. ex Pisano studio arcessitus in patriam redii nō parvo mihi fuerunt impedimento ut huius operis complementum in hunc usq3 diem distulerim sed tarditatem hanc complende rei cum gravitate studii et ꝑfectioris operis diligentia arbitror cōpensasse Laus deo clementissimo: Finis. *In prima ultimi folii pagina extat.* Registrum presentis tractatus de iure dotium incipiendo a tabula.
In folio maximo..... VII. H. 15.

Digitized by Google

Nulla inest nota typographica huic rarae editioni, quam *Maittairus* in *Annal. Typogr. vol. v. Par. i. pag. 107. Mazzuchellius pag. 455 referunt* ad annum *1479*. Nullus insuper extat in amplis marginibus hujus operis foliorum numerus, aut custos, aut signatura. Lineae 51 gallo-franci nitidi characteris columnam quamvis, ex duabus, paginis inhaerentibus, implent. Initiales, quae occurrunt, quadratis indicantur spatiis: charta densa et firma, optimeque levigata, signatur sagittis decussatis.

—— Exemplar alterum..... VII. C. 3.

BARTHOLOMAEI ANGLICI. *Vide* Glanvilla Bartholomaei.

BARTHOLOMAEI BRIXIENSIS. Adparatus in concordia discordantium Canonum. *Vide* Gratiani Decretum. *Tom. i. pag. 349.*

BARTHOLOMAEI DE S. CONCORDIO. *Vide* Pisis Bartholomaei de.

BARTHOLOMAEI HENRICI DE SUSE. Summa Hostiensis. *Vide* Segusio. *Tom. III. pag. 100.*

BARTHOLOMAEI DE URSINIS. *Vide* Ursinis Bartholomaei de.

BARTOLI DE SAXOFERRATO. *Vide* Saxoferrato *Tom. III. pag. 77.*

BARTOLINI PII ANTONII. Opusculum in quo corriguntur lxx. loca in iure Civili. *In prima pagina haec occurrunt:*

Corrigūtur in hoc opusculo lxx. loca in iure civili et
Septem legum novae et verae sententiae aperiuntur.
Sequitur: Marii Carpentarii Epigramma.
Veridica de gente Pium pia pertulit aetas
Antonium: miro qui valet ingenio.
Qui fas quiq3 nefas dispungis: iusq3 ministras:
Et legum nodos solvere quiq3 cupis.
Virgineos cultus supplex et templa require:
Proq3 pio grates reddere promptus eris.
Septuaginta tibi servos ab hoste redemit:
Liber erit posthac: qui modo servus erat.
Veraq3 nunc septem legum sententia surgit
Vmbrarum fuerant quae modo mancipia.
Si daret ad superos iterum Proserpina manes:
Ingenium foret hoc Papiniane tuum.

In aversa facie incipit Epistola Nuncupatoria, cujus inscriptio ita se habet: Pius Antonius bartolinus clarissimo viro Ioanni francisco aldrovando p̄clarae reipublicae Bono. Sexdecemviro ornatissimo. S. P. D. *Hanc excipit Tabula Capitum, et in averso folio IV. incipit* Caput primum. *Correctiones locorum, quae in jure Civili mendose extabant, desinunt in folio XVIII. averso; et in*

Digitized by Google

folio XIX. *sub eadem signaturarum serie sequitur secundum opusculum, cujus titulus*, lex nova; *praeceditque Epistola Nuncupatoria, qua* Pius Antonius Bartolinus Bonifacio Fātucio ī almae urbis Bono. gymnasio legum doctori excellentissimo: ac praeceptori suo praecipuo. S. P. D. *In postica pagina folii* XXII. *opusculum ipsum absolvitur, cui subnectitur sequens Epigramma:*

Nasutum si forte liber: dentemque caninum
Invenies: nostro nomine pauca refer.
Carpere quisque paras domini monumenta: prius tu
Carpere vel noli nostra: vel ede tua.

Impssum in inclita civitate Bononiae p Daynesium hectoris civem bononiensem. *Adcedit sub iisdem signaturis ipsius* Pii Antonii Bartolini de ordine imperatorū Epitoma: *quae terminatur in secunda facie folii* XXVI. *hoc disticho:*

Quos diversa capit millesima pagina divos
Hic clausos minimo codice lector habes.

In 4.° ..... VII. E. 20.

Denis in Supplem. pag. 505 et Panzer Tom. I. pag. 238 notarunt solummodo primum opusculum, et suspicati sunt *Bononiae* forsan fuisse excusum a *Benedicto Hectore* circa annum *1499*. Dicendum sane est eos penitus ignorasse alia duo opuscula, quae primo sociantur, et ex quibus manifeste eruuntur locus impressionis, et nomen Typographi. Quoad annum vero impressionis, facile anno dixerim, 1499 librum fuisse excusum, cum ea aetate Auctor ipse vixerit. Characteres sunt rotundi ac nitidi, qui paginas perfectas perficiunt lineis 29. In marginibus tantum signaturae visuntur, nam custodes, et foliorum numeri exsulant.

Barzizii Christophori. Oratio coniugalis. *Extat inter* Sermones funebres ec. Gregorii Britannici. *Vide* Britannici *Tom. I. pag. 126.*

S. Basilii Magni. Epistolae: *graece. Extant in collectione* Aldina.

Oratio ad Adolescentes de legendis antiquorum seu gentilium libris, *graece. Praeit titulus hoc pacto:*

ΒΑΣΙΛΕΙΟΥ ΤΟΥ ΜΕ
ΓΑΛΟΥ ΛΟΓΟΣ ΠΑΡΑΙΝΕ
ΤΙΚΟΣ ΠΡΟΣ ΤΟΥΣ ΝΕ
ΟΥΣ ΠΩΣ ΑΝ ΕΞ ΕΛΛΗΝΙ
ΚΩΝ ΩΦΕΛΟΙΝΤΟ ΛΟΓΩΝ

Opusculum excusum, et compactum cum Cebetis Tabula, *exaratum a* Zacharia Calliergo, *cujus mentionem fecimus Tom. I. pag. 172.*

—— *Vide* Cebetis ..... XII. B. 80.

Digitized by Google

—— *Vide* Epistolae Variorum Auctorum..... XVII. G. 36.

Bate Henrici. Magistralis compositio Astrolabii. *Extat cum* Abraham Iudaeo de Nativitatibus. *Vide* Venere Abraham.

Baysio Guidonis de, *Vulgo* Archidiaconus, super Decretis. *Prima folii pagina vacua est, in aversa legitur:* Francisci Moneliensis de Genua in Archidiaconum super decretis a se castigatum Epistola, *ad cujus finem sequentia memoratu digna habentur:* Sed ne longior sim: clausula illa qua soleo claudam orationē meā: hortabor itaq3 te vehementer ad littera4 studia capescenda (sic): dehīc ad habendū legendūq3 hoc inclytū opus. tria quippe sunt que me ad hoc dicendū impellunt: libri prestantia: emēdate rei utilitas: ac ipsius caracteris iucundus aspectus: qui facile supereminet omnes. Laude digni quippe sunt optimi ac integerrimi viri Ioannes de Colonia Nicolaus Ienson socijq3: qui hac tempestate nobis talem fructum: ac animi voluptatem dedere: curam vero ac diligentiam adhibuit summus in hac arte magister Ioannes herbort: de Selgenstat alemanus: qui non mediocriter ab omnibus laudandus est et amandus. *Primam folii secundi paginam Auctoris Epistola Nuncupatoria occupat, cujus inscriptio ita se habet:* Reverendo in Cristo patri suo dño Gerardo dei gratia episcopo Sabinensi. Guido de' Baijsio bononiē. Archidyaconus suus clericus et capellan⁹: cum recōmendatione sui utriusq3 hominis sospitatē ac animi sui leticia et debita correctione attendere presens opus. *In aversa vero pagina ipse Commentarius absque titulo, aut inscriptione incipit. In quarta folii penultimi columna sequens habetur notitia:* Exactum insigne hoc atq3 p̄clarū opus ductu auspitijs optimo4 Ioannis de Colonia. Nicolai ienson sociorūve. Qui nō tm̄ summā curā adhibuere ut sint hec et sua queq3 sine vicio et menda. verū etiā ut bene sint elaborata atq3 iucundissimo littera4 caractere ofecta ut unicuiq3 p̄desse possint et oblectare: more poetico. et prodesse volunt et delectare poete. Huiusce aūt operis artifex extitit sūmus in hac arte mg̃r Ioānes de Selgenstat aleman⁹ qui sua solertia ac vigilijs divoq3 imprimēdi caractere facile supeminet oēs. Olympiadibus dñicis Anno vero millesimo cccc. lxxxj. tertio nonas apriles. *Folii ultimi primam paginam implent chartarum Registrum, ac Typographorum insignia rubro colore expressa, jam alibi a nobis descripta.*
In folio magno..... VI. G. 20.

Ingenue fatemur, nos errasse quum hoc idem opus in Tom. 1. hujus catalogi pag. 66. tribuimus Typographo *Nicolao Ienson*, siquidem revera ipsius Excusor extitit *Ioannes de Selgenstat;* uti plane eruitur ex nota typographica. Est opus magnae molis, constatque 48 plagularum fasciculis, signatis litteris, et Arabicis numeris. Impressum est charactere gallo-franco, eoque nitidissimo in duabus columnis, quae, dummodo integrae sint, continent 66. lineas. Charta est magna, alba admodum, ac firmissima, in qua amplos reliquit Typographus margines. Initiales litteras, custodes, et paginarum numeros Typographus non adposuit.

—— Exemplar alterum..... VI. F. 20.

—— Exemplar tertium..... V. H. 10.

Digitized by Google

B E

Beccadelli Antonii. Oratio et sui ipsius commendatio ad Regem Aragoniae. *Ejusdem* Exhortatio ad Ianuenses contra Venetos in bellum. *Extant impressae cum opere* Alberti de Eyb, *cui titulus*: Margarita Poetica. *Vide* Eyb *Tom. I. pag. 285.*

Beccariae Antonii Veronensis. Vita Pelopidae *ex Graeco* Plutarchi *latine reddita. Eam* Antonius *dicavit* petro de Monte Veneto, Episcopo Brixiensi, juris Pontificii, et civilis consultissimo. *Vide* Plutarchi vitae *Tom. III. pag. 332.*

Versio *e graeco carmine in latinam prorsam Orationem* Poematis de Situ Orbis Dionysii Alexandrini. *Vide* Dionysii Afri Alexandrini. *Tom. I. pag. 260.*

Becchii Gentilis. Florentinorum Oratio coram summo Pontifice Alexandro VI. *Ejus titulus ita se habet*: Florentinorum Oratio coram Summo Pont. Alexandro VI. ac eius sacro Senatu per Gentilem Episcopum Aretinum. *Incipit*: Venimus Beatissime Pater accepturi primū in Pontificem ec. ec. *Desinit*: Veneramur. Adoramus. *Absoluta oratione legitur*: Dixi.
In 4.°..... IX. A. 58.

Sine ulla notitia Typographica. Romana est haec editio, uti autumat *Audifredus pag. 311.* impressa eleganti rotundo typo *Stephani Planncii*, qui lineas 27 in pagina quavis integra occupat. Signaturae, custodes, et foliorum numeri desiderantur: initialis littera florens, et ligno incisa conspicitur: et tota oratio quatuor foliis absolvitur.

—— Exemplar alterum..... XIII. A. 49.

—— Exemplar tertium..... XIII. A. 51.

Bechariae Antonii. Versio latina Dionysii de Situ Orbis, *prorsa Oratione. Praecedit* Antonii *Epistola ad* Hieronymum de Leonardis. *Vide* Dionysii *Tom I. pag. 250.*

Bedae Presbyteri. Homiliae in Evangelia, quae cantantur in diebus dominicis in re divina juxta consuetudinem Romanae Ecclesiae. *Vide* Homiliae diversorum Auctorum..... I. B. 4.

—— Testimonia de Santo Augustino. *Vide* S. Augustini Sermones ad Heremitas.

—— De Schemate et Tropo; de Figuris, et Metris. *Extant impressa haec opuscula cum* Donato, *et aliis* Grammaticis. *Vide* Grammatici.

Bekenhaub Ioannis Moguntini. Carmen Eligiacum in laudem S. Bonaventurae, et Petri Lombardi; *et ejusdem* Epistola ad Nicolaum Tinctorem. *Vide* S. Bonaventurae.

Digitized by Google

Belcari Pheo. Epistola ai Poveri di Gesù, detti Gesuati, sopra il Prato Spirituale. *Extat cum* Vitis SS. PP. *Vide* Vitae SS. PP. *Tom. III. pag. 378.*

Bellati Bartholomaei a Feltrio, Ordinis minorum. Epistola Marco Barbo Cardinali in emendationem Summae Astesani. *Vide* Astesani.

Bellenzinis Bartholomaei de. Additiones ad Lecturam Panormitani super Decretales. *Extant in editione Veneta Operum* Panormitani. *Vide* Tudeschis Nicolai de. *Tom. III. pag. 264.*

Bellovisu Armandi de. Ordinis Praedicatorum. Commentaria in Opus S. Thomae Aquinatis de Ente et Essentia, *cum textu ejusdem S. Doctoris. Vide* S. Thomae, *Tom. III. pag. 240.*

Bellunensis F. Urbani. *Vide* Bolzanii F. Urbani.

Bembi Boniphatii Brixiani. In Nerve Coccei, Vulpiique Trajani Vitam ex Dionis reliquiis, ad Franciscum Piccolhomineum Cardinalem Senensem Praefatio. *Extat cum* Herodiano, *ex Versione* Politiani, *impress.* Romae anno 1493. *Vide* Herodiani *Tom. I. pag. 371.*

Benedicti Abbatis S. Regula, *cum* Expositione Cardinalis de Turre Cremata. *Pagina voluminis princeps haec exhibet verba in summitate :* Expositio super regulam beatissimi patris Benedicti. *His verbis subnectitur Typographi signum, quadrangulum nempe xylographicum oblongum, quod scutum in formam cordis continet, ex quo crux surgit. In medio ejusdem scutuli litterae L. L. E. nodis ligatae, inscriptae habentur, quae* Petrum Leuet *indicant. In tertia pagina, nam secunda est vacua, incipit* Tabula capitulorū presentis operis, *quae desinit in tertio folio averso. In quarto folio Epistola* D. Arsenii *ad Cardinalem Expositorem, locum obtinet, cujus titulus:* Sequitur expositio sup̄ regulam Beatissimi patris Benedicti p̄ dn̄m Cardinalē sancti sixti Iohānem de turre cremata vulgariter nuncupatum. Et prīo poītur epistola dn̄i Arsenii abbatis ad ipsū cardinalē, *quam sequitur* Responsiva eiusdē dn̄i Cardinalis ad eundem dn̄m Arseniū per modū prologi. *Opus absolvitur in folio recto* clx. *et post lineam* xxi. *primae columnae legitur :* Opus p̄ns continens expositionē regule beatissimi patris Bn̄dicti collectam per dn̄m Cardinalem Sancti sixti Iohannem de turre cremata vulgariter nuncupatū Parisii laboriose exaratū per Petrum Leuet: impēsa vero Nicolai militis librarii morā ducētis ante palaciū Regium ad intersigniū pillei rubei: finit feliciter. Anno a nativitate Christi Millesimo quadringentesimo nonagesimo prīo: quarta Maii.

Praesens editio invenitur tantummodo penes *Maittairum pag. 531.* ex quo *Panzer* notitiam sumpsit. Typus est gallo-francus binis columnis dispositus. Lineas 50. minor character, nam duplex occurrit, occupat in columnis integris; major vero 35. Initiales, quae parvae extabant, Miniculator majores reddidit coloribus rubro, vel caeruleo. Signaturae marginibus inferioribus adhaerent, expressae litteris, et Romanis notis; in superioribus visuntur foliorum numeri; custodes tamen ubique desunt.

Digitized by Google

—— Exemplar alterum..... VI. E. 27.

Benedicti Alexandri Veronensis, Physici atq3 Oratoris clarissimi. Epistola ad Magnificum atq3 insignem Equitem dominum Paulum Trivisanum Salodii ac totius Riperiae Praefectum. *Extat in Opere* Antonii Pantheii. *Vide* Panthei *Tom. II. pag. 229.*

—— *Epistola praefixa* Historiae Naturali Plinii, *qua* Plinium *Veronensem civem fuisse comprobat contra* Novocomenses. *Vide* Plinii *Tom. II. pag. 320.*

Benedicti Ioannis Francisci. Epistola ad Angelum Politianum. *Extat cum* Politiani *operibus in lib. VI. Epistolarum. Vide* Politiani *Tom. II. pag. 344.*

Benedicti Magistri Eximii Doctoris. Libellus de Conservatione sanitatis. *Vide* Nursiae Benedicti. *Tom. II. pag. 185.*

Benedicti PP. XI. Constitutiones V. *cum Glossis. I. incipit:* Dudum bone mēorie Bonī papa octavi etc. etc. *II.* Inter cunctas solicitudines nr̄as q̄bus nos pastorale etc. etc. *III.* Ex eo q̄ quedam novella constitutio etc. etc. *IV.* Si religioso qui absq3 sui superioris licētia etc. etc. *V.* Exigit apl'atus nostri officiū etc. etc. *Extant cum* Tractatu Visitationum Io. Francisci de Pavinis. *Vide* Pavinis *Tom. II. pag. 237.*

Benedicti PP. XII. Reservatio ad Regimen. *Extat cum* Regulis, et Ordinationibus Cancellariae Apostolicae Pauli II., et Sixti IV. *Vide* Regulae, *Tom. III. pag. 8.*

Benintendi Veneti Cancellarii. Epistolae V., *quarum una* Fratribus suis Ducalis Aulae Notariis: *duae ad* Magistrum Modium Parmensem: *et duae ad* Franciscum Petrarcham. *Extant excusae cum opusculis* Francisci Petrarchae. *Vide* Petrarchae *Tom. II. pag. 281.*

Benivieni Domenico. Epistola *italico sermone conscripta, praefixa instar Praefationis Operi* Hieronymi Savonarolae, *cujus titulus:* Verità della fede sopra al triumpho della Croce. *Vide* Savonarolae. *Tom. III. pag. 65.*

Benivieni Hieronymi. Versio Italica tractatus F. Hieronymi Savonarolae de simplicitate vitae Christianae *cum Epistola ejusdem Interpretis ad* Antonium Manettum. *Vide* Savonarolae *Tom. III. pag. 64.*

—— Epistola latina *praefixa* Compendio Revelationum F. Hieronymi Savonarola. *Vide* Savonarolae. *Tom. III. pag. 57.*

Bentii Hugonis Senensis. Dicta super quarta Fen primi Canonis Avicennae. *Extat cum textu* Avicennae. *Vide* Avicennae.

Digitized by Google

—— Expositio in primam, et secundam Fen primi Canonis Avicennae. *Vide* Avicennae.

—— Expositio in Galeni Mitratechnon. *Extat cum textu Galeni. Vide* Galeni. *Tom. I. pag. 323.*

Benvenuti de Imola. *Vide* Imola *Tom. I. pag. 411.*

Benzonibus Francisci de. Cremonensis, Ordinis FF. Minorum. Editio Quaestionum Iohannis Canonici *ejusdem ordinis, super libros* Physicorum Aristotelis. *Vide* Canonici Iohannis, *Tom. I. pag. 144.*

Bergomensis Iacobi Philippi. Ord. Eremit. S. Augustini. Confessionale, *sive* Interrogatorium. *Titulus praefixus opusculo in summitate primae paginae, ita se habet:* Interrogationes et doctrine quibus quilibet sacerdos debeat interrogare suū confitentē. *Post Interrogationes a Confessario faciendas, sequuntur* Versus cōtinētes. x precepta legis; *tum incipit modus confitendi peccata. Hoc absoluto in linea XXIV secundae paginae folii XXXIII legitur verbum,* FINIS. In 8.°..... II. D. 8.

Sine ulla typographica nota. De hoc opusculo vide *Tiraboschium in Tom. VI. P. II. pag. 23.* Editio prorsus ignota, et primum a nobis excitata. Qui paginas hujus voluminis praelo subjiciendas composuit custodibus et foliorum numeris eas instruere neglexit. Lineae 24 in paginis integris occurrunt, quae rotundis, et nitidis formis constant. Litterae signaturarum junguntur Romanis notis; charta est firma, et perpolita. Prima initialis xylographica, caeterae parvae sunt.

—— *Idem opus Italice. Deest in nostro exemplari primum folium, quod continet initium Nuncupatoriae Epistolae Auctoris, vel Editoris ad* Ioannem mariam Dominicum Venetum Canonicorum Regularium S. Salvatoris Generalem, *et tantum in prima secundi folii pagina legitur Conclusio ejusdem Epistolae. In aversa facie occurrunt Orationes dicendae ante Confessionem, et in secunda recta,* Incomencia qui la dignissima et generalissima confessione del Reverēdo in Christo frate Iacobo Philippo da Bergamo del ordine deli frati Eremitani di observantia di Sancto Augustino per quelli che vogliono fare una bona cōfessione generale cōpilatu a laude del padre del fiolo (*sic*) et spiritus sancto. *Opus terminatur cum Orationibus ante et post Communionem recitandis. In calce legitur:* FINIS.

In 8.°..... II. B. 16.

Sine ulla typographica nota; attamen in aliqua Veneta typographia opus exaratum adparet. Constat 38 foliis, typis semi-gallo-francis impressis. Inferiores margines signati sunt litteris et Arabicis notis; custodes et foliorum numeri desunt. Editio ignota, et primo forsan a nobis excitata.

Bergomensis Pauli. *Vide* Lulmei Pauli.

Bernardini Veronensis. *Vide* Cyllenii, *Tom. I. pag. 226.*

Digitized by Google

S. Bernardi Ab. Epistola responsiva ad Episcopum Senonensem, petentem an sit peccatum recipere pecuniam ad usuram. *In calce:* Impressum Venetiis per Bernardinum Benalium. M. ccccxciiii. die xxiii. Zugni (sic).

In 4. *Extat cum Epistolis* S. Augustini..... II. D. 54.

—— Epistolae duae, *quarum una ad* Senonensem Episcopum, *altera, quae consolatoria est, ad Parentes cujusdam Iuvenis* Gaudifredi, *qui relicto saeculo Religionem intravit: Extant cum Epistolis* S. Augustini. *Vide* S. Augustini..... II. D. 35.

Bernardi Glossatoris, *nimirum* Compostellani. Casus longi, cum notabilibus super quinque libros Decretalium. *Vide* Tudeschis Nicolai de, *cui adjungitur* interpositio casuum Bernardi. *Tom. III. pag. 265.*

Bernardi de Ilicinio. Commentaria vulgaria in Triumphos Francisci Petrarchae ad Borsium Ducem Ferrariae. *Vide* Petrarchae, *Tom. II. pag. 256.*

Beroaldi Philippi. Opuscula, *quae in prima pagina hoc pacto notantur:*

OPUSCULA QUAE IN HOC VOLUMINE CONTINENTUR HAEC SUNT.

Declamatio Philippi Beroaldi An orator sit philosopho et Medico Anteponendus.
Philippi Beroaldi libellus de optimo statu: et principe.
Oratio proverbiorum condita a Philippo Beroaldo. Qua doctrina remotior continetur.
Declamatio Philippi Beroaldi contra scortatorem et de ebrioso Aleatore.
Philippi Beroaldi Heptalogos sive septem sapientes.

In folio verso Nuncupatoria Epistola cernitur, cujus epigraphe: Ad Clarissimū Paulum Sidlovitium scholasticum Polonum Philippi Beroaldi Bononiensis Epistola. *Sequitur Index alphabeticus, qui tribus paginis absolvitur; exinde alia vacua pagina occurrit, tandem opuscula incipiunt. Ad calcem voluminis legitur:*

Respicito finē vitai. Noscito temet.
Optima mensura est. sponsio damna dabit
Plures nempe mali. peridonea tempora nosce
consilium: cum ratione Regit. (sic)
Philippi Beroaldi Bononiensis opusculorum.
FINIS.

Pagina postrema vacua est.

In 4..... VII. B. 53.

Sine notis typographicis. Opus rotundis litteris excusum cernitur, quae lineas 28 in paginis integris implent. Pro signaturis occurrunt in inferiori margine numeri foliorum, qui pertingunt ab *1* ad LXXXXVI. Litterae alphabeti in marginibus exterioribus visuntur, quae Tabulae inservire debent: custodes et initiales desunt, excepta prima, quae xylographica est: graeci characteres excusi opportune leguntur. Opus exaratum videtur in Officina *Benedicti Hectoris Bononiensis Typographi*, uti apertissime innuunt forma characteris, et tota Typographica oeconomia.

Digitized by Google

—— Epistola ad Ioannem Picum Mirandulanum. *Extat cum* Heptaplo *ejusdem* Pici. *Vide* Pici *Tom. II. pag. 297.*

—— Epistolae tres ad Angelum Politianum. *Extant cum* Politiani *operibus*, *scilicet: in lib. II. VI. et XI. Epistolarum. Vide* Politiani. *Tom. II. pag. 344.*

—— Correctiones Plinii. *Extant ad calcem* Historiae naturalis Plinii. *Vide* Plinii. *Tom. II. pag. 322.*

—— Commentaria in Propertium. *Extant cum carminibus* Propertii, *quae post* Tibullum, *et* Catullum, *cum Commentariis aliorum reperiuntur impressa. Vide* Propertii. *Tom. II. pag. 376.*

—— Commentaria in C. Svetonium Tranquillum, *cum vita Ejusdem. Extant cum Opere* Svetonii. *Vide* Svetonii. *Tom. III. pag. 165.*

—— Commentaria in Quaestiones Tusculanas M. Tullii Ciceronis. *Extant impressa, cum iisdem Quaestionibus. Vide* Ciceronis, *Tom. I. pag. 195.*

—— Commentaria in libros Apuleii de Asino aureo. *Extant cum* Apuleii *textu. Vide* Apuleii, *Tom. I. pag. 43.*

—— Emendationes in Epitome gestorum Romanorum Lucii Flori. *Vide* Flori, *Tom. I. pag. 308.*

Bertheloti Stephani Parisiensis Patricii, Fausti Andrelini discipuli, et Contubernialis, Epigrammata. *Extant cum* Andrelini *opusculis. Vide* Andrelini.

Bessarionis Basilii Cardinalis legati. Oratio pro exhortatione novi Pretoris. *Extat excusa cum Opere* Alberti de Eyb, *cui titulus:* Margarita Poetica. *Vide* Eyb, *Tom. I. pag. 285.*

—— Epistola ad Marsilium Ficinum. *Extat cum* Ficini Epistolis. *Vide* Ficini. *Tom. I. pag. 298.*

Betontini Antonii. *Vide* Bettonini.

Bettonini Antonii. Quaestiones perpulchrae in Postillas super Evangelia Quadragesimalia F. Nicolai de Lyra. *Extant cum* Postillis *ejusdem* Nicolai Lyrani super Evangelia. *Vide* Lyra. *Tom. II. pag. 55.*

Bevilaquae Laurentii. *Vide* Abstemii Laurentii. *Tom. I. pag. 4.*

Digitized by Google

B I

Bible des Poetes, methamorphoze, *seu* Ovide metamorphoze translate du latin en Francois, et nouvellement imprime a Paris pour (sic) Anthoine Verard. *De hac oppido rara editione vide, quae innuimus Tom. II. pag. 217. Art.* Ovidii.

Biblia latina, cum Postillis Nicolai de Lyra. *Vide* Lyra.

Biffi Ioannis Presbyteri Mediolanensis. Carmen ad Reverendum dominum Bonifacium Symonetam. *Extat in calce Operis* Bonifacii Symonetae. *Vide* Simonetae. *Tom. III. pag. 127.*

Bionis. Idyllium. *Vide* Theocriti Idyllia, *quibus intermixta sunt illa* Bionis, *et* Moschi. *Tom. III. pag. 199.*

Biragi Lappi, *qui etiam dictus est* Lampus. Versio historiarum Romanarum Dionysii Halicarnassei. *Comprehenduntur hae historiae libris decem, et undecimo imperfecto. Dicat eas* Biragus Clementissimo et Sanctissimo Paulo secundo D. Domino nostro Pape. *In hac Epistola laudato Pontifice, ipsiusque celebrata magnificentia, praemisso etiam Elogio urbis* Venetiarum, *ubi* Paulus *natus est, subdit:* esse aeque pulchrum magnificumque nasci aliquem Venetiis nobilem, quam alibi nasci principem. *Ad calcem vero se, opusque suum Pontifici commendat, quod* ex *Graeco latinum fecerat ex duobus MSS. Codicibus Bibliothecae ejusdem. Vide* Dionysii Halicarnassei. *Tom. I. pag. 251.*

Bisgneto Bernardi de. Decisiones, *sive* conclusiones Auditorum sacri palatii Apostolici *collectae: Haec collectio unum efficit volumen cum* Decisionibus Thomae Fastoli, *quae primo loco impressae sunt, ut ex Registro adparet. Vide in Tom. I. pag. 288. Art.* Fastoli; *et pag. 240. Art.* Decisiones.

Bithynici. Epistola *ad* M. T. Ciceronem. *Extat cum* Ciceronis Epistolis, *vulgo ad* Familiares. *Vide* Ciceronis.

—— *Eadem, cum* commentariis Ubertini Clerici Crescentinatis, Filetici, *et* Merulae. *Vide* Ciceronis.

Bithynorum Epistolae *ad* Marcum Brutum: *graece. Extant in collectione Aldina. Vide* Epistolae Variorum Auctorum. *Tom. I. pag. 174.*

—— *Latine*, Rinucio Thettalo Interprete. *Extant cum* Bruti Epistolis. *Vide* Bruti. *Tom. I. pag. 128.*

—— *Eorundem ad* Mahummedem II. Laudivio Interprete. *Extat cum Epistolis* Mahummedis. *Vide* Mahummedis. *Tom. II. pag. 62.*

Digitized by Google

Bitonto Antonio de. Sermones dominicales. *Leguntur in prima pagina sequentia verba, majusculis gallo-francis litteris excusa:* Sermones dominicales per totum annum fratris Antonii de bitōto ordinis fratrum minorum de observantia: *In folio averso* Incipit tabula huius ops etc. Sermones *Prologo subjecti sunt: Prologus vero titulum habet:* Incipiūt sermones dn̄icales per totū annū editi p⁹ venerabilē vi⁹ pr⁹em fratrē Antoniū de Bitonto or. frat⁹. Mino⁹ de observāntia divini v⁹bi P⁹conē excellētissimū directi ad illustrissimū federicū ducē urbini et pm̄o pm̄ittit⁹ epl⁹a p⁹hemialis ad eundem seu prologus. *Ad calcem integri operis verba haec Typographus excudit:* Expliciunt sermones dn̄icales p⁹ totum añi circulū Reverendissimi pr̄is: fratris Antonij de Bitonto: ordinis fratrum mino⁹ de obs⁹vātia diligenter examiati (sic) p⁹ venerabilem prēm eius ordinis: fratrem Philippum de rhotingo ad honorē ōipotentis et sue beatissime matris necnō et eius mirifici cōfessoris sacri seraphici patris nostri Francisci. Amen. *Deinde:* Quibus ip̄rimēdis ingentē sollicitudinē adhibuit Bonetus locatell⁹ bergomensis iussu et expensis p⁹batissimi viri Nicolai de Franchfordia. Anno domini. M. CCCCXCII. XV. Chalēdas septembris: *Sequitur* Registrum; *tandem versiculi hi leguntur:*

Patri nato paraclito
Sit sempiterna gloria
Qui vitam sine termino
Nobis donet in patria
AMEN.

In 8.° ..... III. B. 23.

Quamvis sine loci nota, ex iis tamen quae leguntur ad calcem, *Venetiis* volumen impressum fuisse, manifeste patet. Editio exprimitur duplici columna, quae lineas 45 complectitur gallo-franci characteris. Numeri foliorum, et signaturae proprio loco occurrunt; et demonstratio *Sermonum*, in ora superiori marginis visitur; desunt vero custodes, et initiales parvis litteris sunt expressae.

—— Exemplar alterum ..... II. D. 40.

—— Sermones Quadragesimales de vitijs Reverendi patris fratris Antonij Bitontinì: per modum dyalogi ad Illustrem et religiosissimū principē Guidantoniū Urbini ac Durātis Comitem precellētissimum. *Laudata verba extant excusa majori gallo-franco typo in antica voluminis pagina; in postica vero incipit* Invētariū, sive tabula eo4 q̄ in hoc dialogo vel quadragesimali de vitijs cōtinentur. *Post Tabulam sequuntur* Rubricae, sive tituli Sermonum huius libri, *quae desinunt in secunda pagina folii* VIII. *Opus initium sumit in sequenti folio a* Prologo Ad illustrem et religiosissimum principē dominū Guidātoniū mōtis ferreti Urbini ac Durantis p̄cellentissimū Comitem: Fratris Antonij bitontini: ordinis mino4 professoris indigni prohemialis epistola īcipit. Ubi declarat⁹ quare deus peccabile fecit genus humanum. *Hanc Epistolam excipit alia ejusdem* Magnifici ac illustris dn̄i: dn̄i: Guidātonij ad eundē fratrē Antoniū: petētis scire noticiā omniū mortaliū et venialiū peccato4: et ut ad dubia q̄ sup hoc sibi evēire pnt pntialiter ipe rn̄deat: ac de his omnibus tractatū quēdā ofi-

Digitized by Google

ciat. *Sequitur Responsio* Ad eūd⁹ d⁹votissimū p̄ncipē ātedicti F. A. Sup̧ tratatu de vitijs per quadragesimā predicando: *Hac absoluta, incipiunt* Sermones per modum Dialogi a Dominica in septuagesima. *Ad calcem folii recti 200 legitur:* Sermones quadragesimales de vitijs Reverēdi patris fratris Antonij de Bitonto: ordinis minorū de observantia: exacta cura et diligentia revisi emendatiq. iussu et impensis Nicholai Frankforth. Arte itē Iohannis hertzog impressoris: In venetiarū urbe felici numine expliciunt. Anno natitatis (sic) xp̄i post millesimū q̄terq3 centesimū nonagesimo nono. xvj. Kalendas martij: *In ultima pagina visitur Typographi signum, alibi notatum.*

In 4.°..... III. B. 24.

Typus est gallo-francus, duplici columna partitus, et quaelibet earum constat lineis 38. Adsunt foliorum numeri, signaturae, et custodes; et initiales modo majores, modo parvae excusae cernuntur.

—— Sermones fratris Antonij de Bitonto ordinis fratrū minorū de observantia super epistolas dominicales per totum annum. Et sup̧ epl⁹as q̄dragesimales. *Haec in prima pagina; in secundo folio* Incipiunt tabulae sermonū etc. etc.; *in folio VI.* Incipiūt sermones venerabilis religiosi et doctissimi viri p̄ris: fratris antonij de Bitōto: ordinis fratrū minorū de observantia sup̧ epistolas dominicales per totū annū valde utiles et delectabiles. *In folio 64 recto,* Expliciunt sermones fratris Antonij de bitonto ordinis fratrū minorū de observantia. Vigilanti cura et diligentia emendati atq3 revisi. Iussu et impēsis spectabilis viri Nicolai d' frāckfordia Impressi venetijs per Ioannē hertzog. Anno salutis post millesimum quaterq3 centesimū nonagesimo sexto. xv. Kal⁹s Iulias. *Post albam paginam sequuntur* Sermones fratris antonij de Bitonto ordinis fratrum minorū de observantia super epistolas quadragesimales. *Laudatus titulus extat in prima pagina: exinde in secunda, sub eadem signaturarum serie, et foliorum numero occurrit* Tabula sermonum, *qua absoluta incipit* Quadragesimale fratris antonij de bitonto ordinis fratrū minorum de observantia: super epistolas per totam quadragesimā. Feria quarta cinerum. *Terminantur in folio averso 156 hac conclusione:* Sermones quadragesimales fratris antonij de bitonto felici nomīe expliciunt īpressi p̧ ioannem hertzog impensis spectabilis viri n. de frākfordia. Anno xp̄i. 1496. xv. Kl⁹s iulias.

In 4. parvo..... II. B. 41.

Editio praecedenti quadammodo similis.

—— Exemplar alterum..... II. B. 44.

—— Exemplar tertium..... III. B. 29.

—— Expositiones evangeliorun dn̄icalium totius anni fratris antonii de bitōto ordinis fratrum minorū de observantia. *Uti in praecedentibus operibus, haec majori gallo-franco charactere impressa, extant in prima pagina. In aversa incipit* Tabula sermonum; *et in folio v incipiunt* Expositiōes evangeliorum dn̄icaliū totius anni fratris Antonij de bitonto ordinis fratrū mino4 observantie, *qui absolvuntur in prima columna folii aversi 114, et in secunda*

Digitized by Google

columna habentur sequentia verba: Postilla seu expositio mystica evangeliorū dñicalium totius anni edita ab excellenti et religioso viro patre anthonio de bitonto ordinis fratrum minorum de observantia. Summa cum diligentia revisa et emēdata: Impensis famosi D. et mercatoris Nicolai de frankfordia: Impressis venetijs per ioannē hertzog. Anno christianissime nativitatis post millesimum quaterqꝫ cētesimū nonagesimo sexto. Decimo octavo kalendas mensis Septembris. *Huic subnexum est signum Typographi.*
In 4.° parvo..... II. B. 65.

Eodem charactere, eademque typographica oeconomia hoc opus excusum est, quod notavimus in praecedentibus hujus Auctoris operibus.

—— Exemplar alterum..... IV. B. 28.

—— Quaestiones in Epistolas, et Evangelia Quadragesimae. *Extant cum* Textibus Epistolarum, *et* Evangeliorum, Postilla Lyrani, *et* Alexandri de Ales Quaestionibus. *Vide* Lyra, *et* Ales.

Digitized by Google

Blasii Armegandi. Translatio Canticorum Avicennae, cum Commentario Averrois, *ex Arabico in latinum. Extat cum operibus* Avicennae, *et* Averrois. *Vide* Averrois, *et* Avicennae.

Bodiani Vitalis Francisci. Epistola D. Cheregato Episcopo Catharensi in Editionem Operum Martiani Capellae anni 1499. *In hac Epistola* Bodianus *testatur se supra duo millia errorum in* Martiano *emendasse. Vide* Capellae. *Tom. I. pag. 145.*

Boethii Annii Manlii Torquati Severini. Liber de Trinitate ad Symachum. *Prologo praefigitur titulus:* Incipit liber Boetii ad Symachum q̄mō trinitas ē vn⁹ de⁹ et nō tres dij. *Post* Capitulū duodecimū Explicit liber p̄m⁹. Incipit sed⁹s eiusdem ad Iohānē diaconū ecclesie Romane utrum pat⁹ et filiu⁹ ac sp̄ssus d⁹ divinitate sb⁹al⁹r p̄dicēt. *Sequitur ejusdem* liber de hebdomadib⁹. *Tandem leguntur* De Trinitate carmina ex libro de philosophie consolatione boetij excerpta. *In fine:* Laus. Altitonanti deo. *Adhaerent laudata opuscula libro* S. Augustini de Trinitate, *excuso eodem charactere, et sub eadem signaturarum serie, in cujus calce extat sequens typographica notitia:* Venetiis feliciter imp̄ssus p̄ Paganinū de Paganinis Brixiēsem. Anno dñi. MCCCCLXXXIX. die xij. novembris.
In 4.°..... ..... I. B. 15.

—— Liber divisionum Operum Aristotelis. *Extat hoc opus excusum, et compactum cum* Porphyrii *operibus, relatis Tom. III. pag. 362. Vide* Porphyrii ..... VII. A. 25.

Bocania Ioannis de. Cardinalis S. Callixti. Epistola ad Aeneam Silvium Picolhomineum. *Extat inter* Aeneae Epistolas. *Vide* Picolhominei. *Tom. III. pag. 291.*

Bolognini Lodovici. Repertorium in quatuor voluminibus consiliorum Alexandri Tartagni. *Is titulus praefixus legitur:* Incipit repertorium aureum nuper compilatum p̄ celeberrimum utriusq3 iuris doctorē equitemq3 insignem dñm Lodovicum bologninū de bononia ad p̄ns iura civilia in hoc vetustissimo ac primario bononie studio ordinarie de mane legentem. Ad inveniendū miro quodam et facili ordine sigilatim (sic) oēs casus necnō alia principaliter et incidenter contenta et decisa in quattuor voluminibus cōsiliorum ad lucem litteris eneis editorum in illustrissima venetiarū urbe prestātissimi utraq3 censuta dei et iureconsulti ī toto terrarum orbe famosissimi Alexādri tartagni imolēsis cui pace alio4 salva hac tēpestate tēporibusq3 longe retro actis nō est invētus similis. etc. etc. *Adcedit brevis Epistola ejusdem* Bolognini, *qua* Prestantissimis iurecōsultis procuratoribus necnō Scholaribus, et scribis ubiq3 cōmorātib⁹. Lodo. bolo. S. P. D. *Post* Repertorium libri quarti, *sequitur* Rubrica d⁹ accusationib⁹ inquisitionibus denuntiationibus et inscriptionibus. *Ad calcem totius operis:* Explicit liber quī-

Digitized by Google

tus sm̄ ordinem rubricarum decretalium iuxta quē collata sunt et locis suis cō-mēdata hec utilia consilia prelibati excellentissimi iurecōsulti. D. ale. imolensis per prefatum D. Ludovicū bologninū de bononia. v. Iuris doctorē p̄clarissimū iura civilia de mane ī hoc almo boñ. studio legentē et sic etiam foeliciter explicit pñs totū op⁹ ad utilitatē studētiū et q̄dicta cōsi. aurea in p̄mptu hrē voluerint et q̄ huius alexandrini coloris vestes portare desiderant q̄ color nō ab re celesti comparatus est. Laus deo clemētissimo et beatissimo sancto petro martiri. etc. *Huic subnectitur signum Typographi* Bernardini de Tridino *alibi notatum.*

In folio..... VII. C. 26.

Extat excusum, et compactum cum *Consiliis Alexandri Tartagni* notatis Tom. III. pag. 186. Vide Art. *Tartagni.*

—— Recognitio Consiliorum Abbatis Panormitani, *cum Praefatione ejusdem* Lodovici Bolognini. *Extat in Editione Veneta, et Ferrariensi Operum* Panormitani. *Vide* Tudeschis. *Tom. III. pag. 270 et 1472.*

Bonardi Ioannis. Commentaria in Petri Pauli Vergerii opus de ingenuis moribus, *et ejusdem Nuncupatoria Epistola, cujus titulus:* Ioannes Bonardus praesbiter Veronensis: et Liniaci Professor. S. D. Magnifico domino Ioanni Maliperto Veneto patricio et portus Liniaci Castellano dignissimo. *Hanc excipit alia ejusdem* Bonardi *epistola ad Lectores. In calce voluminis:* Impressum Venetiis per Ioannem tacuinum de tridino die. xxii. Septembris. M.CCCC.LXXXXyii. *Vide* Vergerii. *Tom. III. pag. 337.*

Bomcambiis Boncambii de. Responsio ad Cardinalis Bessarionis Orationem, cum Florentiae Praeturae assumeret Officium. *Extat excusa cum opere* Alberti de Eyb, *cujus titulus:* Margarita Poetica. *Vide* Eyb, *Tom. I. pag. 285.*

Bonetti Nicolai. Formalitates secundum viam doctoris subtilis. *Extat hoc opus excusum cum* Summula Logicae Nicolai de Orbellis, Francisci Mayronis, *et* Antonii Andreae. *In fine voluminis legitur:* In hoc volumine habes summulam Nicolai de Orbellis una cum textu Petri hispani: deinde passus Frācisci mayronis: et tria principia Antonij andree et formalitates Boneti, et Scoti: nec non fallacias sancti Thome ac tractatū de ente et essentia, qui impressus est Venetijs per Bernardinum de choris de Cremona et Simonē de Luero. Die 7 mensis novembris 1499.

In folio..... VIII. E. 45.

Descriptionem hujuscemodi editionis dedimus Art. *Orbellis Nicolai de* Tom. II. pag. 103.

—— Exemplar alterum..... VIII. E. 28.

Bonaccursii Pisani. *Vide* Pisani.

Bonifacii Bembi Brixiani. *Vide* Bembi Boniphatii.

Digitized by Google

Bonifacii viii. Constitutiones iv. cum glossis. *I. Incipit:* Unam sanctam Ecclesiam Catholicam *etc. etc. II.* Piae solicitudinis studio ducimur *etc. etc. III.* Sancta Romana Ecclesia disponente domino *etc. etc. IV.* Nuper per alias nostras litteras *etc. etc. Extant cum* Tractatu visitationum Io. Francisci de Pavinis. *Vide* Pavinis *Tom. II. pag. 237.*

Bonihominis Alfhonsi. Versio latina ex Arabico Epistolae Rabbi Samuelis contra Hebraeos ad Rabbi Isaac Magistrum Sinagogae, *cum* Epistola Prohemiali ejusdem Alphonsi ad Hugonem Ordinis Praedicatorum Magistrum. *Vide* Rabi Samuelis. *Tom. III. pag. 51.*

Boninconтri Laurentii. Miniatensis. Commentarium in Caji Manilii Astronomicon, ad S. R. E. Cardinalem Raphaelem Riarium. *Vide* Manilii. *Tom. II. pag. 76.*

Bono Galvani de. Differentiae legum et Canonum. *Extat cum* Summa super Titulos Decretalium Goffredi de Trano. *Vide* Trano. *Tom. III. pag. 257.*

Bononia Salviani de. *Vide* Galnani. *Tom. I. pag. 325.*

Bononiae Statuta Criminalia. *Vide* Statuta. *Tom. III. pag. 155.*

Bononiensis Hieronymi. Carmen Elegiacum ad lectorem in laudem operis Mauritii de Portu-Hiberniae super Quaestiones Ioannis Duns-Scoti. *Vide* Portu-Hiberniae. *Tom. II. pag. 364.*

Bononii Hieronymi. Epistola Primario Litterarii Ordinis Viro Constantino Robegano Notario Tarvisano, *una cum carmine in laudem* Ioannis Tortellii Arretini, *ejusque operis; nec non elogium* Artis Typographicae, *ac* primi Typographi. *Vide* Tortellii editionem anni 1477. Tarvisii excusam. *Tom. III. pag. 253.*

Bonsignoris Ioannis. Libri xv. Metamorphoseon Ovidii Italica prorsa versi, cum Allegoriis. *Vide* Ovidii. *Tom. II. pag. 214.*

Bonvicini Dominici Pisciensis. Ordinis Praedicatorum. *Vide* Piscia Dominici de.

Borgia Alphonsi. *Vide* Callisti Papae III.

Boni accursii Philippi. *Vide* Callimachi Experiensis.

Borsii ducis Mutinae. Epistola ad Aeneam Silvium Picolhomineum. *Extat inter Epistolas* Aeneae Silvii. *Vide* Picolhominei. *Tom. II. pag. 288.*

Bosonis de Eugubio. *Vide* Eugubio Busonis de. *Tom. I. pag. 279.*

Digitized by Google

Bossi Matthaei. Opuscula, *hoc ordine in hac editione disposita. Praeit Nuncupatoria, sic inscripta*: MATTHAEUS BOSSUS VERONENSIS CANONICUS REGULARIS DOMINO REVERENDISSIMO SVO: D. IOANNI MEDICI. S. R. ECCLESIAE- CARDINALI SALUTEM ET FOELICITATEM IN DOMINO. *In fine:* Ex Abbatia Fesulana pridie kal. apriles. Anno incarnati verbi divini. M. CCCCLXXXXII. *Sequuntur* NUMERUS AC TITULI RERUM PRIMUMQVE. I. Dialogus de ꝑferendis adversis, toleratuq3 malorū: quibus bonos viros Deus ad īmortalitatem ꝓvehit: ad Io. Philippum Concanonicum et venerabilem fratrem. *Incipit:* QUONIAM CUM SAEPE. II. De gerendo magistratu, Iustitiaq3 colenda, ad Io. Ludovicum Bossū clarū eqtē: Iurecōsultū: ac Ducalē cōsiliariū opusculū: CONSTITVENTI MIHI. III. De honesto cultu foeminarum ad Reverendissimum Dominū Bessarionem Cardinalem Bononiaeq3 Legatū opusculum seu oratio: ut legem a se latam servari decernat. PUDICITIAM QVAM OMNES. IV. Diversarum rerum et temporum, et varii quoq3 ex personis et causis stili suis sub titulis atq3 nominibus supra cētum epistolae. V. Oratio una de beata Coena domini. *In aversa pagina folii secundi haec leguntur:*

LECTOR AVETO
ET QVAE MENDOSA INTERDVM
OFFENDERIS AVCTORI NON
TAM IMPINGE QVAM IMPRES
SORVM INCVRIAE QVORVM
MANVS OCVLIVE
NON ITA
SEMPER
IN OFFICIO FVERE QVIN MVLTA
ET SI NON GRAVIA QVANDOQVE
PECCARINT QVAE TV GENE
ROSVS ET PRVDENS NON
DENTE QVIDEM: SED
VEL AMICA MANV
EMENDA VEL FI
DELI STILO
DISPONGE
VALE

In fine Orationis in beata coena domini *legitur:* DIXI EI LAVS CVI OMNIA SERVIUNT. *Adcedit* REGISTRUM: *et ultimae duae paginae continent* Errores graviores.

In folio..... XI. E. 8.

Sine ulla typographica notitia. Editio nitidissima, impressa rotundo charactere, et tantummodo recensetur in *Catal. Sardini pag. 102. n.° 14.* Signaturae habentur cum litteris et Romanis numeris; custodes, et foliorum numeri desiderantur; argumenta et auctorum nomina in marginibus exterioribus excusa sunt. Epistolae sunt numero *cii*, et ultima est *ad Esaiam Estensem Concanonicum* etc. Ni fallor, praesens editio prodiisse videtur ex typographeo Bonaccursii Pisani, ob similitudinem characterum, et impressionis formam.

Digitized by Google

—— Epistola ad Robertum Salviatum. *Extat cum* Heptaplo Io. Pici Mirandulani. *Vide* Pici. *Tom. II. pag. 297.*

—— *Alia ad eumdem. Extat in lib. VII.* Epistolarum Politiani, *in volum. Operum ejusdem. Vide* Politiani. *Tom. II. pag. 344.*

—— *Alia ejusdem* Zachariae Lilio Canonico suo, *qua pollicetur tradere Impressoribus librum inscriptum:* Breviarium Orbis. *Extat cum libro* Lilii. *Vide* Lilii. *Tom. II. pag. 30.*

Boussard Gaufridi. Editio Expositionis S. Augustini in Epistolas Divi Pauli, *collectae* a Vener. Beda. *Vide* S. Augustini.

Digitized by Google

B R

Bracii Gabrielis Brasichellensis. Praefatio latina praefixa ad Aesopi Fabulas. *Vide* Aesopi. *Tom. 1. pag. 11.*

Brant Sebastiani. Collectio Apologorum et Fabularum Aesopi. *Vide* Aesopi. *Tom. 1. pag. 11.*

—— Carmen sapphicum de laude ex exornatione ordinis Cartusiensis. *Extat cum libello* S. Basilii. *Tom. 1. pag. 65.*

Brentii Andreae. Versio latina Hippocratis de Insomniis. *Extat cum libris x. Medicinae* Rhasis ad Almansorem. *Vide* Rhasis. *Tom. III. pag. 10.*

Breviarium IVXTA RITVM ROMANAE CVRIAE. *Exemplar habens in principio et circa finem defectum aliquot foliorum; hinc opus incipit a* kalendario, *quo expleto, sequuntur* Rubricae generales, *quae rubro colore sunt excusae. In fine, charactere pariter rubro, haec typographica nota occurrit:* Explicit breviariū scdm̄ morem romane curie: Impressū Venetijs p̱ Fransiscū renner de Hailbrun: Anno domini M. CCCC. LXXXJ. Deo Gratias.
In folio parvo..... XIII. D. 54.

Volumen membranaceum, cujus characteres nigri, et rubri quamvis gallo-franci sint, nitore tamen commendantur, ut editiones fere omnes ejusdem elegantissimi Typographi. Excusum est opus duplici columna, et in quavis earum lineae extant 34. Numeri foliorum, et custodes desiderantur; signaturae expressae visuntur litteris, et Arabicis numeris. Initiales parvis litteris indicabantur, sed Minicularius colore rubro, et caeruleo maiores reddidit.

Brevii Francisci. Correctio glossarum Nicolai Abbatis Panormitani in Clementinas. *Extat cum* Panormitano, *editionis Venetae anni 1490. Vide* Tudeschis *Tom. III. pag. 275.*

Bricoti Georgii. *Vide* Bruxellensis Georgii. *Tom. 1. pag. 129.*

Britannici Gregorii. Sermones funebres vulgariter: litteraliterque pronunciandi. Item sermones nuptiales pulcherrimi: *Is titulus occurrit in primo voluminis folio, majori typo gallo-franco excusus. Primam paginam secundi folii Epigramma ad lectorem occupat. In aversa ejusdem incipit Nuncupatoria Epistola, qua* Ad Reverendissimū in Christo patrē et dn̄m. D. Paulū zane humana4 oviū Pastorē et divino afflatu ep̄m Brixianū bn̄meritū Frater Gre. britanic9 Sacri ordinis p̄dicato4 p̱fessor. S. P. D. *Hanc excipit ipsius* Pauli *ad* Britanicum *Epistola. In Folio quarto habetur* Tabula Orationum funebrium, *ad cujus finem sequens legitur notitia:* Hoc p̄cla4 op9 imprimi curavit Lucas Antonius florētinus ad honorē et gloriā dn̄i iesu xp̄i et genitricis eius virginis Marie. Anno dn̄i. M. CCCC. XCVIIJ. die. IIIJ. mensis aprilis. In civitate Venetia4. *Deinde in sequenti folio initium sumunt* Excellentissimo4 viro4 sermones ornatissimi funebres ī vulg9 p̱ plures: p̱ pauci v̄o. sd9 luculenti ī doctos: nuptiales āt ali-

Digitized by Google

quot: verū peculiares: ī lucē editi cura diligētiaq3 fratris Gregorij Britānici: almi ordinis p̄dicato4 p̄fessoris quo4 nōnullos ex p̄pria nōnullos ex aliēa prōpsit officīa. *Ad calcem operis tantum legitur:* Finis.
In 8.° ..... XIII. A. 54.

Haec editio minutioribus gallo-francis litteris excusa est, quae binis columnis implent 40 lineas. Carent paginae numeris, et custodibus, haud vero signaturis; initiales litterae parvo charactere sunt adnotatae. Ex titulo Sermonibus praefixo patet non tantum ex propria, sed ex aliena etiam officina praefatos sermones a *Britannico* depromptos fuisse. Auctorum nomina in titulis sermonum quandoque adparent: Sermo itaque III, inter XVIII. Communes et Particulares, ad *Thomam Acerbum* pertinet. Inter orationes matrimoniales prima *Ioannis Britannici* nomen praesefert, secunda vero *Christophori Barzizii.*

Britannici Ioannis. Oratio Matrimonialis. *Extat inter* Sermones Gregorii *germani fratris. Vide supra* Britannici Gregorii.

—— Interpretatio, *vel* Commentarium in Achilleida Statii. *Extat cum* Statio. *Tom. III. pag. 149.*

—— Epistola ad Hieronymum Advocatum Brixiensem in editione Lucani. *Vide* Lucani *Tom. II. pag. 44.*

—— Epistola praemissa editioni C. Plinii ann. 1496. *Vide* Plinii. *Tom. II. pag. 320.*

Brixia Lanfranchi de. *Vide* Oriano Lanfranchi de. *Tom. II. pag. 203.*

Brixia Philothei de. Monachi Claravallensis. Castigatio Operum S. Bernardi Abbatis. *Vide* S. Bernardi *editionem anni* 1495. *Tom. I. pag. 71.*

Brixiensis Barptolomaei. Glossae in Gratiani Decretum. *Vide* Gratiani. *Tom. I. pag. 346.*

Brognoli Benedicti Lemniacensis. Epistola Laurentio Georgio, et Iacobo Baduario iu editionem Diogenis Laertii, *excusam* Venetiis pridie idus Augusti 1475. *Supplevit in hac editione* Brognolus *litteras Graecas, quae deerant in codicibus ex versione* Ambrosii Camaldulensis. *Laudat in epistola modestiam, probitatem, mores, et virtutes cum doctrina non mediocri, amorem, et reverentiam erga se supradictorum patritiorum. Vide* Diogenis Laertii. *Tom. I. pag. 246.*

—— Recognitio operum grammaticalium Prisciani. *Vide* Prisciani. *Tom. II. pag. 368.*

Brutifer Stephani. *Vide* Cassinensis F. Samuelis. *Tom. I. pag. 160.*

Brundusinorum Epistola ad Mahummedem II. Laudivio Interprete. *Extat inter* Epistolas Mahummedis. *Vide* Mahummedis. *Tom. II. pag. 62.*

Digitized by Google

Bruni Gabrielis Veneti Ordinis FF. Minorum. Tabula Alphabetica ex singulis libris, et capitulis totius Bibliae, tam ex veteri quam ex novo testamento confecta Venetiis in conventu Fratrum Minorum anno 1490. *Vide* Biblia anni 1498. *Tom. I. pag. 84.*

Bruti decii. Epistolae. *Extant inter* Epistolas Ciceronis, *vulgo* ad Familiares. *Vide* Ciceronis. *Tom. I. pag. 188.*

Bruti Iacobi. *Huic articulo in Tom. I. pag. 138. post lineam XXI adde:*

—— Exemplar alterum ..... II. D. 9.

Bruti Iunii. Epistola ad Curtium. *Extat cum* Epistolis Curtii. *Vide* Curtii. *Tom. I. pag. 223.*

Bruti M. Romani. Epistolae, *graece. Extant in collectione Aldina. Vide variorum Auctorum Epistolae* ..... XVII. G. 36.

—— Epistolae *latine VII, quarum postrema ad* Atticum, *reliquae ad* M. T. Ciceronem. *Extant cum* Ciceronis Epistolis ad Brutum. *Vide* Ciceronis *Tom. I.*

—— Epistolae duae ad Marcum Antonium, *una cum* C. Cassio *scriptae. Extant in lib.* IX. Epistolarum Ciceronis. *Vide ibidem* Ciceronis.

—— Cum Commentariis Ubertini Clerici Crescentinatis, Philetici, Merulae etc. etc. *Vide ibidem* Ciceronis.

Brutis Petri de. Episcopi Catharensis. Epistola Oliverio Arzignanensi. *Extat cum* Valerio maximo, *ex editione ipsius* Oliverii anni 1488. *Vide* Valerii maximi. *Tom. III. pag. 290.*

Bruys Pietro. *Vide* Olivi Petri. *Tom. II. pag. 198.*

Digitized by Google

B U

Bugellani Bonifacii. Carmen Eligiacum ad librum Artis Notariatus. *Vide:* Notariatus ars. *Tom. II. pag. 182.*

Bullarium *parvum, in quo continentur* Bullae *VIII, quarum prima est* Pauli *II, et inscribitur* de Beneficiis affectis: II. Iohannis XXII. Constitutio; *III* Benedicti XII. Reservatio ad regimen; *IV.* Pauli II contra Simoniacos; *V.* Pauli II de Casibus reservatis; *VI.* Eugenii *IV.* Privilegium Curialium; VII. Bulla Martiniana adversus Mendicantes. *VIII.* Bulla Paulina de alienatione bonorum Ecclesiasticorum. *In calce nulla subscriptio.*
In 4. parvo..... XIII. D. 22.

Typus est semi-gallo-francus, forsan *Stephani Plannck*, lineasque 29 implet in paginis perfectis, in quibus signaturae, foliorum numeri, custodes, et initiales desunt. Totum opusculum constat foliis 14.

Buridani Ioannis. Textus Ethicorum Aristotelis ad Nicomachum iuxta antiquam translationem cum familiarissimo commentario in eundem: et compendiosis quaestionibus, ac dubiis circa litteram emergentibus ad mentem doctissimorum virorum, et Magistrorum Martini Magistri, et Ioannis Buridani. *De hac rara editione vide ea, quae innuimus in Tom. II. pag. 61. Art.* Magistris Martini de.

Burlifer Stephani. *Vide* Cassinensis F. Samuelis. *Tom. I. pag. 160.*

Busati Litavici. Carmen in laudem Pauli Pompilii, *ejusque operis de Syllabis. Extat cum hoc opere. Vide* Pompilii..... XII. B. 66.

Butrio Antonii de. Lectura super libros decretalium. *Titulus inscriptus in summitate primae columnae, ita se habet.* Incipit lectura excellentissimi utriusq3 iuris interpretis dñi Anto. de butrio a titulo d tñsla. prelato4. usq3 ad ti. de offi. dele. sup quibus titulis dñs Abbas non scripsit, vel si scripsit reperirè pōt. nemo. De tñslatione prelato4 Rcā. *Ad lineam XXX primae columnae secundae paginae folii li:* Explicit scriptū D. Antonij de butrio utriusq3 iuris doctoris sup titulis p̄mi decretaliū sup q̄bus nō repit dñi Abbatis scriptū. *In secunda columna occurrit* Registrū p̄me partis.

—— Secūda p dñi Anthonij. sup p̄mo decretaliū. Feliciter incipit. De filijs p̄sbytero4. Rcā. *Desinit haec secunda pars ad calcem secundae columnae folii XXX aversi.*

In folio majori. *Extat hoc opus compactum cum* Lectura domini Abbatis de Tudeschis..... XIII. I. 4. 5.

Sine ulla nota Typographica. Videtur excusum typis *Iohannis de Colonia*, ac *Ioannis Manthen de Geretzen Venetiis.* Duas columnas in quavis pagina voluminis, quae 58 lineis implentur, folia exhibent. Character est gallo-francus satis venustus, et chartae albae, et firmae imprimitur. Numeri foliorum, et Custodes desiderantur; haud vero signaturae, quae litteris, et Arabicis notis expressae sunt; initiales parvis litteris supplentur.

Digitized by Google

C A

Cabaliati Polydori. Carmen in defensionem Danielis Caietani Cremonensis Praeceptoris sui, *qui Commentaria adjecit ad* Senecae Tragoedias. *Extat cum* Seneca, *in editione anni 1493. Vide* Senecae *Tom. III. pag. 208.*

Caecinae Auli. Epistola ad M. Tullium Ciceronem. *Extat inter* Epistolas Ciceronis, *vulgo ad* Familiares. *Vide* Ciceronis. *Tom. I.*

—— Cum Commentario. *Vide ibidem* Ciceronis.

Caesarini Iuliani. Epistolae duae ad Aeneam Silvium Picolhomineum, *quarum secunda* Budae *scripta est. Extat inter* Aeneae Epistolas. *Vide* Picolhominei. *Tom. II. pag. 288.*

Caesaris Germanici. *Vide* Germanici. *Tom. I. pag. 336.*

Caesaris Iulii. Epistolae duae ad M. T. Ciceronem, *et una ad* C. Oppium *et* L. Cornelium Balbum. *Extant cum* Ciceronis Epistolis ad Atticum. *Vide* Ciceronis. *Tom. I.*

—— Cum expositione Martini Philetici. *Vide ibidem* Ciceronis.

—— Ejusdem Epistola ad Catonem Uticensem. *Extat cum Epistolis tributis* Q. Curtio. *Vide* Curtii. *Tom. I. pag. 223.*

Caesarianus. Libro dell'Origine e de' fatti di Giulio Cesare. *In postica pagina folii primi continetur* TAVOLA DE LI CAPITULI. *In secundo folio recto*, Incomẽncia el libro extracto da Salustio Historiographo et Lucano sũmo poeta: ove narra d^{a} le ꝑdece et officj d^{a} li Nobili Antiq. et virtuosi Romãi, et prĩcipalmẽte d^{a} la Origine et facti d' Iulio Cesare. *Ad calcem secundae columnae folii XXII aversi:* Qui finisse il Libro singulare Nominado Cesariano sũmado ĩ ꝑte d' Salustio et d^{o} Svetonio: et ẽt d^{o} Lucão cõ Iulião: et altri grãde historiographi et sũmi Poeti: ove si narra li Mirabel facti in diverse Provĩcie del Magnanimo Cesare: et d^{a} la cõiuratiõe di Catilina et cõpagni: et del Cruento Successo: infra li dicti: et la potẽtissima Veneranda et Sãctissima Citade d^{a} Roma: Stãpado cõ melgior (sic) diligẽtia se ha possudo del unico exẽpio vechio frãcese portato da novo a Venesia ĩ la cõtra de Sãcta Lucia: a di Zobia Calẽde di Marcio. 1492 ꝑ AL (*idest*) per Alovisum. *Exinde:* Principãte il Serẽissimo dño. D. Augustino Barbarigo: Illustrissimo duxe de Venexia .. et cetera.
In folio..... XX. G. 20.

Bina colnmna paginam quamvis implet hujus voluminis, in eaque lineas 63 gallo-franci characteris numeravi. Nullum custodem, aut foliorum numerum in eo deprehendi: initiales vero florentes xylographicae occurrunt. Signaturarum litterae Romanis numeris junguntur. Recensetur haec editio a *Michaele Maittairo pag. 552* et in *Catal. Bibl. Pinelli Tom. IV pag. 155* ex quo *Panzer in*

Digitized by Google

Tom. III pag. 327 notitiam habuit. Opus vero tam rarum est, ut vel ab ipsis accuratissimis Bibliographis ignoretur. Anonymus Auctor in hoc libro id agit, ut potius heroicorum gestorum fabulosus Scriptor adpareat, quam veridicus historicus.

CAJETANI DANIELIS, *dicti etiam*, Galerani Cremonensis. Interpretatio Satyrarum, *seu* Tragaediarum Senecae. *Vide* Senecae. *Tom. III. pag. 108.*

——: Expositio in Lib. Prisciani de duodecim Carminibus, de accentibus, etc. etc. *Vide* Prisciani, *Tom. II. pag. 368.*

CALCHI BARTHOLOMAEI: a secretis Ducis Mediolanensis. Epistola ad Angelum Politianum. *Extat cum* Epistolis Politiani, *ex editione* Aldi. *Vide* Politiani. *Tom. II. pag. 344.*

CALCHI SEVERINI, *fratris* Bartholomaei. Epistola Iohanni Cribello Concanonico suo. *Vide* Conradi Eusebii. *Tom. I. pag. 211.*

CALCONDYLAE DEMETRII. *Vide* Chalcondylae Demetrii.

CALDERINI DOMITII VERONENSIS. Commentarium in M. Valerium Martialem, *sine textu. Praeest Epistola* Calderini Iohanni francisco Lodovici principis mantuani filio, *quae sic clauditur*: Tu quod ad Laurentium nostrum scripserim leges .... Laurentii causa suscepti sunt hi Commentarii: Laurentio dicati: Laurentii est Domitius. Vale. *Et infra:*

Domitius in volumen dicatum Laurentio
Odisti vigiles liber lucernas.
Et signum calami severioris.
Clarus conspicue nitore vestis.
Egressus foribus tumens vagaris.
Nec turbe metuis subire nasum.
Docto que potuit placere Sylle.
Sed currunt pueri salariorum.
Istas qui lacerent tibi lacernas.
Et thynnis faciant novos cucullos.
Quid demum trepidus redire tentas.
Clausa est ianua. Iam liber valebis.

In folio tertio recto incipit Epistola eiusdem

DOMITII CALDERINI VERONEN
SIS COMMENTARII IN. M. VALE
RIUM MARTIALEM AD CLARIS
SIMUM VIRVM LAVRENTIVM
MEDICEN FLORENTINVM COS
MI MEDICIS. F.

Has Epistolas sequitur Vita Martialis in Commentarios quos domitius Calderinus edidit, *cum additamento quodam ad postremam paginam Commentariorum; ad quorum calcem adjecta est* Domitii Calderini veronensis defensio

Digitized by Google

cum recriminatione in calumniatorem commẽtariorũ in martialẽ: quos nõdũ ediderat ad coreliũ prĩs ãplissimi cardinal⁹ neapolitãi nepotẽ; *de qua meminit ipse* Calderinus *in laudata Epistola ad* Laurentium *circa finem:* Postremo non defuit, qui lucubrationem nostram maledictis interpellaret. Quidam enim in meam de quodam loco sententiam edita epistola gravissime invectus est. Cui quid responderim in fine hujus operis leges. *Huic* Defensioni *subjecta est sequens subscriptio:* Domitii calderini veronensis commentarii in M. Valerium martialem cum defensione finiunt. Impressi rome per magistrum Iohannem gensberg auspicio et favore excellent⁹. domini iohannis Aloisii tuscani de mediolano advocati cõcistorialis. ãno salutis. M. CCCC. LXXIIII. die vero martis. XXII. mensis martii sedente sixto. IIII. pontifice maximo. *In prima pagina ultimi folii occurrit:*

M. Lucidi phosphori.

Epigramma

(*Quod est nomen ex Academia Romana*, M. Lucii Fazinii Maphaei Romani,) *in operis laudem:*

Quisquis amat lepidum Vatem latiasq3 camenas
Et vitam et mores noscere quisquis amat.
Ille mei Domiti generosos usq3 labores
Perlegat excultis quos dedit ingeniis.
Et quos ut posset multis prodesse peregit
Inq3 dies varios officiosus habet.
Vos nimium tetrice frontis miseriq3 Catones
Ite procul vestrum ferte superciliuni.
At tu docta cohors et tu Romana propago
Laudibus innumeris hunc celebrate virum.
Tu quoq3 qui fueras mutilus mendosus et asper
A cunctis poteris nunc bene Marce legi.
Ecce tibi eximium partum est interprete nomen
Redde vicem alternum divide Marce decus.
Ut si forte labor fuit hic communis et ipsa
Gloria communis vestra duobus eat.

In folio..... X. E. 36.

Editio praestantissima, quam celebrant *Maittairus pag. 340. Audiffredus pag. 156. Rossi pag. 68. De la Valleire Tom. II. pag. 108. Bolong. Crev. Tom. III pag. 167* aliique. Typus est consuetus *Iohannis Gensberg*, scilicet rotundus, sed quodammodo rudis, charta alba, et firma. Custodes, foliorum numeri, et signaturae desunt, nec non initiales, pro quibus vacua spatia conspiciuntur. Quaevis pagina lineas 33 complectitur. Defensio, quae in hac editione ad *Corelium* dirigitur, *Nicolaum Perottum* respicere videtur, qui inimicitias *Calderini* incurrerat, quod eodem tempore *Martialem* in Academia Romana uterque exponeret. Verum iurgia haec, et inimicitias, quae non solum inter *Calderinum*, et *Perottum*, verum inter alios Saeculi XV litteratos viros *Martialis Expositio* excitavit, hic praeterire satius duco, quod paucis expediri nequeant. Praeter Romanam hanc editionem horum Commentariorum, duas alias editiones protulere Vcnetae Typographiae⁹ utramque optimo charactere Romano: alteram opera et impendio *Io. de Colonia;* alteram ex recognitione *Calphurnii Brixiensis*, ab *Antonio Moreto* curatam.

Digitized by Google

—— Alia editio, *cum textu* Martialis, *et* Defensione ad Corelium. *Vide* Martialis. *Tom. II. pag. 94.*

—— Alia editio, *pariter cum textu, in qua adsunt etiam* Commentarii Georgii Merulae. *Vide ibidem* Martialis.

—— *Commentarii in quaedam* Virgilii *opuscula. In fronte operis legitur:* Domitii Calderini Veronēsis cōmētarii ī. P. vir. Marōis Culicē. *Prima pagina folii VII incipit Commentarius in* Copam Maecenatis, *quem prima pagina folii X.* Domitii Calderini Veronensis in diras. p. vir. Maronis enarratio *excipit. Istam sequuntur Commentarii in Carmina, quorum tituli:* Est, et, Non, Vir Bonus, Aetna, *et* Cyris. *Terminantur isti in aversa pagina folii XXV ad lineam XXVIII ubi capitalibus litteris impressum legitur:* FINIS CIRICIS. *Exinde additum est nomen Possessoris, scilicet:* Antonij Scripandi ex Iani Parrhasij testamento.

In 4.°..... ... IX. A. 27.

Integrum hoc volumen 25 foliis constat. Typus est Romanus ac nitidus. Charta est firma, et compacta, sed minus polita. Initiales parvas, et signaturas adjecit Typographus. Custodes, et paginarum numeri desiderantur. In qualibet integra pagina modo XXX, modo XXXI lineae numerantur. Praesens editio, ob Bibliographorum plurimorum silentium, rarissimis adcenseri meretur.

—— Commentarium in Ibyn Ovidii. *Titulus sic legitur:* Domitii Calderini Veronensis (sic) Cōmētarioli ī Ibin Ovidii Ad Vi4 Clarissimū Falconē Sinibaldū Civem Romanū Aerariiq3 Pontificii Custodem. *In fine hujusmodi Epistolae* Domitius *scribit:* Ubi quid scripserī q̄d effecerim: alio4 rīrit iudicium. Ea certe fore cōfido: quae duo qn̄quagēnarii hōies quo4 uterq3 Industriae nostrae vel īvidet vel pie adversat⁹ ab eo qui vigesiūm nonū nōdū complevit annū discere malint q̄ ignorare. Vale Falco et ama me. *Indigitat* Brotheum, *et* Fidentinum, Perottum *scilicet et* Sabinum. *Ad calcem primae paginae folii XIV:* Domitii. Cal. Ver. Cōmentario4 Ovidii in Ibin: FINIS.

In folio parvo..... X. H. 14.

Sine notis typographicis. Horum commentariorum editio, quam ceu Romanam nonnulli proferunt, a Romanis tamen editionibus excluditur ab *Audiffredo;* et revera ea potius adscribenda videtur alicui Veneto typographeo. Character rotundus est, sed parum elegans, lineas 50 in quavis integra pagina complectitur. Signaturae, custodes, et foliorum numeri penitus omittuntur; et pro initialibus quadrata spatia conspiciuntur.

—— Commentaria in Epistolam Ovidii *sub nomine* Sapphus ad Phaonem, *et in Elegiam ejusdem in* Ibin. *Extant cum* Ovidii Epistolis. *Vide* Ovidii. *Tom. II. pag. 220.*

—— Commentaria in Satyras Iuvenalis, *sine textu. Folium primum deest huic nostro Exemplari, nec ullo probabiliter charactere praeditum fuit: in prima folii secundi pagina Epistola Nuncupatoria adparet, cujus epigraphe:* DOMITII CALDERINI VERONENSIS SECRETARII APOSTOLICI IN COMMENTARIOS IVVENALIS AD CLARISSIMVM VIRVM IVLIANVM MEDICEN PETRI COSMI FILIVM FLORENTINVM. *Ad calcem Epistolae in*

Digitized by Google

aversa pagina, haec Domitii *declaratio addita legitur:* In fīe opis defēsio adversus Brotheū grāmaticū calūniatorē cōmētario4 Martialis cū recrimīatione. Opus totū in xvi. Satyras dividitur. Neq3 his assentior qui in libros distribuunt. Sed iā de satyra dicamus. *In sequenti pagina inscriptio operis occurrit:* Domitii Calderini Veronensis Secretarii Apostolici Commentarii In Satyras Iuvenalis Ad Clarissimum Virum Iulianum Medicen Petri Cosmi Filium Florentinum. *Ad calcem Commentariorum legitur:* Domitii Calderini Veronēsis Secretarii Apostolici In Satyras Iuvēalis Ad clarissimū Vi4 Iulianū Medicen Laurentii Frem Petri Cosmi Filiū Florentinū: Editi Rōae. Quū Ibi Publice Profiterīur. Kl. Septembris. M. CCCC. LXXIIII. *Sequitur* Defensio adversus Brotheum etc. etc. *In folio* LXVIIII. *averso absolvitur opus. In sequenti pagina extat Epistola, qua* CALPHVRNIVS BRIXIENSIS ANTONIO MORETO BRIXIENSI AMICORVM OPTIMO SALVTEM *dicit. Hac absoluta verbo* VALE, *subjungitur:* Domitii Calderini Veronensis Commentarii In Iuvenalem cum Defensione Commentariorum Martialis: Et Recriminatione Adversus Brotheum Grammaticum Ad Iulianum Medicen Florentinum: Editi Romae.

Kal. Septembris. M. CCCCLXXIIII.

In folio parvo..... ..... X. G. 31.

Maittairus, et *Crevenna* praesentem editionem inter Romanas recensendam putant: immerito quidem, quum inter Venetas potius numeranda videatur. Ejusmodi enim editio a *Calphurnio* recognita fuit, et ab *Antonio Moreto* curata; ac post recognitionem, editionemque *Commentariorum in Martialem*, quae, uti superius visum est, in lucem emissa fuit *xxii. Mensis Martii*, ac proinde ante *Idus Septembris* hujus anni *1474. Expositiones Domitii Calderini in Iuvenalem* (inquit *Calphurnius* in Epistola ad *Moretum*, quae legitur in fine voluminis, uti jam innuimus), *summa cura recognovi ..... Quare quod de Martiali diximus, idem de hoc opere Iuvenalis praeclarissimo affirmare possum, superioribus temporibus minime intellectum fuisse* etc. etc. Hanc itaque editionem, in qua occurrit ejusmodi *Calphurnii ad Moretum* Epistola, lucem aspexisse oportet, post editionem *Commentariorum in Martialem*, qui sunt ex recognitione ejusdem *Calphurnii*. Quare verba illa, *Editi Romae kal. Septembris 1474* intellecta de editione, sive de impressione, quae fit per typos, uti intellexere *Maittairus*, et *Crevenna*, nullo modo huic *Calphurnii* editioni convenire possunt. Subscriptiones siquidem a viris illustribus allatae, et ex quibus error profectus est, eaedem omnino leguntur in editione *Veneta Iuvenalis cum Commentariis Calderini anni 1475 per Iacobum de Rubeis*, (quam notavimus in Tom. II hujus Catalogi pag. 449), et quidem iisdem in locis, ac in praesenti editione, quae solos *Calderini Commentarios* continet, hoc est, prima in calce ipsorum *Commentariorum;* secunda ad calcem *Defensionis Commentariorum in Martialem*, quae subjungitur. Quapropter dicam cum *P. Laire* in *Specimine pag. 207*, et *Audifredo pag. 157. credent quidem Romae impressam fuisse ii, quibus mos est primum, et ultimum librorum folium tantum inspicere: sed qui aliquot circa finem hujus voluminis folia inspicere non neglexerit, facile deprehendet, editionem Venetam esse, et* non *Romanam.* Hinc dicendum, ea verba *Editi Romae* etc. etc. vel intelligenda esse de alia editione, reipsa *Romae* habita, quam tamen nemo hactenus detegere potuit, in hanc *Calphurnii* perperam translata, vel intelligenda esse de editione ejusmodi *Commentariorum* manu, non typis exaratorum, facta a *Caldarino* ipso, qui, ut credibile est, sub *kal. Septembris* ultimam manum imposuerat, eoque die, eruditorum judicio ipsemet eos supposuerat; licet ante id temporis, uti ab auditoribus excepti fuerant, ab aliquo ex iisdem ad *Sabinum* perlatos, et ab eo, ac *Nicolao Perotto*, aliisque fortasse, lectitatos fuisse censendam sit. Legenti utramque *Calphurnii* epistolam res est manifesta satis. Opus excusum cernitur non ineleganti rotundo typo, qui lineas 42 implet in paginis integris, quae signantur litteris, et Romanis notis. Foliorum numeri, et custodes desunt; pro initialibus spatia extant; graecique characteres opportune impressi habentur.

Digitized by Google

—— *Eadem Commentaria: adsunt etiam alia concinnata a* Georgio Valla, *et* Epistola Georgii ad Ioannem Pannonicum, *itemque ejusdem* Praefatio. *Vide* Iuvenalis. *Tom. I. pag. 439.*

—— Alia editio, *in qua occurrunt quoque* Commentaria Antonii Mancinelli, *et* Georgii Merulae, *cum* Prolegomenis *eorumdem Expositorum. Vide ibidem* Iuvenalis.

—— Commentaria in Sylvas Statii Papinii; *item in* Sappho Ovidii. *Extant cum Operibus* Statii. *Tom. III. pag. 150.*

—— Vita C. Svetonii Tranquilli. *Extat cum* Svetonio, *et aliis Auctoribus* Historiae Augustae. *Vide* Svetonii. *Tom. III. pag. 167.*

—— Elucubratio in quaedam Propertii loca, quae videbantur difficiliora: ad Franciscum Aragonium Ferdinandi Regis Neapolitani filium. *Vide* Propertii. *Tom. II. pag. 377.*

Callimachi Cyrenaei. Hymnus in Palladis lavacra, *cum latina versione* Angeli Politiani. *Extat cum* Politiani Miscellaneis. *Vide* Politiani. *Tom. II. pag. 344.*

Callimachi Experiensis. Epistola ad Angelum Politianum, Leopoli *scripta*, III. kal. Octob. 1485. *Extat cum* Epistolis Politiani, *in lib. III. Vide ibid.* Politiani.

Philippus Bonaccursius, nomen *Callimachi Experiensis* in Academia Romana adsumpsit, ibique unus ex Auctoribus fuit. Vide *Tiraboschium. Tom. VI. pag. 778.*

Callisti III. Pontificis. Epistolae IX. *Scilicet una ad* Theodoricum Archiepiscopum Moguntinum; *duae ad* Ioannem Cardinalem S. Angeli; *una ad* Carolum Francorum Regem; *duae ad* Ladislaum Regem Hungariae; *una ad* Henricum Leubing Notarium suum; *una ad* Nicolaum Cardinalem S. Petri ad Vincula; *et una ad* Fridericum Romanorum Imperatorem. *Extant cum* Epistolis Aeneae Silvii. *Vide* Picolhominei. *Tom. II. pag. 288.*

Calphurnii Ioannis Brixiensis. Carmen de Laudibus Ioannis Inderbachii Pontificis Tridentini; et de interitu Beati Simonis infantis a Iudaeis mactati. *Extat cum* Carminibus Catulli, Tibulli, et Propertii. *Vide* Catulli. *Tom. I. pag. 169.*

—— Expositio in Terentii Heautontimorumenon. *Extat cum* Terentii Comoediis. *Vide* Terentii. *Tom. III. pag. 190.*

—— Epistola, *seu* Monitum Lectoris *ad calcem operis* Petri Pauli Vergerii de Ingenuis Moribus. *Vide* Vergerii. *Tom. III. pag. 337.*

Digitized by Google

—— Epistola praefixa rudimentis Nicolai Perotti Antonio Moreto Brixiensi Amicorum optimo. *Vide* Perotti. *Tom. II. pag. 244.*

—— Epistola ad Marcum Aurelium Secretarium Venetum in Problemata Plutarchi. *Vide* Plutarchi. *Tom. II. pag. 333.*

—— Carmen ad Dominicum Siliprandum. *Extat ad calcem* Problematum Plutarchi. *Vide ibidem* Plutarchi.

CALPHURNII, *vel* CALPURNII. Carmen Bucolicum. Calphurnii Eclogae *incipiunt titulo subjectae:*

C. Calphurnii Carmē bucolicū incipit feliciter.

Huic primae Eclogae *titulus additur, scilicet:*

Coridon et Ornitus Pastores

benivoli interlocutores.

Eclogae Calphurnii *sunt septem, quibus quatuor* Eclogae Nemesiani *adcedunt: quamvis Auctoris titulum nullatenus referant, et ejusdem* Calphurnii, *hac in editione, censeantur, ut ex hisce verbis:* C. Calphurnii bucolicon carmen desinit, *quae ad calcem reperiuntur.*
In folio..... XII. G. 20.

Exemplar nostrum adhaeret editioni *Silii Italici*, de quo egimus in Tom. III pag. 121; et hos duos Auctores eodem anno, scilicet *1471* ab iisdem Typographis, *Conrado* nempe *Sweynheym*, et *Arnoldo Pannartz Romae* impressos fuisse, satis liquet ex *Indice* eorumdem Typographorum, in quo non solum *Silius*, et *Calphurnius*, verum etiam *Hesiodi* libellus, *Opera et dies georgicon*, una oratione conjunctim efferuntur; ita ut unam editionem constituant, ut recte observavit *Audiffredus pag. 75.* Reipsa duo hi Poetae in pluribus exemplaribus simul compacti reperiuntur, sicuti scribit etiam *Ernestus in Biblioth. lat. Fabricii Tom. III. pag. 90* ubi adseritur in omnibus *exemplis Silianis Edit. Rom.* anni *1471. Calphurnii Eclogas reperiri. Nemesiani Eclogas*, quae simul impressae sunt hac in editione, eruditissimis *Fabricio*, et *Ernesto* non innotuerunt, quod Auctoris nomine destituantur. Editionis vero antiquae iidem meminere, in qua simul conjunctae habentur; sed haec facile eadem nostra Romana censeri potest.

Errat fortasse *P. Laire pag. 165* in suo *Specimine*, dum scribit *Calphurnium esse ex versione Nicolai Vallae. Calphurnius* siquidem Poeta latinus fuit, non Graecus; et quae extant, latina Bucolica, sunt ex ipsius scriptione, et non ex alicujus Interpretis versione. Vide *Mongitorem Bibliot. Siculae tom. II pag. 168* et *Biblioth. Fabr. lat. pag. 544.* Typus idem est ac *Silii Italici*, nec non eadem in utroque typographica oeconomia; character nempe elegantissimus rotundus praestanti chartae imprimitur. Desunt custodes, signaturae, et foliorum numeri. Lineis 38 paginae instructae sunt; initiales litterae deerant, ac pro iis spatia reliquit Impressor, quas Miniculator adfabre supplevit variis coloribus.

CAMBII Adolescentis. Epistola ad Gemitium Lybicum. *Extat cum* Epistolis Quinti Curtii. *Vide* Curtii. *Tom. I. pag. 225.*

CAMPAGNA FRATRIS MATTHEI DE. Emendatio Logicae Menghi Faventini. *Vide* Blanchelli. *Tom. I. pag. 92.*

CAMPANI IOANNIS. Versio latina ex Arabico libr. XV. Elementorum Euclidis, *cum ejusdem Interpretis* Commentariis. *Vide* Euclidis. *Tom. I. pag. 278.*

Digitized by Google

Campis Ludovici de. Canonum et legum doctoris. Recognitio Aldi Montalvi. *Extat in editione Veneta operum* Panormitani. *anni 1490. Vide* Tudeschis. *Tom. III. pag. 275.*

Campisii Ioannis. Epistolae duae ad Aeneam Silvium Picolhomineum, *quarum prior* Romae anno 1443 *scripta. Vide* Picolhominei. *Tom. II. pag. 288.*

Canalis Ioannis. *Vide* Ferrariensis Ioannis. *Tom. I. pag. 292.*

Canalis Pauli. Patritii Veneti. Carmen in Plautinas Comoedias. *Extat* in Plauto *ex editione anni* 1499. *Vide* Plauti. *Tom. II. pag. 317.*

Cancellariae Apostolicae. Regulae, Ordinationes, et Constitutiones Innocentii Papae VIII. *Vide* Innocentii VIII.

Caneparii Bartholomaei, iuris consulti ornatissimi corā senatu Cremensi in translatione divi Pantaeleymonis martiris Oratio. *Extat cum* historia divi Pantaeleymonis, *conscripta ab* Augustino de Crema. *Vide* Crema.... II. B. 4.

Canisiani Barducii. Epistola *italica*, de transitu B. Catharinae Senensis. *Extat cum opere ejusdem* Sanctae Catharinae. *Vide* Catharinae. *Tom. I. pag. 166.*

Canniorum Epistolae ad M. Brutum, *graece. Extant in Collectione Aldina. Vide* Epistolae diversorum Auctorum. *Tom. I. pag. 274.*

—— *Eaedem latine*, Rinucio Thettalo Interprete. *Vide* Bruti. *Tom. I. pag. 128.*

Canones Poenitentiales *ex* Summa Fratris Astesani *extracti. Vide* Astesani.

Cantuariensis Ioannis. *Vide* Peachhami Ioannis. *Tom. II. pag. 241.*

Capelli Augustini. Carmen in Opus Ioannis Antonii Panthei. *Extat cum hoc opere. Vide* Panthei. *Tom. II. pag. 229.*

Capelluti Rolandi. Chrysopolitani Parmensis. Tractatus de curatione pestiferorum apostematum. *Unitus est cum* Arnaldo de Nova villa. *Vide* Villanova. *Tom. III. pag. 358.*

Capiduri Hieronymi. Commentarium in Rhetoricam ad Herennium, *quae* M. T. Ciceroni tribui solet. *Extat cum textu* Ciceronis. *Vide* Ciceronis. *Tom. I.*

Capistrani Ioannis. Epistola ad Aeneam Silvium Picolhomineum. *Extat cum* Epistolis *ejusdem* Aeneae. *Vide* Picolhominei. *Tom. II.*

Digitized by Google

Capitanei Bernardini de. Ex Landriano Apostillae super lectura Dominici de Sangemiano in lib. Decretalium. *Vide* Geminiano dominici de. *Tom. I. pag. 332.*

Capreoli Ioannis Tolosani. Ord. FF. Predicatorum. Libri IV. Defensionum Theologiae Divi Thomae Aquinatis in lib. Sententiarum. *Extat hoc opus cum* Additamentis et Appendicibus Sylvestri Mazolini de Prierio, *vulgo a patria*, Prierani. *Vide* Prierani. *Tom. II. pag. 367.*

Caprionis Ioannis. Vocabularius Breviloquus. *Vide* Veronensis Guarini. *Tom. III. pag. 341.*

Caraccioli Landulfi Archiepiscopi Amalphitani. *Vide* Landulfi. *Tom. II. pag. 13.*

Hoc opus super *II.* Sententiarum, extat excusum, simulque compactum cum opere *Ioannis Elysii*, de quo egimus in Tom. I. pag. 273, ita ut unum volumen efficiant; eodemque in loco, et anno impressa; idque evincitur potissimum ex Epistola Nuncupatoria ejusdem *Ioannis Baptistae Elysii ad Illustrissimum Marchionem D. Andream Mattheum Aquevivam de Aragonia* operi praefixa, in qua sequentia verba leguntur in secunda columna secundae paginae ..... *ut ordo qui omnia conservat et regit omnino servaret° a nobis cepi de subjecto phisices q̄ diligentissime potui disputare: cui sane libello ne videar ulla in parte defuisse quo minus feratur per ora hominum sed ut in p̄mptu sit omnibus dedi operam ut una cum Landulfo in secundū sententia4 non minus phisice q̄ theologice summo cum acumine scribenti et a nobis recognito atq3 emendato imprimeretur* etc. etc. etc. Ex quibus sane verbis facile etiam erui potest volumen *Neapoli* fuisse excusum, quum *Elysius* ibidem Physicam publice interpretabatur. Vide *Chioccarellum de illustribus Script. Civitatis, et Regni Neapolitani. Tom. I. pag. 330.*

Caraccioli Roberti. Prediche, *sive* Sermones Quadragesimales, *Italice. Primum folium aversum comprehendit* Prologo de Maestro Trato (sic) Roberto: al re de Neapoli in lopera sequente. *Ad calcem Prologi:* Fornito è lo progresso di Prohemio in lo sequente scripto: de Frate Roberto. Al nome del bon Iesu. Incominza el primo sermone in quarta Feria principio del zezunnio (sic). *Primus sermo in sequenti pagina incipit, et est* DE LA ABSTINENTIA. *Opus absolvitur in postica pagina folii c1v ad lineam secundam secundae columnae, verbo* AMEN. *Sequitur exinde* Tabula sopra lopa p̄redēte cioe sopra le prediche di Frate Roberto, *quae desinit ad lineam 1x secundae columnae ultimi folii recti. Adcedit post verbum* FINIS *sequens typographica nota:* Qui finisse el libro de le p̄diche del venerabile meser frate Roberto. Impresso per li descreti īpraesori (sic) magistro Leonardo et Oldorico teutonici compagni nella inclyta citta de Millano (sic) nelli anni del Signore. M.CCCC.LXXX a giorni XV mēsis Aprilis. Regnante Iohanne Galeaz Maria Sfortia Sexto Duca dessa dignissima cita. Deo gratias. Amen.
In folio parvo..... II. F. 20.

Saxius in Catal. Edit. Mediolanens. editionem hanc omisit, aliique Bibliographi eam ignorarunt, et tantummodo notatam invenimus in *Catal. Rossi pag. 53.* Rotundo, elegantique typo excusa est in charta compacta quidem, sed fusca, et parum levigata: duplex columna in quavis pagina, prima impressa excepta, visitur, lineis 56 praedita. Custodes, et signaturae expressae sunt elementis, et Romanis notis; foliorum numeri desunt. Tituli sermonum uncialibus formis impressi cernuntur; initiales vero parvae extabant, quas Miniculator majores reddidit rubro colore.

Digitized by Google

—— Confessione generale del reverendo patre fratre Roberto. *His verbis in summitate primae paginae grandiori typo excusis, tabula xylographica subnectitur* Robertum *in sacello sacram exhomologesin excipientem ostendens; in secunda opus incipit a verbis*: Quando sarai davanti lo sacerdote debbi dire. *Opusculum terminatur ad lineam xv aversi folii octavi, verbo* Finis.
In 8.°..... I. D. 26.

Opusculum prorsus ignotum, non solum Bibliographis fere omnibus, sed ipsis etiam *Waddingo*, et *Sbaraleae*, qui accurate, diligenterque Episcopi Aquinatis opera investigarunt, notaruntque. Ex citatione *Orlandi* omnia opera *Roberti Caraccioli* dicuntur prodiisse *Venetiis anno 1490* tribus tomis in folio, ac deinde *Lugduni anno 1513* typis *Ioannis Cleyn Alemanni*, quae quidem editiones in hac regia Bibliotheca desiderantur; forsan in his laudatum opusculum continetur. Est excusum charactere semi-gallo-franco, ad latinum accedente, qui 36 lineis paginas implet. Folia signata cernuntur litteris, Arabicisque notis; neglexit tamen Excusor reclamantes, et foliorum numeros.

Cararii Petri de Monte silice. Tractatus de Venenis. *Praeit brevis Auctoris Praefatio directa cuidam* Vitali Lando militi splendidissimo. *Ad calcem opusculi*: Finis questionis de venenis ad tempus edita a Petro Carario de monte silice. *In fine*..... Impositus est finis a Boneto Locatello..... Venetiis idibus Martiis 1496. Dño Augustino Barbadico Principe felicissimo regente. *Hoc opusculum est pars Operis* Petri de Abano, *de quo actum est supra, et insuper in Tom. I. pag. 1.* et *sequent*..... IX. E. 29.

Cardani Facii Mediolanensis. Castigatio Perspective communis Ioannis Archiepiscopi Cantuariensis. *Vide* Peachhami Ioannis. *Tom. II. pag. 241.*

Carleti Angeli. *Vide* Clavasii Angeli. *Tom. I. pag. 198.*

Carmemti Caesaris Faventini. Epistola ad Angelum Politianum. *Extat inter hujus Epistolas. Vide* Politiani. *Tom. II. pag. 344.*

Caroli IV. Imperatoris. Decretum super libertate spiritualium personarum, et Ecclesiarum immunitate, *quod* Carolinae *nomen obtinet. Extat cum* Regulis Cancellariae Pauli II *et* Sixti IV. *Vide* Regulae *Tom. II. pag. 8.*

Carpentarii Marii. Epigramma in opus Pii Antonini Bartolini. *Extat cum hoc opere. Vide* Bartolini.

Carrarii Raphaelis. Excerpta ex Diomede Grammatico de metro. *Extant cum* Honorato Mario Servio. *Vide* Honorati Mauri. *Tom. I. pag. 400.*

Carteromachi Scipionis. Epistola ad Angelum Politianum, *et* Epigramma *latine, et graece ad eumdem. Vide* Politiani. *Tom. II. pag. 344.*

Cassii Caii. Epistolae VI, *quarum duae cum epistolis* M. Bruti *scriptae extant in lib. XI.* Epistolarum Ciceronis ad Familiares; *tres ad* M. T. Ciceronem, *in lib. XII et una ad eundem, in lib. XV. Vide* Ciceronis.

Digitized by Google

—— *Eaedem cum* Commentariis Ubertini Clerici Crescentinatis, Philetici, *et* Merulae. *Vide* Ciceronis.

Castello Camillo. *Vide infra Artic.* Imperiale.

Cassinis Samuelis de. Ordinis FF. Minorum. Carmina in laudem Rosarii Bernardini de Bustis. *Vide* de Bustis. *Tom. I. pag. 138.*

Castilionensis Francisci. Vita S. Vincentii Ferrerii. *Extat cum ejusdem* S. Vincentii Sermonibus *in parte hyemali. Vide* S. Vincentii. *Tom. III. pag. 382.*

Castelliono Ioannis de. Episcopi Papiensis. Constitutiones Marchiae Anconitanae. *Vide Art.* Marchiae Anconitane. *Tom. II. pag. 88.*

Casus Longi. Sexti et Clementinarum. *Vide* Regnier Helyae. *Tom. III. pag. 8.*

Catilinae. Oratio contra M. Tullium Ciceronem. *Extat cum* Sallustio. *Vide* Sallustii. *Tom. II. pag. 45.*

Creditur Auctor ipsius *Bonaccursius de Montemagno junior.*

Catonis Dionysii. Disticha de Moribus, Antonio Mancinellio Correctore. *Extant cum variis* Mancinelli opusculis. *Vide* Mancinelli. *Tom. II. pag. 69.*

Catonis M. Fragmenta operis de Originibus, *cum commentario* Annii Viterbiensis. *Vide* Nanii. *Tom. II. pag. 161.*

—— *Ejusdem*, Epistola ad Scipionem Africanum. *Extat cum* Epistolis Q. Curtii. *Vide* Curtii. *Tom. I. pag. 225.* 1. 2. 3. 4.

Catonis Uticensis. Epistola ad M. T. Ciceronem. *Extat cum* Ciceronis Epistolis ad Familiares. *Vide* Ciceronis.

—— *Cum* Commentariis Ubertini Clerici Crescentinatis, Philetici, et Merulae. *Vide* Ciceronis.

Cavalca Domenico. Specchio di Croce. *In summitate primae paginae legitur:* SPECHIO (sic) DI CROCE. *Sub adducto titulo habetur figura ligno insculpta, quae* IESVM CHRISTVM CRVCIFIXVM *cum latronibus, adstantibus piis Mulieribus, dilecto Discipulo,* Longino *lanceam tenente, et Iudaeorum, militumque cataphractorum turbam repraesentat. Aversa pagina vacua est. In fronte sequentis folii recti extat titulus, qui ita se habet:* DIVOTO ET MORALE LIBRO INTITOLATO SPECHIO DI CROCE PROLOGO, *sine Auctoris nomine. In aversa pagina folii* CVI *opusculum absolvitur ad lineam* XXIV, *et additur verbum* FINIS. *In sequenti folio recto* Incomincia la tovola (sic) de capitoli

Digitized by Google

di questo libro, *quae duo implet folia. Nota typographica, in fine voluminis, sequentia verba continet:*

FINIS

Impresso in Firenze per maestro Antonio Mischominiani (sic) nellanno.MCCCCLXXXXIII.

A di xiiii di Novembre.

Signum Typographi hisce verbis adcedit, quod notam compendiariam repraesentat, exprimentem litteras A M, *parvae cruci subjectas.*

In 4.° ..... II. B. 21.

Character Romanus est, et elegans, qui paginas complet lineis xxx. Margines signantur ab *a* usque ad *ctt*. Desunt foliorum numeri, et reclamantes; fere omnes capitales litterae florentes sunt, valdeque pulchrae.

—— Trattato della Pazienza. *Primum folium deest in nostro exemplari, et in secundo folio recto Titulus praefigitur Prologo, hoc pacto:* Incomincia lutile et divoto tractato dellibro della Patientia. Lo quale si chiama medicina di cuore facto da fra Domenico davico pisano dellordine de frati Predicatori. *Inter Prologum, et opus Tabula adest; et opus in tres tractatus,* sive *libros dividitur, quorum prioribus duobus subijciuntur carmina quaedam,* Servente, sive Serventese *vocata, in quibus* brevemente si contiene la sententia del precedente tractato della patientia. *In tertio, qui* Servente *caret, quatuor continentur Capitula, quorum primum inscribitur:* Descriptione di dieci comandamenti; *II.* Meditationi et remedii contra la disperazione; *III.* Di certe belle altre comendationi, che ci danno grande speranza et conforto della bonta di Dio; *IV.* della gloria di vita eterna: *Opere absoluto ad lineam IX folii recti CXXXI. impressa sunt sequentia verba:*

FINISCE
llibro (sic)
Della Pa
tiētia chia
mato medi
cina dichuore
diviso ī tre divoti
tractati: cōposto da fra
Domenicho da Vicopisano
Dellordine de frati predicatori.
Impresso in Firenze p Ser Fran
cesco Bonacorsi: nellan
no. M. CCCC.
LXXXX.
Adi dodici di maggio.

In 4.° ..... II. B. 32.

Typographus, qui huic operi imprimendo operam navavit, rotundum characterem elegit, quo paginas intra limites 28 linearum complevit; signaturas excudit litteris, et numeris Romanis; sed reclamantes, et foliorum numeros omittendos, et initiales minoribus formis exprimendas censuit.

Digitized by Google

—— Alia editio, *in qua desunt carmina in praecedenti editione notata. Titulus adpositus in summitate folii primi ita se habet:* Nel nome del nostro Salvatore messer iesù christo e de la gloriosissima verzene Maria incomincia le nobile tractato de la pacientia utilissimo ad ogni stato: compilato dal compositore del Specchio de Croce. *Exinde:* Come la patientia e de gran Victoria et Signoria et come per tre ragione li sancti segloriarono ne le tribulatione. Capitulo primo. *In postica pagina folii* LXX *opus absolvitur ad lineam* VII, *deinde legitur:* Quivi Se finisse lopereta laudabile de la patientia ad onore de dio et de la vergene maria. Amen. *In sequenti folio:* Al nome del nostro signore messere ihesu christo et de la sua gloria (sic) madre virgine maria. Incomincino gli capitoli del libro della patientia. *Tabula desinit in aversa pagina.*
In 4.° parvo. . ..... II. B. 37.

Sine ulla typographica nota. Editio vetus, quam Bibliographi quamplurimi ignorarunt, et tantummodo invenitur penes *Denisium pag. 632. n. 5568*; ex quo *Panzer* notitiam hausit. *Tom. IV pag. 172 n. 919*. Custodes, et foliorum numeros omnino omisit Typographus, qui opus istud formis expressit, in quo gallo-franca elementa lineas implent 35 in paginis. Signaturae constant litteris, et Arabicis notis. Typographus exprimendas censuit initiales minoribus formis.

—— Vita e Transito del Glorioso Sancto Hieronymo. *Vide* S. Hieronymi. *Tom. I. pag. 386.*

Caymi Francisci Mediolanensis. Editio Vitae solitariae Francisci Petrarchae. *Vide* Petrarchae. *Tom. pag. 270.*

Cavalcantis Ioannis. Epistolae VIII, *quarum secunda tantum* Ioannis *stilo conscripta, reliquae collatis studiis cum* Marsilio Ficino *concinnatae sunt. I. itaque dirigitur ad* Georgium Antonium Vespuccium; *II. ad* Marsilium Ficinum; *III. ad* Naldum Naldium; *IV. ad* Americum Corsinum; *V. ad* Iulianum medicem; *VI. ad* Laudatum Vespuccium; *VII. ad* Lotharium Neronium; *VIII. ad praefatum* Naldium. *Extant inter* Ficini Epistolas. *Vide* Ficini. *Tom. I. pag. 300.*

Digitized by Google

CE - CH

Cendrata Ludovici Veronensis. Editio Iosephi Hebraei de Bello Iudaico, *cum Nuncupatoria Epistola* Antonio Donato Praetori Veronae. *Vide* Iosephi Hebraei. *Tom. I. pag. 418.*

Cermisonis Antonii. Recollectae de Urinis. *Extant impressae cum* Expositionibus Iacobi de Forolivio in primum Canonis Avicennae. *Vide* Foroliviensis Iacobi. *Tom. I. pag. 313.*

Chalcondylae Demetrii. Grammatica Graeca. *Operi praemittitur folium corrigendorum erratorum (quod ob compactoris negligentiam sutum est in fine voluminis), ipsumque opus terminatur in folio LXVI averso ad 26 lineam. In fine legitur:* ΤΕΛΟΣ.
In folio parvo..... XII. D. 5.

Sine indicio anni, loci, et Typographi. Praesens editio una est e rarissimis XV seculi libris, uti fatetur *Maittairius. Tom. I. pag. 753* qui sic ait. *Unum hujus rarissimae editionis exemplar vidi in Praesignissima Comitis de Sunderland Bibliotheca* etc. etc. et *Arwood* et *Pinelli*, in *Prospetto delle prime o varie edizioni d'Autori classici*, ubi legitur: *E questa la prima edizione, che si conosce fatta in Milano entro al secolo XV. libro rarissimo, e di gran prezzo.* Vide *Saxium in Biblioth. litterar. Mediolan. Tom. I. pag. DCXI* et *Debare N. 2220 Bibliogr. instr.*, ubi duo tantum huc usque exemplaria cognita recenset. Excusa est charactere grandiori nitidissimo, omnino simili Graecis *Isocratis*, *Moschopuli*, ac *Corinthi* editionibus, cum quibus extat compacta, ac unum efficit volumen, *Mediolani* peractum. Grammaticam hanc editam fuisse ab eodem *Chalcondyla*, statim ac in eam Metropolim accersitus fuit a *Ludovico Maria Sfortia*, testantur *Iovius* in ejusdem Elogio, *Zeltnerus* apud *Michaelem Maittairium. Tom. I. Annal. pag. 290*, et *Saxius* in *Histor. litter. Mediolan. ad annum MID*, ubi de hoc insigni Viro Chalcondyla apud Mediolanenses mortuo sermonem habuit. In hac editione paginae non dividuntur in columnas; desunt custodes, et numeri foliorum; at signaturae suo loco observantur. Extat exemplar nostrum optimae conservationis, eleganter compactum.

Chalcondylae Theophili. Filii Demetrii. Observationes, et emendationes in Valerium Maximum. *Extant cum* Valerii *textu, et aliorum Auctorum observationibus. Vide* Valerii Maximi. *Tom. III. pag. 287.*

Chieregati Leonelli. Episcopi Traguriensis. *Ad Articul. in Tom. I. pag. 179.* Propositio facta per Oratores S. D. N. Innocentii Papae VIII coram xp̄ianissimo dn̄o Carolo VIII frāco4 rege etc. etc. *Adde post lineam IV.*

—— Exemplar alterum ..... XIII. A. 40.

Chionis. Epistolae, *graece. Extant impressae cum* Epistolis Variorum Auctorum, *in collectione Aldina. Vide* Epistolae Variorum Auctorum, *in Tom. I. pag. 274.*

Digitized by Google

Chiorum. Epistola ad Mahummedem II. *Extat cum* Mahummedis Epistolis. *Vide* Mahummedis. *Tom. II. pag. 62.*

Choeroboscl. Opuscula duo, *quorum tituli:* Ad eos qui in omnibus verbis regulas quaerunt, et similitudines, et In quibus ob malesonantiam attrahatur etc. *Extant impressa cum opusculis variorum Auctorum in* Thesauro Cornucopiae. *Vide* Thesaurus. *Tom. III. pag. 204.*

Inter haec alia sunt, quae Fabricius *eidem* Choerobosco *tribuit, quamvis nomen Auctoris haud praeseferant.*

Christerni I. Regis Daniae et Norvegiae. Excusatio ad Fridericum III. Imperatorem, quod ad Dietam non venit. *Data*, ex Roschildensi Civitate 1454 die Dominica Palmarum. *Extat cum* Epistolis Aeneae Silvii. *Vide* Picolhominei. *Tom. II. pag. 288.*

Chromatii. Epistolae II, *una cum* Heliodoro, *ad* S. Hieronymum *scriptae, quarum prima librum* de ortu B. Mariae semper Virginis, *qui dicebatur scriptus a* S. Matthaeo Evangelista, *ad se ferri postulat*; *altera vero rogat, ut ex archivis* Eusebii Caesariensis Martyrologium praescribat. *Extant cum* Tractatibus, et Epistolis S. Hieronymi, *et indicantur earum tituli in* Tabula *primo volumini praefixa; subditurque priori* Epistolae Responsio S. Hieronymi, *cum versione libri praefati* de ortu B. Mariae Virginis. *Vide* S. Hieronymi. *Tom. I. pag. 379.*

Chrysostomi S. Ioannis. Epistola ad Cyriacum Episcopum *ex loco exilii, illi pariter exulanti transmissa,* Leodisio Cribello Interprete, *cum prologo ad* Aeneam Silvium Picolhomineum. *Extat cum* Aeneae Silvii Epistolis. *Vide* Picolhominei. *Tom. III. pag. 288.*

Digitized by Google

C I

Ciceronis Marci Tullii. Rhetoricae veteris libri ad Herennium *cum Commentario. In postica pagina folii primi* PROEMIUM Marii Fabii Victorini Rhetoris in rhetoricis Ciceronis Liber primus incipit. *In tertia pagina opus initium sumit, cum ejusdem* Commentario, *et titulum praefixum habet:* M. T. CICERONIS ORATORIS CLARISSIMI Rhetoricae veteris Liber primus incipit. *In folio xxxix averso:* Explicit liber primus. Incipit liber secundus. *In secunda pagina folii lxvii post secundam lineam* Marci Tulii (sic) Ciceronis oratoris clarissimi rhetoricorum veterum liber ultimus explicit. *In sequenti folio lxviii occurrunt* Libri Rhetoricae ad Herennium *Commentario pariter explanati, quod quum nullum Auctoris nomen praeseferat, ejusdem* Fabii Victorini *creditum fuisse videtur; quamvis teste* Fabricio Bibl. lat. lib. 1 cap. VIII n. III *non* Victorini, *sed recentis Scriptoris sit. Ad lineam xxvi aversi folii cxxx post verbum* Finis, *legitur:* Impressum, Venetiis per Marinū Saracenum. M. CCCCLXXXVII. Die xviii. Septembris. *Adcedit* Registrum hujus voluminis, *ac tandem Possessoris nomen, scilicet* Antonij Seripandi ex Iani Parrhasij testamento.

In folio minori..... IX. C. 20.

Character rotundus est: *Commentaria* textus tria latera amplectuntur, et minori typo sunt excusa, qui lineis 63 paginas integras implet. Initialium loco spatia quadrata extant ut plurimum, nonnunquam vero minores litterae; custodes, et numeri foliorum desunt; signaturae litteris indicantur, et numeris Romanis.

— Epistola ad Brutum Q. Fratrem, et Atticum. *In prima pagina elenchus eorum, quae volumen continet, hoc pacto exprimitur.*

Hoc in volumine haec continentur.

Epistola ad Augustinum Maphaeum per Bartholomeum Salicetum Bononiensem: et Ludovicum Regium Corneliensem.

M. T. C. epistola4 ad brutū liber unus.
M. T. C. epistola4 ad Q. C. fratrem libri tres.
M. T. C. ad Octavium epistola.
M. T. C. epistola4 ad T. Pō. Atticū libri yvi.
T. P. Attici vita per Cornelium nepotem.
Pomponii laeti epigramma ad Augustinum Maffeum.

Alia epistola ad Augustinum Maffeum per Ludovicum regium Corneliensem.

In aversa pagina legitur Saliceti *epistola hoc pacto inscripta:* Bartholomeus salicetus bononiēsis: et Ludovicus regius cornēliensis Augustino Maffeo. S.

In secundo folio M. T. CICERONIS EPISTOLARUM AD BRUTUM LIBER *incipit. Ad calcem voluminis rerum, quas elenchus indicat, Registrum adparet, cui subnexum legitur Possessoris nomen, scilicet:* Antonij Seripandi ex

Digitized by Google

Iani Parrhasii testamento; *ejusque notulae MSS. charactere subalbido in marginibus externis voluminis passim leguntur:*
In folio..... X. F. 32.

Sine ulla typographica notitia. Lineae 45 rotundi elegantisque characteris numerantur in paginis integris, quibus desunt custodes, et foliorum numeri; eas tamen signavit Excusor litteris, et Romanis notis. Initiales modo xylographicas florentes, modo parvas idem Typographus adposuit; in prima tamen pagina titulos, et initiales rubro expressit colore. In superioribus marginibus uncialibus litteris libri, et nomina eorum, ad quos Epistolae directae sunt, indicantur; Graeci insuper characteres suis locis impressi habentur. Licet nulla typographica notitia adposita sit huic editioni, inter alias tamen Saeculi XV adnumeratur a *Fossio. Tom. I. pag. 522 Cat. Bibl. Schw. Tom. II pag. 35* et a *Panzer. Tom. IV pag. 113.*

—— Epistolae ad Familiares *Prima voluminis pagina initium operis, titulumque statim offert*: M. TULLII CICERONIS EPISTOLARUM FAMILIARIUM LIBER PRIMVS INCIPIT AD LENTVLVM PROCONSOLEM. *Desinit opus in folio recto* CLXXII *linea* XXVII, *et pro coronide haec verba notavit Excusor:*

M. CCCC. LXXI.
OPVS PRAECLARISSIMVM. M. T. CICERONIS EPISTOLARVM FAMILIARIVM A NICOLAO IENSON GALLICO VIVENTIBVS NECNON ET POSTERIS IMPRESSVM FELICITER FINIT.
In 4.°..... X. D. 24.

Eximiae pulcritudinis, ac raritatis editio, quam celebrant *Maittairus pag. 301. Crevenna. Tom. III. pag. 77, De Bure B. l. pag. 141. Asteae pag. 50.* Paginae hujus voluminis amplis marginibns instructae, rotundis, venustis, nitidisque elementis exprimuntur, et in lineas 33 divisae sunt. Initialium sedes quadratis spatiis indicaverat Typographus, sed pictae, auro illitae, florentesque Miniculatii industria modo illis insertae visuntur. Signaturas, custodes, numerosque foliorum idem Excusor prorsus omisit. Plagulis CLXXII. chartae albae, firmae, et plana superficie commendabilis opus absolvitur.

—— Alia editio, *cui deest in nostro exemplari primum folium, quod suppletum est a Calligrapho. Ad calcem folii recti* CXXI *legitur sequens nota typographica:*

M. T. Ciceronis Epistolaꝝ Familiariū opus finit impressū p̄mae (sic) cura et impēsa Andreae portiliae: āno. M. CCCCLXXXII. XIII. kal. maii.
In folio parvo..... X. D. 15.

Splendidissima haec editio Bibliographis, et ipsi etiam eruditissimo *Affo* ignota, et forsan a nobis primum excitata, summa aestimatione digna judicanda est. Superbit namque, sive characteres, qui Romani et nitidi, sive charta spectetur, quae admodum alba, et firma est, sive marginum amplitudo, in quibus notulae mss. charactere subalbido, aliquando etiam interlineares visuntur. Distinctionis signa occurrunt, scilicet punctum, duo puncta, et interrogationis signum. Diphthongi *ae, oe* ubique adparent. Graecae dictiones suo loco adpositae sunt. Lineae in quavis integra pagina 39 numerantur. Custodes, et paginarum numeri desiderantur, non item signaturae, quae instructae cernuntur litteris, et Arabicis notis. Litteras initiales partim omisit Typographus, partim parvas adjecit; sed Miniculator vel eas supplevit, vel majores reddidit rubro aut caeruleo colore.

Digitized by Google

—— Arati Phoenomenon, *fragmentum, e graeco in latinum versum hexametris versibus. Extat impressum cum* Iulio Firmico. *Vide* Firmici. *Tom. I. pag. 304, et in hac Appendice Art.* Arati.

—— Invectiva in Sallustium. *Extat cum* Sallustio. *Vide* Sallustii. *Tom. III. pag. 47. Tribuitur ab aliis.* M. Porcio Latroni.

Ciceronis Marci. Epistolae ad Tironem. *Extant cum* Epistolis, *vulgo* ad Familiares, M. Tullii Ciceronis Patris. *Vide* Ciceronis. *Tom. I. pag. 188.*

Etsi in aliquibus editionibus Saec. XV. *Epistolarum Familiarium M. T. Ciceronis*, praesertim in *Veneta anni 1469* et alia *1471*. Epistolae *Marci Ciceronis filii* titulos praeseferant, ob Calligraphi, vel Impressoris oscitantiam, *M. T. Ciceronis Patris;* in recentioribus tamen editionibus, quae titulos rectius adscriptos referunt, *Ciceroni Filio* tribuuntur.

—— *Eaedem cum* Commentariis Ubertini Clerici Crescentinatis, Philetici, et Merulae. *Vide ibidem* Ciceronis.

Ciceronis Quinti. Epistolae ad Tironem, et Marcum Tullium Ciceronem Fratrem. *Extant cum* M. T. Ciceronis Epistolis ad Familiares. *Vide ibidem* Ciceronis.

—— *Eaedem cum* Commentariis Crescentinatis, Philetici, *et* Merulae. *Vide ibidem* Ciceronis.

—— *Ejusdem*. De petitione Consulatus. *Reperitur Opusculum hoc in libris* De oratore, *et in* Quaestionibus Tusculanis Marci Tullii *Fratris.*

Ciceronis Quinti, *filii* Quinti Ciceronis, et Marci Tullii *ex Fratre Nepotis.* Epistola ad Tironem, *una cum* Q. Patre, *et* M. Tullio Patruo *scripta. Vide ibid. Epistolae* Ciceronis.

Cimbriaci Quintii Aemyliani Poetae, Epos hendecasyllabicon in Petri Haedi Anterotica ad Cupidinem = *Ejusdem* Carmen Epigraphicon in tres Haedi Anteroticorum libellos ad Lectorem. *Extant cum opere* Petri Haedi. *Vide* Haedi. XII. A. 35 *et* VII. B. 28.

Cincii Pauli. Carmen Domico Palladio Sorano. *Extat in libello* Epigrammaton Palladii. *Vide* Palladii. *Tom. II. pag. 27.*

Cincinnati. Epistola ad Lucium. *Extat cum* Q. Curtii Epistolis. *Vide* Curtii. *Tom. I. pag. 225.*

Cinguli Laurentii Theathini. Carmen Elegiacum Domico Palladio Sorano. *Extat in libello* Domici Palladii. *Vide* Palladii. *Tom. II. pag. 227.*

Digitized by Google

Cioni Philippi Versio Italica Epistolae latinae Fr. Hieronymi Savonarolae contra sententiam excommunicationis contra se latam. *Extat cum textu latino* Savonarolae, *et Epistola Italica ejusdem* Philippi, *versioni praefixa. Vide* Savonarolae. *Tom. III. pag.* 57.

—— Versio brevis Tractatus Hieronymi Savonarolae de septem gradibus vitae spiritualis, *cum Epistola ejusdem* Philippi ad Moniales S. Luciae Urbis Florentiae. *Vide ibidem* Savonarolae.

Digitized by Google

C L

Clamengis Nicolai de. *Vide* Clemangis.

Claris Hieronymi de. Brixiani. Additamenta Apparatui Io. Andreae in lib. VI. Decretalium Bonifacii VIII, et Praeludium in Decretales Extravagantes. *Extant cum textu lib. VI.* Bonifacii, *et* Clementis. *Vide Tom. I. pag. 112 et 202.*

—— Repertorium V voluminis Consiliorum Alexandri Tartagni Imolensis. *Titulus ita se habet in summitate primae columnae folii primi:* Incipit repertoriū presentis. Quīti consiliorum volumīs divi Alexandri tartagni Imolensis cesarei atqȝ pontificij iuris interpretis eminētissimi ɔpilatū per eximiū utriusqȝ iuris doctorē Do. hieronymū de claris de brixia q̄ hec aurea cōsilia digesta maturitate de verbo ad verbū p̄legit e quib⁹ hoc veridicum rep̄toriū pro cōioīum studentiū utilitate et labo4 suorum levamine diligētissime expersit cuiuslibet articuli ɔsilia colūnas colūnarū p̄ticulas atqȝ versiculos specifice designādo. Quo in hūc litterarū ordinē q̄ brevius potuit redacto quicq̄d in hoc divino op̄e nota dignū inclusū est facillime p̄spicies ordine p̄rius lectoris in mēte fixe retēto ut cuiuslibet cōsilij initiū usqȝ ad finē colūne p̄n.ᵐ appellet: seq̄ntē deīde colūnā primā utiqȝ dicat ne aliter sentiens falso qd⁹ absit columnas referre putet auctorem. *Ad calcem secundae columnae aversae paginae folii XVI extat sequens nota typographica, post verbum* Deo gratias: Explicit rep̄toriū quinti volumīs ɔsilio4 Domini Alexandri Tartagni Imolensis Imp̄ssum Venetijs p̄ Bernardinū de tridino de monteferrato. Anno salutis humane. M. CCCC. LXXXX.
In folio majori..... VII. D. 19.

Opus excusum gallo-franco charactere, in duabus columnis cum signaturis, et reclamantibus; desunt tamen foliorum numeri.

Claudii Imperatoris. Epistola, *graece. Extat inter* Epistolas Variorum Auctorum *ex editione Aldina anni 1499. Vide* Epistolae Variorum Auctorum. *Tom. I. pag.*

Clemangis Nicolai de. De fructu Eremi, et laude vitae solitariae. *Vide* S. Basilii. *Tom. I. pag. 65. et Append.*

B. Clementis. Homilia in Evangelium Lucae, Accesserunt ad dominum Iesum publicani et peccatores, ut audirent illum etc. etc. *Extat in* Homiliario diversorum Auctorum. *Vide* Homiliae diversorum Auctorum. *Tom. I. pag. 396.*

Clementis PP. V. Constitutio, *quae incipit:* Meruit Carissimi filii nr̄i philippi regis franco4 etc. *cum glossis* domini Ioannis francisci de pavinis, *quae textum circumdant. Extat cum* Tractatu visitationum Francisci de Pavinis. *Vide* Pavinis. *Tom. II. pag. 238.*

Digitized by Google

Clementis PP. VI. Constitutiones *duae, quarum prima incipit:* Quia nonnulli pro ut accepimus etc. etc. *cum glossis* Io. Francisci de Pavinis: *secunda vero:* Unigenitus dei filius etc. etc. *cum glossis ejusdem* Io. Francisci de Pavinis, *quae textum circumdant. Vide* Pavinis.

Clerici Hubertini, *vel* Nertini Crescentinatis. *Vide* Ubertini. *Tom. III. pag. 326.*

Clericorum Ecclesiae Hypponensis Epistola responsiva ad Beatum Augustinum Episcopum, magnis laudibus, et praecibus eum rogantes ad se reverti. *Extat cum* Epistolis S. Augustini. *Vide* Augustini..... II. D. 35.

Digitized by Google

C O

Coelii Marci. Epistolae ad M. Tullium Ciceronem. *Extant cum* Ciceronis Epistolis ad Atticum. *Vide* Ciceronis. *Tom. I.*

—— *Eaedem cum* Commentariis Ubertini Clerici Crescentinatis, Philetici, et Merulae. *Vide* Ciceronis Epistolas ad Familiares, *in Tom. I.*

Colonia Ioannis de. Compendium quaestionum Ioannis Scoti in IV libros sententiarum, in metaphysicam, libros de anima, et quodlibetarum quaestionum. *Praeit Tabula XI foliorum, cujus titulus in folio primo ita se habet:* Operis huius perceleberrimi: per fratrem Iohannem de colonia germanum sacrarum litterarum professorem eruditissimum: amplissimam subtilissimi doctoris Iohannis scoti: ut divinitus inspiratam doctrinam: super quattuor libris sententiarum: methaphisice: de anima: et q̄odlibetis eiusdem: P'cōpendiose plena sententia continentis: per ordinem alphabeti egregie compilati: tabula feliciter incipit. *Post folium vacuum*, Incipiunt questiōes magistri Iohānis scoti abbreviate et ordinate per alphabetū sup' quattuor libris sententiarū quodlibetis. methaphisice, et de anima. *Ad calcem integri operis haec notata fuere:* Expliciūt. Q. Io. Scoti. sup' q'tuor libris snīarum. me. et de aīa. et q'libetis eiusdem. imp'sse p, Mgr'm Vendelinū de Spira. Laus deo.
In 4.° parvo..... XIII. A. 3.

Sine loci indicatione, et nota chronologica; *Venetiis* tamen opus impressum censetur, ubi *Vindelinus* impressit, et forsan ad annum 1470. Ejusdem mentionem fecerunt *Seemiller Fasc. IV. pag. 126. Denis in Supplemento pag. 543* et *661. Fossius. Tom. I. pag. 561* et *Panzer. Tom. III. pag. 483* Duplex columna extat in qualibet pagina rotundi characteris, admodum inaequalis, occupans linea 56. In marginibus nullus custos, aut foliorum numerus conspiciendus datur; signaturae autem litteris, et Arabicis numeris indicatae adparent. Pro initialibus spatia tantum extabant, antequam Miniculator rubro colore eas in illis adpinxisset.

—— Exemplar alterum..... II. A. 9.

—— Exemplar tertium..... II. A. 9.

Colucia Francisci Verzini de. Epistola Petro Albignano Tretio. *Extat in* Concordia discordantium Canonum Alexandri Nevi. *Vide* Gratiani decretum. *Tom. I. pag. 546.*

Columna Stephani de. Prothonotarii D. Pape. Epistolae duae ad Dominū Simonem Electum Mediolanēn. *Extant cum* Petrarchae opusculis. *Vide* Petrarchae..... XI. G. 22.

Comita Ruglerii *sive* Rogerii de. Oratio in Laudem Ioannis Castellionei Papiensis Episcopi, et Cardinalis. *Extat excusa cum opere* Alberti de Eyb, *cui titulus*, Margarita Poëtica. *Vide* Eyb, *Tom. I. pag. 285*

Digitized by Google

COMPENDIUM DEPRECATIONUM. *In primo folio, cujus princeps pagina ligneam tabulam offert, in qua* MARIA VIRGO, *et puer* IESVS *in ejus brachiis repraesentantur, verba haec rubro colore excusa praemittuntur:*

Compendium deprecationum cum
multis orationibus noviter
additis: et indice: in quo
facillime invenies
quicquid volue-
ris.
†

Tabulae incisae subnectitur Registrum voluminis: Omnes sunt quaterni Preter A. et C. qui sunt seni: et F. qui est duernus. *In aversa pagina incipit Calendarium 17 paginis contentum. Deinde occurrit* Index orationum et officiorum, quae in hoc volumine continentur: *tribus foliis comprehensus. Tandem ipsum* Compendium Deprecationum, *his verbis rubro colore expressis, incipit:*

Christi nomine invocato: ac eius pie genitricis Marie: ac Aurelij patris nr̄i Augustini: pieq3 seraphice Monice Matris ejusdem. Ordo compēdij deprecationū nuncupati. *Ad calcem* Canticum beate Marie Virginis, *quod* Salve Regina *inscribitur, extat, cui haec nota typographica rubro colore subnectitur:* Venetijs p̄ Bernardinū Venetū de vitalib⁹ M. cccclxxxiij. Mēse Ian.
In 8..... XIII. B. 39.

Bibliographi, et Catalogorum Scriptores nullam hujus editionis elegantissimae mentionem faciunt, adeo ut inter cimelia Bibliothecarum recensendam esse non dubitem. Charactere rubro et nigro gallofranco majusculo excusum est opus, lineasque 24 in paginis perfectis, sive ruber, sive niger sit, complectitur. Litteras initiales florentes ligno incisas adjecit Typographus; et praeter has, aliae tabulae ligneae non inelegantes opportune in opere occurrunt. Signaturae in marginibus inferioribus habentur A. F. cum Romanis notis nec non reclamantes suo loco conspiciuntur; foliorum vero numeri prorsus desiderantur.

COMPENDIUM THEOLOGICAE VERITATIS. *Auctor est* Albertus Magnus, *licet aliqui hoc opus* Hugoni Argentoratensi *tribuant. Vide* Alberti Magni. *Tom. 1. pag. 14.*

COMPOTUS. Liber qui compotus inscribitur. *Vide* Aviani Magistri.

CONCILII BASILEENSIS. Transumptum Litterarum Eugenii IV de indulgentiis in Festo Corporis Domini (1476). *Extat cum* Regulis Cancellariae. *Vide* Pau Hieronymi. *Tom. 11. pag. 235.*

CONCORDANTIA BIBLIORUM. *Vide* Biblia. *Tom. 1. pag. 90.*

CONSTANTINI AFRICANI. Versio latina ex Arabico Commentariorum Galeni in Aphorismos Hippocratis. *Vide* Galeni. *Tom. 1. pag. 322.*

Digitized by Google

Constantii Antonii Fanensis. Commentaria in Fastos Ovidii, *ejusque* Epigramma in Fastos. *Vide* Ovidii. *Tom. II. pag. 219.*

Constitutiones Variae Benedicti XI. Clementis V. Iohannis XXII. Clementis VI. *Extant cum* Tractatu Visitationum Io. Francisci de Pavinis. *Vide* Pavinis. *Tom. II. pag. 327.*

Constitutiones, *et* Ordinationes Cancellariae Apostolicae: Innocentii VIII. *Vide* Pau Hieronymi. *Tom. II. pag. 235.*

Contrarii Andreae. Epistola ad Aeneam Silvium Picolhomineum. *Extat cum* Aeneae Epistolis. *Vide* Picolhominei. *Tom. II. pag. 288.*

Coorum. Epistolae tres ad Brutum *graece. Extant in collectione Aldina. Vide* Epistolae Variorum Auctorum. *Tom. I. pag. 274.*

—— *Eaedem ex latina interpretatione* Rinucii Thettali. *Vide* Bruti. *Tom. I. pag. 128.*

Corcyrensium. Epistola ad Mahummedem II. *Extat cum* Epistolis Mahummedis. *Vide* Mahummedis. *Tom. II. pag. 62.*

Cordo Symonis de. *Vide* Ianua. *Tom. I. pag. 410.*

Corinthii. De Dialectis. *De hac rarissima editione vide, quae supra innuimus art.* Chalcondilae, *cum quo praesens opusculum extat excusum et compactum.*

Coriolani Ambrosii. *Vide* Cora Ambrosii de. *Tom. I. pag. 215.*

Corneliae. Epistola ad Iustinum. *Extat cum* Epistolis Q. Curtii. *Vide* Curtii. *Tom. I. pag. 225.*

Cornelii Nepotis, *seu* Aemilii Probi Historici Excellentium Imperatorum Vitae. *Titulus iste in prima pagina folii primi legitur. In aversa incipit* PROEMIUM AEMILII PROBI VIRI CLARISSIMI DE VITA EXCELLENTIVM IMPERATORVM LIBER, *quod prima pagina folii secundi, linea VIII.* MILTIADIS VITA *excipit. Ultimum locum obtinet* CATONIS VITA, *ad cujus finem in folio L averso legitur:* Aemilii Probi De Viro4 Illustrium Vita. Finis. *Deinde sequitur Index virorum, quorum vitae in hoc opere describuntur. Huic subjectum habetur:* Impressum Venetiis per Bernardinum Venetum.
In 4..... XIX. F. 52.

Sine nota Chronologica. Opus istud saepius primis typographiae annis prelo commissum fuit. Prima ejusdem editio *Venetiis per Nicolaum Ienson anno 1471* lucem adspexit, quam memoravimus in Tom. I. pag. 216; secunda *Venetiis anno 1473*, tertia ibidem anno 1480; quartam praesentem,

Digitized by Google

cujus meminit *Maittarius pag. 746*, circa annum 1498 numeramus. Vide *Fabricii Bibl. lat. Tom. I. pag. 71.* Typus, quo impressa cernitur, est Romanus, ac satis luculentus, et paginas perficit lineis 29. Plagularum fasciculi litteris, et Romanis notis sunt signati; tredecim in hoc opere numerantur; custodes, et paginarum numeros omisit Typographus; qui initiales litteras adposuit ligno incisas. Opus istud falso *Aemilio Probo* adscriptum; est enim genuinus *Cornelii Nepotis* partus.

---- Vita T. Pomponii Attici. *Extat cum* Epistolis Ciceronis ad Brutum. *Vide* Ciceronis, Tom. I. *Extat etiam cum* Vitis Plutarchi. *Vide* Plutarchi. *Tom. II. pag. 332.*

---- Epistola ad Crispum Salustium, *Legitur ante* Daretem Phrygium de excidio Trojae. *Vide* Daretis. *Tom. I. pag. 235.*

Falso haec Epistola tribuitur Cornelio Nepoti, *cum longe distet a stylo hujusmodi elegantissimi Scriptoris.*

Corona Florida Medicinae, *sive* Conservatio sanitatis. *Vide* Gazii Antonii, *qui fuit Auctor hujus operis. Tom. I. pag. 330.*

Coronensium Epistola ad Mahummedem II. *Extat cum* Epistolis Mahummedis. *Vide* Mahummedis. *Tom. II. pag. 62.*

Corsetti Antonii. Additiones Primae Parti Abbatis Panormitani in lib. I. Decretalium. *Vide* Tudeschis. *Tom. III. pag. 264.*

Corsicti Antonii. *Vide* Corsetti.

Corsini Philippi. Versio italica Sermonum S. Leonis Papae. *Vide* S. Leonis. *Tom. II. pag. 25.*

Cortesii Alexandri. Epistola ad Angelum Politianum. *Extat in lib. VIII.* Epistolarum. *Vide* Politiani. *Tom. II. pag. 344.*

---- *Ejusdem* Epistola ad Io. Picum Mirandulanum. *Extat cum* Heptalo. *Vide* Pici. *Tom. II. pag. 297.*

Cortesii Pauli. Epistola ad Angelum Politianum. *Vide ibidem* Politiani.

Corvini Leonardi. Episcopi Montis Pelusii. Carmen in laudem Petri Gravinae pro oratione de Christi ascensu habita apud Alexandrum VI die XVI. Maii. M.cccc.xciii. *Vide* Orationes variae..... IX. A. 68.

Cosco Leandri. Versio latina ex hispanico Epistolae Christophori Columbi. *Vide* Columbi. *Tom. I. pag. 208.*

Cottae Consulis. Oratio ad Populum. *Extat* cum Sallustio. *Vide* Sallustii. *Tom. III. pag. 45.*

Digitized by Google

C R

Crassi Balthassaris. Hexametrum ad Iacobum Gallum in libellos, et in epistolas Matthaei Bossi. *Vide* Bossi. *Tom. I. pag. 117.*

Crastoni F. Ioannis. Vocabularius latino-graecus. *Praemittitur Vocabulario Epistola Nuncupatoria cum hoc titulo in fronte:* Bonus. Accursius. Pisanus clarissimo viro Antonio braccello iurii (sic) cōsulto. Primario ac ducali senatori salutem plurimam dicit. *In fronte folii secundi legitur;* A. cum B. *Deinde ipsum lexicon incipit, cujus prima verba sunt:* Ab ἀπὸ. Abadir Βαίτυλος. *Terminatur in aversa folii CXIV pagina, cui subjectum habetur,* FIMIS (sic) τέλος.
In 4..... IX. A. 59.

De impressionis loco, et anno hujusmodi editionis nihil perspectum habetur. Primam editionem hujus vocabularii *Io. Antonius Saxius in hist. Typograph. litterar. Mediol.* Col. CLXVII. Typographis Mediolanensibus adscripsit; quae quidem editio caret nota Typographica; secunda, quae certam habet anni, loci, et Typographi notitiam, est Vincentina a *Dionysio Bertocho* impressa anno 1483; tertia evulgata fuit *Rhegii anno* 1497 ab eodem *Dionysio*, et a *Marco de Bacileriis;* quarum trium editionum Tom. I. hujus Catalogi, pag. 220 mentionem fecimus. Licet praesens editio quoad plagularum et fasciculorum numerum cum Rhegiensi conveniat, diversam tamen ab illa esse, quaedam varietas verborum, quae in praefatione observatur, nos docet. Suspicamur tamen hanc nostram anno 1485 in lucem prodiisse, quod quidem veritati, ob antiquitatis indicia, non refragatur. Integrum hoc opusculum Romano, ac Graeco charactere nitido admodum, chartae albae, ac politae impressum, constat 114 foliis. Quaevis pagina in duas est distincta columnas, quarum prima latinas, secunda graecas complectuntur voces. Lineae in qualibet illarum, modo 29, modo 30 numerantur. Custodes, et paginarum numeri desiderantur. Plagularum fasciculi litteris sunt signati.

—— Psalterium Davidis, *e graeco in latinum versum. Vide art.* Biblia *in Tom. I.*

—— *Versio latina* Epitomes Grammaticae graecae Costantini Lascaris. *Vide* Lascaris. *Tom. II. pag. 15.*

Cratetis. Epistolae XIV *graece. Extant excusae in collectione Aldina. Vide* Epistolae variorum Auctorum..... XVII. G. 36.

Cremonensis Galerani. *Vide* Cajetani Danielis.

Cremonensis Gerardi: *Articulo* Theorica Planetarum, *in Tom. I. pag. 221. post lineam XXI. adde:*

—— Exemplar alterum..... XII. B. 3.

—— Exemplar tertium..... VIII. B. 55.

—— Alia editio, *cujus titulus in fronte operis ita se habet:*

Digitized by Google

GERARDI CREMONENSIS VIRI CLARISSI
mi Theorica planeta4 feliciter incipit
CAPITVLVM FIGURAE SOLIS.

Post lineam primam folii x recti, legitur: Explicit theorica plāeta4 Gerādi cremonēsis astronomi celebratissimi īpssa Bononiae ꝑme Dominicū Fuscum Ariminensem. M. CCCCLXXX.

Huic subnectitur Tetrastichon Francisci Nigri, *notatum in editione* Veneta anni 1488 *in Tom. I. pag. 221. et additur:* BENE VALE. *Post haec occurrit* REGISTRUM *quod terminatur verbis:* Laus deo et virgini matri marie.
In 4..... VIII. B. 58.

Praesens editio extat excusa, et compacta cum opere *Iohannis de Sacro Bosco*, de quo fuse egimus in *Tom. III. pag. 36.* Vide proinde *Sacro Bosco* cit. loc.

—— Versio primae fen Canonis IV Avicennae, *quae veluti anonyma imprimitur. Vide* Avicenna.

CRESCENTINATIS UBERTINI CLERICI. *Vide* Ubertini. *Tom. III. pag. 326.*

CRESTONI IOANNIS. *Vide* Crastoni.

CRETENSIUM, Epistola ad Mahummedem II. *Extat cum* Mahummedis Epistolis. *Vide* Mahummedis. *Tom. II. pag. 62.*

CRIBELLI LEODRISII. Versio latina Epistolae S. Iohannis Chrysostomi *in exilio constituti ad* Cyriacum Episcopum, *cum Prologo ad* Aeneam Silvium Picolhomineum. *Extat inter Epistolas* Aeneae. *Vide* Picolhominei. *Tom. II. pag. 288.*

CRINITI PETRI. Epistolae duae ad Alexandrum Sartium, et una ad Io. Franciscum Picum Mirandulanum circa versionem Politiani Problematum Alexandri Aphrodisaei, *subjectae volumini operum* Politiani, *in quo et aliae duae, scilicet in lib. XII, reperiuntur. Vide* Politiani. *Tom. II. pag. 344.*

CRISPI IOHANNIS DE MONTE. *Vide* Montibus Iohannis de. *Tom. II. pag. 153.*

Digitized by Google

CU CY

Curii Marci. *vel* Mannii, *cognomine* Dentati Epistolae duae, *quarum prior ad* Fabricium, *secunda* ad Samnites. *Extant cum* Epistolis Q. Curtii. *Vide* Curtii. *Tom. I.*

Curii Marci Tribuni Plebis, Epistola ad M. Tullium Ciceronem. *Extat cum* Epistolis Ciceronis ad Familiares. *Vide* Ciceronis. *Tom. I.*

—— *Eadem*, cum Commentario Ubertini Clerici Crescentinatis, Philetici, et Merulae. *Vide* Ciceronis. *Tom. I.*

Cypri Regis. Epistola ad Mahummedum II. *Extat cum* Epistolis Mahummedis. *Vide* Mahummedis. *Tom. II. pag. 62.*

Cyrilli. S. Episcopi Hierosolymitani. Epistola ad S. Augustinum, de miraculis S. Hieronymi. *Extat impressa cum* Epistola Eusebii Cremonensis de vita et obitu S. Hieronymi. *Vide* Eusebii. *Tom. I. pag. 279.*

—— *Eadem, italice. Extat cum opere, cui titulus;* Transito di S. Girolamo. *Vide* S. Hieronymi. *Tom. I. pag. 389.*

Cyzicenorum. Epistolae III ad Marcum Brutum, Rinucio Thettalo Interprete. *Extat cum ejusdem* Bruti Epistolis. *Vide* Bruti. *Tom. I. pag. 108.*

Digitized by Google

D A

Dagui Petri. *Vide* Guiville Petri de.

Danck, *sive* Dankconis Iohannis. *Vide* Saxonia Ioh. de. *Tom. III. pag. 65.*

Daniele de Castello. *Vide* Castello Santo. *Tom. I. pag. 162.*

Danduli Andreae. Epistolae duae ad Franciscum Petrarcam. *Extant cum* Petrarchae Opusculis. *Vide* Petrarchae. *Tom. II. pag. 270.*

Dantis Aligerii. Carmen in laudem Operis Iohannis Antonii Panthei. *Extat in opere* Panthei. *Vide* Panthei. *Tom. II. pag. 229.*

Daretis Phrygii. Historia Troiana: *Prima pagina inclusa ornamento xylographico exhibet in summitate Tabulam ligneam, in qua Graeci fugantes Trojanos visuntur. Verba haec postmodum leguntur rubris majusculis litteris:*

Dares Frigius
de bello tro
†
iano
Cum privilegio.

Huic subnexum est Lilium rubrum, et hinc, et illinc duo scutula, quae duorum Sanctorum imagines repraesentant. In aversa facie Incipit hystoria Troiana Daretis Frigii, *in qua Auctor agit de* Trojanorum *origine, tamque brevi sermone, ut undecim lineae jam eamdem absolvant. Huic absque titulo subnexa est* Cornelii Nepotis ad Sallustium Crispum *epistola, quam* (*tametsi apocryphum*) *ob brevitatem, ac eruditionem hic integram adscribam.* Corneli⁹ nepos Sallustio Crispo suo salutē. Cū multa ego Athenis curiose īveni: historiā Daretis frigii ipsius manu cōscriptā: ut titulus indicat quā ego summo amore cōplexus cōtinuo trāstuli. Cui nihil adjiciēdū vel diminuēdū rei formāde causa putavi: alioquin mea posset videri. Optimū ergo duxi ita ut fuit vere et simpliciter scripta: sic eam ad verbum in latinitatem trāverterē: ut legētes cognoscere possint q̄uo res geste essent: q̄s dares frigi⁹ memorie cōmēdavit: q. p̱ ipm tp̄s vixit et militavit: dū greci troianos oppugnarēt. Minime Homero credēdū: q. post annos ml⁹tos nat⁹ est. Deniq3 athenis iudiciū fuit: cū p̄isano (sic) hr̄et⁹: q̱ deos cum hominibus belligerasse describeret: hactenus ita nunc ad pollicitum redeamus: *Epistola hac absoluta, protinus in ipsa pagina historia incipit, eique in secunda folii XI pagina finis imponitur, cui haec subjecta legitur notitia:*

Dares Frigius qui huic bello interfuit ex (sic)
utriusq3 partis principes vidit hanc
hystoriam conscripsit
†

Digitized by Google

In sequenti folio recto, quod est ultimum, extat carmen elegiacum, quo Poeta Trojae *excidium deflet, cujus initium est:*

PErgama flere volo: fato danais data solo
Solo capta dolo capta: redacta solo: *et caet.*

Carmine isto absoluto, sequens habetur notitia:

Tempore Iosue Ericheus in troia quadrigam iunxit
Tempore Thola iudicis Priamus regnat in troia.
Tempore a Bessam iudicis Alexander helenam rapuit.
Tempore Hayolon iudicis Troia a grecis obsidetur.
Tempore Labdon iudicis Troia capitur a grecis.

In 4.° parvo..... XIX. F. 37.

Sine ulla nota Typographica. Lilium rubrum in prima pagina impressum indicare aliquo modo videtur praesentem editionem in *Iunctarum* typographia concinnatam, attamen ut *Orlandius pag. 237 n. 80* recte observat: *Dello stesso Giglio senza le lettere* L e A *si servì Gio. Sigario da Monferrato l'anno 1491 in Venezia.* Proinde collatione hujusmodi opusculi instituta, et operis *Plutarchi de Vitis illustrium Virorum* ab eodem *Ioanne Sigario anno 1491 Venetiis* impressi, observavi in utroque congruentiam quoad characterum formam, typographicam oeconomiam, chartaeque qualitatem, ac idem lilium pro signo typographico ibidem impressum; hinc procul dubio tenemus, *Daretis* quoque historiam *Venetiis*, et quidem ex eadem officina in lucem prodiisse. Quaenam autem alteram praecesserit, definire non audeo. Verum quum laudatus, *Sigarius* tantum anno 1491 artem impressoriam *Venetiis* exercuerit, hinc circa idem tempus utraque opuscula fuisse typis evulgata, mihi plane videtur. De editione ista nullibi aliquam invenire potui notitiam. Integrum opusculum foliis 12 constat; impressum est charactere latino, qui lineis 38 perficit plenas paginas, quae litteris, et Romanis notis sunt signatae. Custodes et foliorum numeri desiderantur. Initiales litterae nitide ligno incisae sunt; et in superioribus marginibus titulus operis uncialibus typis excusus legitur.

Darii Regis. Epistolae duae, *quarum prima ad* Heraclitum, *altera ad* Ephesios. *Graece. Extant in collectione Aldina. Vide* Epistolae variorum Auctorum. *Tom. I. pag. 274.*

Dati Augustini. Elegantiolae. *In fronte primae paginae verba ista leguntur:* Elegantiole Augustini Datti. (sic) *His tabella xylographica subjacet, quae Puerum* Iesum *in Praesepio jacentem, cum* Maria *matre ejus, et* S. Iosepho *ante eum submissis genibus repraesentat. In tertia pagina haec praefiguntur operi verba:* Augustini Datti scribae senensis elegantiolae foeliciter incipiunt. *Ad calcem folii* XVI *recti,* Vale. *legitur, ac postmodum:* Expliciunt elegantiolae Augūstini Datti (sic) impressae Venetiis per Ioannem de tridino. Anno domini. M. CCCC. XCII. die. XXII. decembris. Regnante inclyto principe Augustino barbadico.

In 4.°..... VII. B. 50.

Initiales litterae hujus libelli parvis formis in spatiis designantur. Duobus constat plagularum fasciculis, litteris A B et Romanis numeris signatis Custodes, et foliorum numeri desunt. Typus rotundus chartae firmae adhaeret, et lineis 40 in pagina integra distinguitur.

Digitized by Google

— Alia editio. *Plagula prima praesefert verba:* ELEGANTIOLE AUGUSTINI DATTI *in secunda incipit opus hisce adscriptis verbis:* Augustini Datti scribe senensis Elegantiole feliciter incipiunt. *Ad calcem primae paginae folii* XVI *legitur* FINIS. *Deinde:* Expliciunt Elegantiole Augustini Datti. In 4.° ..... IX. A. I.

Sine notis typographicis. Hoc opusculum, quoad typum, et externam formam, praecedenti editioni exactissime respondet; verum aliquae varietates occurrunt, quae non unam, sed duas editiones esse probant. Plures namque abbreviationes in praesenti, quam in praecedenti editione se se offerunt; in illa diphthongi *oe*, *ae* opportune leguntur, in hac vero desiderantur: insuper in praecedenti, prima littera initialis est parvae formae; in hac, secunda xylographica est; caetera sunt plane eadem, quibus opus immediate praecedens impressum est; ita ut ulterius in ejus descriptione progredi necesse haud sit.

DAVIDIS REGIS TRAPEZUNTINORUM. Epistola ad Regem Burgundiae, qua illum hortatur ad bellum gerendum contra Turcas. Data est ex Trapezunte. 22 Aprilis 1462. *Extat cum* Epistolis Aeneae Silvii. *Vide* Picolhominei. *Tom. II. pag. 288.*

Digitized by Google

DE DI

Delfi Aegidii. Responsiones ad Questiones morales de fortitudine Martini de Magistris. *Vide* Magistris *Tom. II. pag. 61.*

Democriti. Epistola ad Hippocratem, *latine reddita a Rinucio* Thettalo. *Extat cum* Epistolis Hippocratis. *Vide* Hippocratis. *Tom. I. pag. 393.*

—— Democriti Epistola Benedicto Fontanae. *Extat haec Epistola praemissa operibus* Aristotelis, *editis* Venetiis anno 1496, *cujus inscriptio*: Democritus Benedicto Fontanae S. P. D. *Gratulatur* Democritus Fontanae, *quod opera, et sumptibus suis communem reddiderit* Aristotelem, *omnibus latinam linguam scientibus, et affecerit, ut* Ioannis Argyropoli *interpretatio, quo munere una civitas fruebatur, universalis ope impressionis evaderet.* Benedictus Fontana *inter caeteros impensas subministrabat* Philippo Pincio *Typographo in urbe* Venetiarum. Democrito *cuidam inscripsit Epistolam* M. Antonius Sabellicus, *rationem reddens suae Venetae historiae. Extat inter Epistolas ejusdem* Sabellici, *notatas in Tom. III. pag. 33. Laudata Epistola* Democriti Benedicto Fontanae, *praemittitur* Aristotelis *operibus latine. Vide* Aristotelis..... VIII. D. 24.

Deo Iohannis de. Canonici Bononiensis. Summa ad Pandectas, et tres libros Codicis. *Adcedit* Summa cum Additionibus Domini Accursii super libro Novellarum, seu Autenticorum. *Extant hi Tractatus excusi, et compacti cum operibus* Domini Azonis, *de quo actum est superius. Vide* Azonis. VIII. D. 30.

Diaconi Pauli. *Vide* Pauli Diaconi.

Diadochi Procli. *Vide* Procli diadochi. *Tom. II. pag. 374.*

Diedi Francisci. Doctoris, Veronae Pretoris. Epistola Ioauni Antonio Pantheo Sacerdoti Veronensi. *Extat in opere* Io. Ant. Panthei. *Vide* Panthei. *Tom. II. pag. 229.*

Dini de Florentia. *Vide* Garbo Dini de. *Tom. I. pag. 329.*

Dini de Mugello. *Vide* Rosonii. *Tom. III. pag. 22.*

Diogenis Laertii. Vitae Philosophorum. *Interprete* Ambrosio Camaldulensi, (Traversario). *In nostro exemplari tres paginae desiderantur in principio, quae continent, juxta* Audiffredi *descriptionem*, Epistolam Ambrosii Traversarii ad Cosmam Medicem, *et* Tabulam Philosophorum, qui in hoc volumine continentur, secundum ordinem librorum; *hinc opus incipit in folio tertio, cui titulus imminet:* LIBER PRIMUS: *deinde:* LAERTII DIOGENIS VITAE ET

Digitized by Google

SENTENTIAE EORUM QUI IN PHILOSOPHIA PROBATI FUERUNT. *Post lineam* XXVI. *folii aversi* CXXII. *opus absolvitur hac nota typographica.*

Impressum Brixiae per Iacobum Brittannicum Brixianum
Anno domini. M. CCCC. LXXXV.
die. xxiii. Novembris.

In folio..... XIX. H. 31.

Character Romanus est, rotundus, et luculentus, quo *Iacobus Brittannicus* utebatur, et quo *Terentium*, et *Philelphi* Epistolas impressit. Caret numeris foliorum, et solis signaturis instruitur.

Dionis Cassii. Vitae Imperatorum Romanorum, *scilicet*, Nervae Coccei, Trajani Nervae, *et* Adriani. *Huic accedit enarratio* Conflagrationis Vesaevi montis *ex eodem* Dione; *quae omnia e graeco in latinum vertit* Georgius Merula. *In prima pagina legitur:* Imperatorum Romanorum Vitae. Nervae Cocceii Imperatoris Vita ex Dione graeco ꝑ Georgiū Merulā Alexādrinū. Traiani Nervae Vita ex Dione graeco per Georgium Merulam. Adriani Impatoris Vita Ex Dione graeco per Georgium Merulam. Conflagratio Vesaevi montis ex Dione graeco. Merula transtulit pro Svetonio Tranquillo. *Sequitur Elenchus Scriptorum, qui Imperatorum Romanorum vitas scripserunt. In aversa pagina incipit vita* Nervae; *et ad voluminis calcem legitur:* Conflagrationis Vesaevi montis Finis.

In folio..... XX. G. 12.

Praesens opusculum undecim foliorum fragmentum est cujusdam editionis Scriptorum Historiae Augustae; idque eruitur tam ex elencho in prima pagina extante, quam ex litteris, quibus signantur folia, nam supersunt AA-CC ii; atque ex his colligitur volumen litteris omnibus alphabeti constasse. Cuinam editioni tribuendum sit, haud definire valeo. Charta firma ac levigata est, nec eidem absona characterum rotundorum qualitas, quibus replevit Typographus 41 lineas in pagina unaquaque perfecta. Custodes adsunt, haud vero foliorum numeri. Margines externi referti sunt postillis excusis; in superioribus ornantur litteris quadratis Vitae Caesarum; tandem initiales ligneis formis florentibus notantur. Ob perfectam similitudinem hujusmodi fragmenti cum opere ejusdem *Georgii Merulae de Antiquitate Vicecomitis*, quoad characterum formam, et opificium typographicum, quodque *Apostolus Zenus dissert. Voss. Tom. II. pag. 74.* et *Saxius Catal. lib. edit. Mediol. pag.* DCXI. adjudicarunt *Alexandro Minutiano Typographo Mediolanensi* anno *1500.* dixerim, hoc quoque nostrum opusculum in eadem typographia circa id tempus fuisse excusum. Tametsi *Merula* profitetur ipsius Interpretationem fluxisse ex *Dione Graeco*; nonnulli tamen magni nominis Scriptores suspicati sunt non ex *Dione Graeco*, sed ex *Ioanne Xiphilino Constantinopolitano*, cum qno adamussim consentit, emanasse. Videsis *Paul. Bene. hist. lib III. pag. 84. Tiraboschi Tom. II. pag. 333. Zeno cit. loc. pag. 76.*

Dionis Chrysostomi. Sermo de Homero, *Graece: Extat cum Operibus* Homeri Florentiae anno 1488 *excusis.* Vide Homeri. *Tom. I. pag. 397.*

Dionysii Afri, *seu* ALEXANDRINI. De situ orbis. *Poëma e graeco carmine latinis versibus* a Prisciano conditum. *Extat cum operibus* Prisciani. *Vide* Prisciani. *Tom. II. pag. 368.*

Dionysii Exigui. Versio Vitae S. Pachomii Abbatis. *Vide* Vitae SS. PP. *Tom. III. pag. 378.*

Digitized by Google

Dionysii Halycarnassei. Praecepta de Oratione Nuptiali per Theodorum Gazen e Graeco in latinum versa = *Ejusdem:* Praecepta de Oratione Natalitia per Theodorum Gazen in latinum versa = *Ejusdem:* Praecepta de componendis Epithalamiis per Theodorum Gazen versa. *Extant excusa cum* Opusculis Consulti Chirii Fortunatiani. *Vide* Fortunatiani. *Tom. 1. pag. 313.*

Dionysii Periegetae. *Vide* Dionȳsii Afri. *Tom. 1. pag. 250.*

Dionysii Thessalonicensis. De situ Orbis; *ex* Interpretatione Priscíani Caesariensis. *Re tamen vera,* Dionysius *erat* Afer, *sive* Lybicus, *non* Thessalonicensis *ut immerito facit Typographus* Erhardus Ratdolt. *Vide* Dionysii Afri. *Tom. 1. pag. 368.*

Discipuli Iohannis. *Vide* Herolt Iohannis.

Digitized by Google

D O

Dolabellae. Epistola ad Ciceronem. *Extat in lib. IX.* Epistolarum. *Vide* Ciceronis. *Tom. I.*

Dominici de Aretio. Grammatices, atque Rhetorices Professoris. Tabula super Genealogia Deorum Iohannis Boccaccii, ordinata ad istantiam insignis viri Colucii Pierii Cancellarii Florentini. *Extat post eam* Genealogiam. *Vide* Boccaccii. *Tom. I. pag 96.*

Dominici Flandrensis. *Vide* Flandria Dominici de. *Tom. I. pag. 305.*

Dominici Silvestri. Carmen in Genealogiam Iohannis Boccaccii. *Vide* Boccaccii. *Tom. I. pag. 76.*

Doni Nicolai Germani. Dedicatio Cosmographiae Ptolomaei Paulo II Romano Pontifici. *Vide* Ptolomaei. *Tom. II. pag. 384.*

Dottrina Christiana, *italice. Titulus in fronte primi folii ita se habet:* In nome del nostro signore messere Iesu Christe et dela gloriosissima madre sua et dōna nostra semp̄ vergene Maria: et de tutta la corte celestiale. Incomincia el libreto dela doctrina christiana: la q̄le e utile et molto necessaria che i puti picoli et zovencelli limpara p̱ sapere amare servire et honorare idio benedicto: et schivare le tēptationi et peccati.

Opusculum absolvitur folio recto XI verbis: Deo gratias. *Incipit Tabula in aversa pagina, cui subnectitur in pagina prima folii XIII.* Registrum, *et ad calcem hujus legitur:* Finis, *deinde:* M.CCCC.LXXIX.XXIIJ. die decēbris.
In 4..... XIII. A. 16.

Sine loci indicatione, et nomine Typographi. Hoc opusculum in omnibus convenit cum *Confessionali S. Antonini*, quod incipit, *Omnis mortalium cura*, excuso *Venetiis* hoc eodem *anno 1479. per Saynaldum de Novimagio*, iam supra descripto, et unicum cum eo volumen constituit, ut evincitur ex signatura *i*, quae subjungitur signaturae *k* hujus libelli: idque patet insuper ex Tabula et Registro, quae pertinent ad utrumque. De raritate, et praestantia hujuscemodi editionis, vidé, quae supra innuimus in nota adjecta huic articulo.

Digitized by Google

D R D U

DRACHISICH GEORGII BENIGNI. *Vide* Salviatis Georgii Benigni de. *Tom. III. pag. 50.*

DURANTI GUILLELMI. Speculum Iudiciale. *Initio voluminis titulus excusus majusculis litteris aere exsculptis, hoc pacto legitur:* IN NOMINE DOMINI. ET GLORIOSE VIRGINIS MATRIS EIVS. SPECVLVM IVDICIALE. A MAGISTRO GUILLERMO DURANTI EDITVM. INCIPIT FELICITER. *Post vacuum spatium fere XVIII linearum initium sumit Epistola Nuncupatoria, cujus inscriptio:* (R) Euerendo in xp̄o patri suo dño Ottobono. dei gratia sancti Adriani dyac⁹ cardīnali. Guillermus durāti dñi pape subdiacon⁹ et capellan⁹ int₉ decreto4 p̄fessores mīmus etc. etc. etc. *Terminatur ad lineam VI primae columnae folii III recti, et protinus incipiunt* PRIME PARCIONIS CAPITULA, *et deinde opus ipsum. Post lineam XLIII secundae columnae folii aversi CXXXII* FELIX LIBRI PRIMI FINIS. SEQUITUR SECUNDUS, *et in sequenti folio* INCIPIT LIBER SECUNDUS HUIUS OPERIS ORDINEM IVDICIARIVM IN CAVSIS CIVILIBVS COMPLECTENS RUBRICA. *In fine hujus ad lineam XLI columnae primae, primaeque paginae folii CLXXXVIII.* Finitus et p̄fectus est liber secūdus. Sequitur tercius; *et post aversam paginam vacuam,* INCIPIT LIBER TERCIUS DE CRIMINIBVS ET EORVM COGNITIONIBVS R. EXPLICIT LIBER TERCIUS *in postica facie folii XIX post lineam XLIII primae columnae; et in folio sequenti:* INCIPIT LIBER IIII. DE LIBELLORVM CONCEPTIONE. *Totum opus concluditur hac typographica nota adjecta post lineam XXXV columnae primae folii recti CXLVIII.* Laus Deo. *Deinde:* Prelucidū hoc opus speculi iudicialis iuris interp̄tis optimi. Mgr̄i Guillermi Duranti. nō calamo ut prisci q̄dem nec penne tractu ip̄i fruimur verū exsculptis ere lr̄is. D⁹ino suggesta spiramīe imp̄mēdi arte transpictū ac in suis pagp̄his et versiculis bñ distinctū. quotis deniq3 et remissionib⁹ exactissima lucubratōe revisū et correctū ad honorē cūctipotētis osūmatū est et p̄fectū in celebri Argētino4 vrbe factorib⁹ Ieorio (*Gregorio*) hus⁹ner cive inibi. et Iohāne Bekenbub clerico Mogūtino. Anno Dñi. M.CCCC.LXXIII. Mensis novēbris die. xxij.
In folio Majori..... VI. H. 18.

Liber saepius quidem excusus saeculo XV, et tamen non ubivis obvius. Inter praestantiores editiones est Argentoratensis omnium rarissima, quae Princeps est hujus operis; eamque maxime celebrant *Schoefflinius, David Clemens, Meerman cap. I. pag. 36.* qui errans forsan eam refert ad annum *1472.* Laudati Argentinenses Typographi caelato charactere usi sunt, ut ipsimet in allata subscriptione fatentur, cujus formula ambigua non est, imo pondus etiam accipit ex ipsorum characterum inaequalitate, et ab ipso *Schopflino* jam indicata. Quaevis pagina in duas est distincta columnas, quarum quaelibet 58 lineas comprehendit. Interpunctionis signum solum observatur punctum. Librorum numerus in superiori margine est ab ipsis Typographis adnotatus: ibique folia notis majusculis Romanis numerarunt. Hinc hoc vastae molis volumen foliis 487 comprehensum est; et quilibet liber peculiarem numerationem habet. Initiales litteras nullas, nullosque custodes, aut signaturas in amplis marginibus adposuit Typographus. Charta adparet munda, firmaque, sed minus polita.

Digitized by Google

—— Inventarium Speculi Iudicialis. Romae impressum: (*sic legitur in calce voluminis*) per viros egregios Vdalricum gallum almanū et Symonem nicolai lucensem mercatorem sub Sixto quarto pontifice maximo. Anno Domini M. CCCCLXXiiii. die vero vicesima secunda mensis Maii.
In folio majori ..... VI. C. 26.

Hoc est tertium Exemplar hujusmodi rarissimae editionis nuperrime in hanc Regiam Bibliothecam adlatum; nam duo alia exemplaria in *Tom. I. pag. 271*, jam notavimus; sed ob temporis angustias haud nobis licuit editionem hanc diutius expendere. Perrara haec est sine dubio, et in paucis Bibliothecis reperitur. Duplex columna in quavis pagina extat, quae lineas complectitur 62 characteris Romani. Signaturae, foliorum numeri, et custodes nulli hujus voluminis margini inhaerent. Litteras initiales a Typographo omissas invenimus; quasdam earum in prioribus foliis adposuit miniculator diversis hinc inde coloribus exornatas. Praeter punctum nullum aliud occurrit distinctionis signum; abbreviaturae sunt nimis frequentes. Papyrus est mundissima, firma admodum, ac polita, ejusque margines amplissimi sunt. Constat totum volumen foliis impressis 142.

Digitized by Google

E A. E L. E R. E S. E V. E X.

Eardio Monaco. Libro II delle Vite de Padri, chiamato, Paradiso. *Vide* Vitae SS. PP. *Tom. III. pag. 379.*

Eliaco Petri de. *Vide* Alliaco Petri de. *Tom. I. pag. 24.*

Eradii. Vita de SS. Padri. Parte II. *Extat in collectione* Vitarum SS. Patrum. *Vide* Vitae SS. PP. *Tom. III. pag. 374.*

Esculo Saladini de. Commentarium Aromatariorum. *Titulus operi praefixus ita se habet:* Domini Saladini de esculo Serenitati p̄ncipis Tarenti physici principalis compendij aromatariorū opus feliciter incipit: *Extat excusum hoc opusculum cum operibus* Iohannis Mesue, *quorum mentionem fecimus in Tom. II. pag. 126. Vide* Mesue *ibidem.*

Evagrii Presbyteri, *qui fuit postea Episcopus Antiochenus.* Prologus ad Innocentium Episcopum in Vitam S. Antonii, scriptam a S. Athanasio, *quam etiam latine vertit. Vide Vitae SS. PP. Tom. III. pag. 374.*

Eucenii Papae IV. Privilegium Curialium. *Vide supra* Bullarium parvum.

Eutropii Historia Romana a Paulo Diacono interpolata, et cum *ejusdem* Continuatione. *Praemittitur duplex Index, alter chronologicus Regum, Imperatorum etc. etc. etc. alter alphabeticus, praefixo communi titulo in postica pagina folii primi.* Tabula hui⁹ libri ī qua p̄mo p̱ ordinē repiūtur reges. Et p̄cipue Romano4 deinde cōsules imp̱atoresq3 demum noīati usq3 ad Theodosiū. Insup̱er reges iudee et pōtifices et que circa eos narrantur et hierusalem necnō xp̄i nativitas et q̱ sāti et qn̄ claruerīt. et hereses alique qn̄ orte sunt. et aliq̱ apl⁹ci ultīo p̱ ordinē alphabeti otēta partialia cū noīb⁹ adversario4 urbis seu p̄dicto4 regū et imp̱ato4 vel osulum. *Occupat haec* Tabula *octo folia; et ad ejus calcem habetur* Registrum quinternorum. *Titulus autem operi inscriptus in summitate folii noni recti sic habetur:*

> Incipit Eutropi⁹ historiographus: et post eum Paulus diaco⁹: de historiis italice provincie ac Romanorum.

Historia vero sic incipit: Primus in italia (ut quibusdā placet) regnavit Ianus. Deinde Saturn⁹ etc. etc. *Continet haec Historia decem* Eutropii *libros, a* Paulo diacono interpolatos: *quibus subjiciuntur alii octo libri, quos connexuit idem* Paulus, *uti evincitur ex subscriptione ad calcem decimi libri, in folio recto* LXV. Hucusq3 Historiam Eutropius composuit: cui tamen aliqua Paulus Dyaconus addidit: iubente domina Adilperga Christianissima Beneventi du-

Digitized by Google

ctrice: coniuge Domini Archi Sapiētissimi principis, et ideo que seqūt⁹ idem Paulus ex diversis auctoritatibus proprio stilo connexuit. *Postremus autem ex hisce octo libris (qui tamen* Octavus *haud inscribitur) est* Additamentum *illud, quod sub nomine* Landulphi Sagacis, *ceu anecdotum vulgavit* Ludovicus Muratorius *ad calcem suae editionis* Historiae Miscellae. *Opus terminatur in postica pagina folii* CIV *hisce verbis:* Huius (Leonis) errori Germanus patriarcha non consentiens: a propria sede depulsus est: et eius in loco Anastasius prespite (sic) ordinatus est. *Exinde:* Eutropius historiographus Rome impressus Anno dñi M. cccc. LXXI. die lune. XX. Mensis Maii. Ponti. S. in xp̄o prīs ac dñi nostri domī Pauli divina ꝑvidentia Pape secundi Anno eius septimo Explicit. In 4. majori..... XII. E. 7.

Praesentem editionem, cui deest nomen Typographi, cum editionibus variis excusis a *Georgio Lavero Herbipolensi, qui Romae* ab anno 1470 ad annum 1481 typographicam artem exercuit, accurate contuli, et illam eodem charactere excusam esse deprehendi. Est typo *Romano* sine signaturis, numeris foliorum, reclamantibus, initialibus litteris, pro quibus vacua spatia visuntur, ac sine titulis, et registro impressa. Editio principis hujus operis, eximiae raritatis, quam commendant Bibliographi fere omnes.

EXERCITATA VETERIS ARTIS. *Vide* Porphyrii. *Tom. II. pag. 361.*

Digitized by Google

F A

Fabriano Baptistae de. Expositio de sensu composito, et diviso Magistri Gulielmi Hentisberi. *Extat cum Tractatu* Hentisberi. *Vide* Hentisberi. *Tom. I. pag. 369.*

—— Alia editio, *quae extat cum* Expositione Pauli Pergulensis de sensu composito, et diviso. *In prima columna voluminis*, Incipit expositio de sēsu composito et diviso sacre theologie professoris magistri Baptiste de Fabriano. *Ad calcem libelli haec notantur:* Explicit expositio de sensu cōposito et diviso scd'm mentē Eximij doctoris magistri Baptiste Fabriani. *Deinde:* Impressum Venetijs p' Iacobum Pentium de Leuco. Anno domini M. ccccc. Die vero iij. Decembris regnāte Augustino Barbadico serenissimo Venetiarum Principe.
In 4. parvo..... VIII. B. 38.

—— *Extat cum* Expositione Pauli Pergulensis, *de qua infra:*

Fabrica Iohannis. Ordinis Minorum. Quaestiones super declaratione Indulgentiarum concessarum pro animabus in purgatorio. *Opus incipit absolute, absque ullo titulo adposito; et prima folii IV pagina, linea XIV finitur, hac conclusione:*

Hoc scripsit p dubio q̄dam tollē
do ex bullis xanctonen̄ indulgen-
ciarū doctor q̄dam theologus et
pfund' magister iohēs de fabri-
ca pictavis. M. cccc. LXXVj.

Deinde in aversa pagina incipiunt Ejusdem, et Magistri Nicolai Richardi Quaestiones de Indulgentiis a Sixto IV P. M. pro Ecclesia Xanctonensi concessis anno 1476. *Aversa folii IX pagina, linea XXVII terminatur hoc pacto:*

Opus magistri nicolai richardi
in theologia magistri famosi super
eadem bulla xanctonensi

In sequenti pagina legitur Resolutio summae S. Antonini Archiepiscopi Florentini.
In 4. *Extat colligatus hoc opusculum cum* Zamorensi..... XIII. A. 30.

Decem foliis hi tractatus, eodem charactere gallo-franco, quo *Ioannes Faust, librum quartum de Doctrina Christiana S. Augustini* impressit, constant; et forsan circa eundem annum 1476 exarati sunt; sine numeris foliorum, signaturis, custodibus, et initialibus.

Fabri Iacobi Stapulensis. Commentarium in Astronomicon Iohannis de Sacro Bosco. *Extat cum eodem* Sacro Bosco. *Vide* Sacro Bosco. *Tom. III. pag. 40.*

Digitized by Google

FACETUS LIBER. *Vide* Brant Sebastiani. *Tom. I. pag. 120.*

FACINI M. LUCIDI MAPHAEI. Romani. Epigramma in commentaria Domitii Calderini in Martialem. *Vide* Calderini. *Tom. I. pag. 139.*

FALCONIAE PROBAE. Centones de utriusque testamenti historiis ex carminibus Virgilii Selecti.

In 4. parvo..... XII. B. 38.

—— Alia Editio..... XII. B. 24.

—— Alia Editio..... XII. D. 46.

De his tribus editionibus satis superque dictum est in Art. *Siculi Philippi*, in Tom. III. pag. 117 cum quo *Probae* Falconiae opusculum extat impressum, et compactum.

FANENSIS ANTONII COSTANTII. Commentaria in Fastos Ovidii, *ejusque* Praefatio ad Principem Federicum Ducem Urbini; *et carmen elegiacum ad* Posteros. *Extat cum* Ovidii *operibus. Vide* Ovidii. *Tom. II. pag. 219.*

FARA GASPARIS DE. Epistolae duae ad Aeneam Silvium Picolhomineum. *Extant cum ejusdem* Aeneae Epistolis. *Vide* Picolhominei. *Tom. II. pag. 288.*

FARINATORIS F. MATTHIAE Ordinis B. M. V. de Monte Carmelo. Liber Moralitatum dictus lumen Animae. *Vide Artic.* lumen Animae, *et notam ibi a nobis adjectam. Tom. II. pag. 52.*

Digitized by Google

F E

Feliciani F. Ord. Praedicatorum. Tractatus de divina Praedestinatione. *Adcedunt*, Capitulum de Retentione Decimarum, *et* 25 Privilegia Clericorum. Incipit Registrum huius opusculi *in postica pagina folii primi, nam antica est vacua. Sequentia verba in summitate folii secundi recti excusa titulum operis constituunt.* Incipit Tractatus fratris Feliciani ordinis Predicato4 doctoris eximij de divina predestinatione intitulatus. *Sequitur dein opus in 17 capitula divisum. In folio averso XII linea XXIV.* Explicit tractatulus fratris Feliciani ordinis predicato4 de divina predestinatione intitulatus foeliciter. *In sequenti folio sub eadem signaturarum serie, scilicet*, 6. 3. Incipit Capitulum de Retentione decima4 ubi agit9 quomodo et si excusantur non dantes decimas. *In aversa pagina folii XIX linea VII.* Explicit capitulum de Retentione decima4 ubi agitur quomodo et si excusantur non dantes decimas. *Sequitur protinus*, Nota 25 privilegia clericorum. *In sequenti pagina, post lineam XXXIV legitur* Impressum Mēningen p Albertū kūne.
In 4..... III. C. 18.

Sine nota chronologica. Laudati Tractatus gallo franco minusculo charactere, papyro firmae admodum et mundae, in qua ampli conspiciuntur margines, impressi sunt. Litteras initiales parvas adjecit Typographus; litteris, arabicisque notis signavit paginas, quas plenas confecit 36 lineis. Custodes, et foliorum numeri desiderantur.

Quisnam hic Felicianus fuerit, deprehendere *Cl. Quetif.* haud potuit. Quid vero de praesenti Tractatu ille senserit, audiamus in opere *Script. Ordin. Praedicat. pag. 881. Licet S. Thommam de Aquino ex nomine non laudet, tamen non solum eius sequitur doctrinam, sed et totidem verbis ea refert, et exscribit, quae sanctus doctor habet prima parte Summae Q. XXIII de Praedestinatione, ea statuens, ut doctrinam certam, et indubitatam, et pauca alia in ejus confirmationem addit.*

Feliciano Io. Iacobi de. Epigrammata ad Lectorem in opus calculationum Suiseth Anglici. *Vide* Suiseth.

Felicis Claudii Lingoniensis. Epistola exhortativa ad Lectores, et Laudativa operis Martini Magistri, et Iohannis Buridani super textum Ethicorum Aristotelis, *cui subjungitur ejusdem* Carmen Elegiacum ad Lectorem. *Vide* Magistri Martini. *Tom. II. pag. 61.*

Ferabrich Ricardi. *Vid* Strodi Rodulphi. *Tom. III. pag. 163.*

Ferraria Alberti de. De vero et perfecto Clerico. *Vide infra* Trotti Alberti.

Ferrariis Iulii Aemilii de. Novariensis. Epistola praefixa Carminibus Ausonii. *Vide supra* Ausonii.

Ferrarini F. Michaelis Carmelitae. Illustratio opusculi Valerii Probi de Significatione litterarum antiquarum. *Extat praefixa huic operi. Vide* Valerii Probi. *Tom. III. pag. 292.*

Digitized by Google

F L

Flandria Stephani de. Ordinis Servorum B. M. Quaestio de subjecto et propria passione ad mentem Scoti disputata. *Prima pagina refert operis titulum hoc pacto excusum:*

Summi methaphisici ac Sacre pagine doctoris
excellentissimi magistri stephani de flandria
ordinis servorū questio de subiecto
et propria passiōe ad mentem scoti
disputata in almo bon. Stu.
p̄ leonardum de ri
chis de Luca
artium
culto
rem

In postica facie occurrit Nuncupatoria, cujus inscriptio ita se habet: Leonardus de richis de luca artium cultor ad Magnificum Virum Dominum Nicolaum Tegrimum: Civem lucensem: Equitem auratum ac legum Doctorem excellentissimum. S. P. D. *Data* ex bononia Idibus Aprilis. M. cccc. lxxxxvii. *In sequenti opus incipit, nullo titulo adposito. Ad lineam iii folii x recti opusculum terminatur, et protinus sequitur:* Questio oliverii ionti de monte gallo: Bononie logicam ordinariam legentis. *Desinit in antica pagina folii xii linea xxxiii et subditur:* Impressum Bononiae opera et impensa Zentilis cartarii de Recaglis Civis Bono. Tempore Invictissimi Domini Iohannis Bentivoli Secūdi. Anno Mccccl xxxxvii die 11 Maii. *In postica facie occurrit tabella lignea, in qua Icon cujusdam conspicitur, flores colligentis ex Arbore, et decerptos in sinu tenentis.*

In 4..... VIII. B. 46.

Constat hoc opusculum, valde rarum, duodecim foliis, et impressum est charactere minusculo rudi et inaequali; latino, quidem, sed ad semi-gallo-francum aliquantum accedente; papyro fusca, et minus polita. In paginis 38 lineae numerantur; litterae initiales parvis elementis suppletae cernuntur; custodes, et paginarum numeri desiderantur; haud vero signaturae, quae instructae sunt litteris, et Romanis notis.

Florentia Thaddaei de. De regimine sanitatis secundum quatuor partes anni. *Praesens Tractatus extat excusus, et compactus cum opere* Benedicti de Nursia, de Sanitatis conservatione, *cujus mentionem fecimus in Tom. ii. pag. 185. In primo folio verso legitur titulus utriusque opusculi; titulus operis* Thaddei *ita se habet:*

Similiter etiam de Magistro Tadeo (sic)
de florentia de regimine sanitatis se-
cundum quatuor partes anni.
46

Digitized by Google

Praesens Tractatus non occupat, nisi septem plagulas: ad *calcem primi*, et *praecipui operis haec tantum verba leguntur:* Finis hujus libri; *et infra:*

Libellus de Sanitate factus
p Mgr̄m Thadeū de florētia.

Tandem in fine totius voluminis legitur subscriptio: Tractatus quidam de regimine sanitatis. Opera et industria Dominici de Lapis impendio tamen Sigismundi a libris civis atq3 liberarii (sic) Bononiensis feliciter finiunt. Anno. D. M. cccclxxvii.
In 4..... XII. B. 47.

Videsis Art. *Nursiae cit. loc. in Tom. II.*

Flisci Stephani de Soncino. Synonima seu variationes sententiarum et de componendis Epistolis. *Praefigitur Auctoris* Nuncupatoria Ioanni Meliorantio Civi Vicentino Cancellario Paduano, *quam excipit in aversa pagina* Proemium; *et protinus opus ipsum incipit, mutilum in fine.*
In 4..... IX. A. 62.

Editio Romana, uti adparet, et forsan eadem omnino est, quam absque ulla typographica nota *Romae* excusam *Audifredus* refert in *Catal. Edit. Tom. Saec. XV. pag. 397.* Et in eo quidem exemplari, quod ipse vidit, nulla de impressione adnotatio adjecta extabat. Desunt in hac nostra, ac in illa, signaturae, custodes, et foliorum numeri; et Typus est gallo-francus medius *Stephani Plannck.*

Florentini Iacobi Minoritae. Redactoris operum Raynerii de Pisis, *cui praefixit* Prologum, *et* Praefationes in Tabulis *ejusdem. Vide* Pisis Raynerii de. *Tom. II. pag. 305.*

Florentini Pauli Ordinis Servorum divae Adnuntiatae. Quadragesimale, *nuncupatum* Paulina Predicabilis. *Sequens titulus legitur in prima voluminis pagina:*

PAULINA
Predicabilis. A septuagesima usq3 ad
tertium diem pasce (sic) Per Magistrū Pau
lum. Ordinis servo4 Dive Adnuntiate.
de Florentia. Composita. Ad colendissi
mum sui Ordinis generalem. M. Ann. Ala
bantum. de Bononia. Anno salutis.
M. CCCC. Lxxxxiiij. Senis.

In secunda pagina occurrit Nuncupatoria, cujus titulus: Ad reverendissimū sui ordinis gnālem. Paulus Florentinus humilis Servo4. C. *In secundo folio incipit* Quadragesimale. Magistri Pauli florentini: Ordinis: Servo4. *Primus sermo,* de aīo4 īmortali dignitate. *Praesens volumen est pars totius operis, quum contineat tantummodo novem sermones, scilicet,* a Dominica Septuagesima *usque ad* Fer. II. primae Dominicae Quadragesimae *inclusive.*
In 4..... III. C. 14.

Digitized by Google

Paulus hic Florentinus idem est, ac Auctor *Quadragesimalis*, cujus mentionem fecimus in Tom. I. pag. 307. dum degebat inter *Fratres Sancti Spiritus Romae;* sed ingravescente aetate resumpto primo habitu, scilicet *Ordinis Servorum*, quem adhuc puer induerat, *Paulinam Predicabilem* edidit. Vide *Lamium Tom. XII. Delic. Erudit.* in *Praefat.* occasione *Dialogi* ejusdem *Pauli*, *de Origine Ordinis Servorum*. Typus latinus est, ad semigallo-francum adcedens, qui in quavis plena pagina distinguitur 35 lineis. In marginibus occurrunt signaturae, et foliorum numeri, minime vero custodes: in superioribus tituli sermonum notantur; in lateralibus argumenta, et nomina excusa sunt. Praesens editio notatur tantummodo a *Maittaire pag. 788.*

Flores Artis Notariatus. *Vide* Notariatus ars. *Tom. II. pag. 182.*

Florio a Bianco Fiore. Istorietta. *Vide* Poematia Italica. *Tom. II. pag. 338.*

Digitized by Google

F O - F U

Fonduli Hieronymi Cremonensis. Carmen ad Lectorem in laudem opusculi de Talento a Porcellio Poeta elucubrati. *Vide* Porcelli. *Tom. II. pag. 360.*

Fontii Bartholomaei Florentini. Italica interpretatio Epistolae Phalaridis a Francisco de Accoltis e graeco in latinum versae, *cum* Prooemio *ejusdem* Fontii ad Franciscum Baroncinium. *Vide* Phalaridis. *Tom. II. pag. 273.*

—— Editio librorum Cornelii Celsi de Medicina ex vetustis exemplaribus Mss. Curata, emendata; *cum ejusdem* Bartholomaei Fontii Epistola nuncupatoria ad Franciscum Saxettum. *Vide* Celsi. *Tom. I. pag. 172.*

Forma Profitendi. *Extat cum* Vita, et Regula S. Benedicti *editionis anni 1500. Vide* S. Benedicti. *Tom. I. pag. 66.*

Forteguerra Scipionis. *Vide supra.* Carteromachi.

Fortunati Iulii Pomponii. *Vide* Laeti Pomponii. *Tom. II. pag. 8.*

Fusci Palladii Patavini: Commentaria in Valerium Catullum. *Vide* Catulli. *Tom. I. pag. 170.*

Digitized by Google

Gabrielis Senensis. Constitutiones. *Vide* Marchiae Anconitanae Constitutiones. *Tom. II. pag. 88.*

Gadoli Bernardini Brixiani, Monachi Camaldulensis in Monasterio S. Michaelis de Muriano Venetiarum. Epistola ad Franciscum Piccolhomineum Cardinalem Senensem. *Praemissa editioni SS. Bibliorum. Extat in* Bibliis Sacris *cum glossa ordinaria, et interlineari, editis* Venetiis anno 1495. *Tom. I. Vide* Biblia. *Tom. I. pag. 87.*

—— Emendatio operum S. Hieronymi. *Vide* S. Hieronymi. *Tom. I. pag. 378.*

—— Correctio operum Prisciani Grammatici. *Vide* Prisciani. *Tom. II. pag. 368.*

Galeni. De virtute Centaurae ad Papiam. *Extat cum* Ioanne Serapione. *Vide* Serapionis. *Tom. III. pag. 112.*

Galerani Danielis Cremonensis. Commentaria in Tragoedias Senecae. *Vide* Senecae. *Tom. III. pag. 108.*

Gallensis Iohannis. *Vide* Wallensis. *Tom. III. pag. 404.*

Gandini Alberti. Tractatus de Maleficiis. Venetiis per Baptistā de tortis. Mccccl xxxxiiij. die. xxij. Maij. *Extat excusus sub eadem signaturarum serie, et foliorum numeratione cum* Angelo de Gambillionibus, *de quo actum est in Tom. I. pag. 328.*
In folio..... VII. C. 8.

—— Exemplar alterum..... VII. D. 3.

Gazae Theodori. Epistola Christophoro de Persona super editione Librorum Origenis contra Celsum. *Vide* Origenis. *Tom. II. pag. 204.*

—— Versio e graeco in latinum sermonem praeceptorum Dionysii Halicarnassei de Oratione Nuptiali, de Oratione Natalitia, et de Componendis Epithalamiis. *Vide* Fortunatiani Consulti Chirici. *Tom. I. pag. 313.*

Digitized by Google

G E

Geduno Iohannis de. *Vide* Ianduno.

Gelardini Antonii. Carmen in obitu Michaelis Verini doctissimi Adolescentis. *Extat in lib.* Distichorum Michaelis Verini. *Vide* Verini. *Tom. III. pag. 339.*

Gellii Auli. *Vide* Auli Gellii. *Tom. I. pag. 61.*

Georgio Ioannis Antonio de. S. Cardinalis Alexandrini. Oratio funebris. *Titulus praefixus ita se habet:* Oratio funebris per R. D. IOHANNEM ANTONIUM Episcopum Alexandrinum: Sacri Pallacii (sic) causarum Auditorem dignissimum in exequiis Reverendissimi D. Cardinalis Tornaceñ. habita atq3 edita. xvii. kalendas Novembris. Anno domini. M. cccclxxxiij. Pont. S. D. nostri Sixti pape quarti anno eius xiij.
In 4. parvo. Vide Orationes variae..... IX. A. 58.

Est Opusculum foliorum quinque, excusum charactere gallo franco, forsan *Silberi*. Hujuscemodi editionis mentionem fecerunt *Audiffredus pag. 258. Maittairus Ind. II. pag. 493. de la Vallière Par. II. Vol. III. pag. 59.*

—— Sermo Habitus in cappella sanctissimi dñi nostri Pape per IOHANNEM ANTONIUM Epm Alexandrinum unius ex sacri palacii apl'ici Auditoribus locum tenentem. In dñica quinta Quadragesime que dicitur dñica de passione. In 4. parvo. *Vide* Orationes variae..... XIII. A. 23.

Excusa est haec Oratio duabus columnis, et gallo-franco quodam valdeque minuto charactere, aut *Eucharii Silberi*, aut *Stephani Plannckii*, et quatuor integra occupat folia; eamque notarunt *Denis* in *Supplem. pag. 492. Seemiller Fasc. III pag. 183. Audiffredus pag. 430.*

—— Summa in tres ultimos libros Codicis. *In calce:* In regia civitate studiorum matre Papie: per Christoforū de Canib' et Stefanum de gregorijs, artis Impressorie viros primarios trāsūpta: Anno i. 4. 8. 4. die vero 25 septembris in vigilia sancte Iustine virginis: et martiris. *Extat in calce* Summae Domini Azonis, *qua egimus supra.*
In folio. *Vide* Azonis..... VII. D. 30.

Georgii Placentini. *Vide* Vallae Georgii. *Tom. III pag. 294.*

Gerson Ioannis. Tractatus de meditatione Cordis. *Titulus praefixus ita se habet:* Incipit tractatus de meditatione cordis magistri Iohannis Gerson. *In calce:* Tractatus venerabilis mgri Iohānis Gerson de meditatōe cordis Lugduni im-

Digitized by Google

pressus p Iohām trechsel art. impressorie magistrū. Anno nr̄e saluť. Mccccl xxxix die vō xj mensis octobris finit feliciter. *Signum Tipographi cum litteris.*

I. T. tandem visitur, nec pagina ultima charactere est praedita.

In 4. parvo..... II. D. 55.

Extat excusus, et compactus praesens Tractatulus, cum Tractatu *De Imitatione Christi Thomae de Kempis*, et unum efficiunt volumen, foliorum LXVI. Typus est gallo-francus, cum signaturis, instructis litteris, et Romanis numeris. Initiales deerant, sed Miniculator supplevit rubro colore.

Digitized by Google

G H G I

Gherardi Magistri Cremonensis. Versio ex Arabico in Latinum Praeticae Iohannis Serapionis. *Vide* Serapionis Iohannis. *Tom. III. pag. 112.*

Giardino de Oratione: Fructuoso. *Is titulus occurrit in medio primae paginae; in aversa legitur breve Monitum ad lectorem de utilitate operis. In secundo folio recto* Incomincia el Prologo nel Libro ītitulato Giardīo del oratiōe, *in cujus fine Auctor fatetur, opus absolutum fuisse* Correndo li āni de la nativitade del nostro signore iesu christo. Mile quatrocēto cīquāta quatro. *Protinus* Incomincia la tavola de li capituli che sono ī questo libro, *quae desinit in folio quarto averso. In sequenti folio opus initium sumit a titulo, in summitate primae columnae praefixo:* In nomine domini nostri Iesu Cristi crucifixi Amen. Incomincia il libro ītitulato zardino de Oratione. Et prima de la excellentia de la oratione. La quale si monstra per quatro ragione principale. E maximamente per lo exēplo de christo: et de li sancti: li quali summamēte lhanno frequentata. E per li grādi fruti che naschono de essa. *Terminatur ad lineam XXIV secundae columnae folii c. aversi, et post verbum* FINIS, *sequuntur Italici versus:*

Quelli che Aram (sic) piacere disto giardino
Facian fructar li fior che coglierano:
Ponendo mente a quel signor divino
Che apremiar servitu mai fu vilano:
Faciasi qui fervente ogni mischino
Se perfecto vol farsi amano amano:
Perçhe se gli orti qui dan fructi e fiori
Questo po darni el cîel cō grādi honori.

In 4. parvo..... II. B. 35.

Gemina in quavis pagina occurrit elementorum latinorum columna, et lineis 39. impletur. Nullus adparet foliorum numerus, aut custos; signaturae reperiuntur, quae pertingunt ad *miiij*. Initiales, modo xylographicae visuntur, modo desunt, et tantummodo vacua spatia existunt. Editionem hanc raram esse censeo, ex Bibliographorum silentio, et tantum notatam inveni in *Indice II. pag. 139. P. Laire.*

Gionata Marino. *Vide* Jonata. *Tom. III. pag. 410.*

Giuntae Lucae Antonii Florentini. Epistola Iohanni Cornelio Abbati S. Georgii Majoris Venetiarum. *Vide* Regula S. Benedicti. *Tom. I. pag. 66.*

Giustiniani Bernardo. *Vide* Iustiniani Bernardi. *Tom. I. pag. 428.*

Giustiniani Lavrenzo S. *Vide* Iustiniani Laurentii. *Tom. I. pag. 437.*

Digitized by Google

G O

Gometii de Ulixibona, Ord. FF. Minorum. Emendatio Summae Astesani, una cum Bartholomaeo Bellato de Feltrio. *Vide* Astesani.

Gondolae Francisci Luciani. Praefatio in ridiclae fraudis historiā tituli Baptistinus Nebulonis cuiusdam: qui sub fregosi illustrissimi Baptistini nomine non nullis ellusis imposuit. *Is titulus extat impressus in principio opusculi; sequitur exinde Epistola, qua* Francischus Lucianus Gondola Claro viro Marino Iu. Gradeo. S. *dicit. Epistola absoluta,* Eiusdem francisci. L. Gond. Baptistinus incipit. *Sequuntur hoc absoluto aliae duae Epistolae, quarum una* Franciscus luci. Gōdola. Claro viro Frāsisco (sic) Delphino. Sal. *et huic subnexum est sequens Epigramma:*

Ad lectorē Hel. Lam. Cer. P. L. in laudem Baptistini.
Saepe sacerdotes legatos saepe professus.
Qui fallax multos luserat ante duces.
Hic nostros cives operosa fraude fefellit.
Pseudo Baptistini principis ora gerens.
Qui puto vertūnum: variisq3 Acheloa figuris.
Qui puto Mercurium vinceret arte sua.
Huius praestigias coecos Nebulonis et astus,
Gondola perpetuae traddidit (sic) historiae.
Ergo pellacis scelus evitare Monellae.
Qui docet: huic libro lector amice fave.
FINIS.

Secunda Epistola: Frā Luci. Gō. Helio. Lāp. cervio Poetae lau. Suo. Sa. *In calce nulla subscriptio.*
In 4..... ..... XIII. A. 23.

Est opusculum foliorum octo, excusum eleganti rotundo Latino typo cum signaturis, quae litteris Romanisque notis exprimuntur absque numeris foliorum, et reclamantibus. Opusculum ignotum, quod impressum videtur ad exitum saeculi XV. vel. XVI. ineunte.

Digitized by Google

G R

Granollach Bernardi de. Lunare in lingua Fiorentina per l'anno 1491 Sino all'anno 1550. *Prima pagina continet tabulam xylographicam, quae Auctorem repraesentat, ut in editione ejusdem operis, sine ulla typographica notitia, notata in Tom. I. pag. 344. In superiori margine leguntur verba:* Lunare cioe La ragione della luna overo Taccuino perfecto in lingua fiorentina. *In secundo folio recto opus incipit hoc pacto:* Della nobilissima arte et scientia di Astrologia e stato tracto lo presente sumario perlo egregio et sapientissimo Astrologo maestro Bernardo de Granollach maestro in arte et in medicina della inclita cipta (sic) di Barcelona. Nel quale sumario sono le coniunctioni et oppositioni cioe lavolta et la quintadecima della luna sumato per ciaschun mese et per ciaschuno anno. Et comencia nel anno presente che e. M. CCCC. LXXXXI et durera infino a lanno millecinquecento cinquanta secondo largamente et manifestamente si dimostra nel presente libro. *In folio XXXIII recto, ad lineam XX desinit opus, et subjunguntur verba:* Finito el Lunario cioe la Ragione della luna o vero Taccuino perfecto in lingua Fiorentina: *Post spatium trium linearum:* Impresso in firenze appresso a Sancta Maria maggiore per ser Lorenzo de morgiani et per Giovanni da maganza. A di primo di septembre. M. CCCC. LXXXXI.
In 4. parvo..... XII. A. 15.

Tres alias hujuscemodi operis editiones adjecimus in Tom. I. pag. 344. quarum duae excusae *Romae* sunt, tertia nullam gerit typographicam notam: praesens vero rarissima censetur ob silentium Bibliographorum, et tantummodo notatur in *Catalogo Biblioth. Abb. Nicolai de Rossi. pag. 66.*, a quo *Audiffredus* notitiam sumpsit, ut ipsemet fatetur in *Specim. pag. 327.* Opusculum excusum est typo Romano, ac nitido admodum; et pagina charactere plenior lineas 36. complectitur. In superioribus marginibus anni indicantur litteris majusculis semi-gallo-francis, sicuti etiam menses per integrum calendarium in quavis pagina, in qua Eclipses lunae indicatae conspiciuntur. Primam initialem operis xylographicam Impressor adposuit, qui folia signavit litteris et Romanis notis; neglexit tamen paginarum numeros, et custodes.

Grasolarii Iacobi. Epistola Iacobo de Pellatis super opera Aegidii Romani. *Vide* Aegidii Romani. *Tom. I. pag. 7. et Append. Vide etiam* S. Cypriani. *Tom. I. pag. 126 ubi aliqua* de Grasolaria.

Gregorii P. Tifernatis. *Vide* Tifernatis. *Tom. III. pag. 247.*

Gritisch Ioannis Ordin. Minor. Quadragesimale: *Praecedit Tabula, hac praevia notitia:* Tabula pñs alphabetica totū in huius libri pressum expassa (sic) Bene est memorie cōmendanda etc. etc. etc. *Haec materiarum Alphabetica Tabula vigintiquinque priora folia occupat, in quavis pagina in duas columnas distincta. In folio XXVI ipsum opus his verbis inchoatur:* Quadragesimale fratris iohꝰis Gritsch ordinis frat4 mino4 doctoris eximij ꝑ totū tempis anni spatiū desꝰviens cū Thematū evāgelio4 et eplª a4 introduccōibꝰ (sic) et tabula ꝑoptima. Incipit felicitꝫ. *Tum protinus incipit primus Sermo. In prima folii CCLI aversi*

Digitized by Google

columna, linea XXVII. *Opus* Finit feliciter. *Tum in sequenti columna*: Registrū de evangelio4 ac epla4 thematibus atq3 introductiōibus tam dn̄icalium q̄ et festo4 per anni circulum. Et primo de dn̄icis, scdō de festis. Incipit feliciter. *Desinit totum opus in secunda columna folii aversi* CCLXIX, *et post lineam* XXXIV *extat sequens subscriptio:* Explicit quadragesimale tripartitū Religiosi viri magistri Ioh°is gritsch d° Basilea p̄fessoris sacre theologie eximij. Impressum et ɔtinuatū cum dei adiutorio p̄ Iohannem zeiner de Rutlingen. Anno ic̄lxxv. (Mccccxxxv) die vo. vicesimo octobris. *Tum Calligraphi manu rubro colore* 1475. Ihesus Marie filius.

In folio maj..... IV. H. 13.

Plures de opere presenti editiones saeculo xv in lucem prodiere; haec vero, quae *Ulmae* typis evulgata fuit, originalis est, et quam maxime a Bibliographis celebrata. *Oudin Tom. III. Comment. de Script. Eccles. Robert. Gerius in Adpend. ad Cave Hist. Eccles. pag. 129. Gemeiner in Notit. libr. rar. pag. 157.* Compositio paginarum duas columnas exhibet, quarum quaevis integra 50 complectitur lineas. Typi gallo-franci, nitide et conspicui sunt, et satis latum marginibus locum relinquunt, in quibus notulae mss. charactere minuto subalbido leguntur : initiales adjectae sunt ab Illuminatore, nam spatia tantum illis Typographus destinaverat. Interpunctionis signum solum observatur punctum; nullae vero signaturae, vel custodes, nullique paginarum numeri. Charta firma quidem, sed cruda, et minus alba adparet. In superiori margine sermonis numerus indicatur; et in principio cujuscumque sermonis dies, qua est habitus, ab eodem Illuminatore rubro colore notatur.

Digitized by Google

G U

Guainerii Antonii, Practica medicinae, *cum aliis ejusdem* Tractatibus. *Prima voluminis pagina haec majusculis typis impressa verba refert:* Practica Antonij Guainerij papiensis doctoris preclarissimi. *In folio secundo recto:* Incipit tractatus de egritudinibus capitis editus per Magistrum Antonium Guaynaerium papiensem artium et medicine doctorem clarissimum; *qui a Prologo incipit, cui Tabula subditur:* Tractatus de Arthetica et calculosa passione *inscribuntur* ad magnificum et insignem virum Andream de Birago ducalem camerarium. *Tractatus* de Peste *dicatur Epistola ab eodem Auctore* Philippo Marie benignissimo ac invictissimo Mediolani duci Papie Anglerieq3 Comiti magnifico. *Ad calcem voluminis, sequentia verba leguntur:* In hoc volumīe aggregati sunt omnes tractatus quos clarissimus et verissimus medicine interpres Antonius Guaynerius Papiēsis ad diversas corporis humani egritudines edidit. Et aureum est volumen et iuvenibus ad opus practicum noviter accedentibus maxime utile. Et diligentissime emendati per prestantissimum artium et medicine doctorem magr̄m Hieronymū Faventinum. Impressum opus mandato et expensis Nobilis viri dñi Octaviani Scoti civis Modoetiēsis. i. 4. 9. 7. i6. kalen. Martias. per Bonetum Locatellum Bergomensem. *Sequitur* Octaviani Scoti *symbolum alibi descriptum, ac postea Tractatuum* Index, *postremo Registrum.*
In folio minori..... IX. H. ƶ3.

Opus excusum duplici columna, typo gallo-franco, qui in columna integra 66 lineas complectitur Numeri foliorum occurrunt, nec non signaturae, instructae litteris et Arabicis numeris: Inscriptiones in superioribus marginibus reperiuntur, custodes in inferioribus desunt; initiales xylographicae florentes habentur.

Guallensis Ioannis. *Vide* Walleis Ioan. *Tom. III. pag. 404.*

Guarrici Lucae. Additiones ad Almagestum Ptolomaei. *Vide* Ptolomaei. *Tom. II. pag. 388.*

Guidonis Iuvenalis. *Vide* Iuvenalis.

Guiville Petri de. Montis Albis Presbyteri. Scriptum in artem magnam Raymundi Lulli. *Extat cum opere, cujus titulus:* Ianua artis Raymundi Lulli. *Vide* Lulli. *Tom. II. pag. 50.*

Gupaltini Nicolai Veneti Physici: Praefatio in Problemata Aristotelis ad Sixtum IV. Pont. Max. *Extat in Editione* Aristotelis, *curata ab* Antonio de Strata Cremonensi, anno 1488 *ex altera, quae praecesserat impressione, lucemque viderat sub pontificatu* Sixti IV anno 1475. *Vide supra* Aristotelis.

Digitized by Google

HA – HE

Haedi Petri. *Articulo Tom. I. pag. 366 post lineam XXXIV. Adde:* Exemplar alterum..... VII. B. 28.

Heliae Hebraei. Versio quaestionis Averrois in librum Priorum Aristotelis. *Extat cum opere* Laurentii Majoli de conversione propositionum cuiuscumque generis secundum Peripateticos. *Vide* Majoli. *Tom. II. pag. 66.*

Hermanni. Versio ex arabico in latinum Poeticae et Rhetoricae Aristotelis. *Vide supra* Aristotelis.

Herodis Regis Iudaeorum. Epistola ad Senatum Romanum de Statura, Habitu Corporis, et Moribus Iesu Christi. *Extat cum* Epistola Rabbi Samuelis. *Vide* Samuelis. *Tom. III. pag. 53. Quae fides hujusmodi Epistolae sit habenda, Eruditi adprime norunt.*

Herolt F. Iohannis Ordin. PP. Sermones de tempore, quadragesimae, et de Sanctis. *Titulus praefixus in summitate primae columnae ita se habet:* Sermones discipuli de tempore ꝑ circulū anni incipiūt. Dominica prima adventus dñi. Sermo primus de adventu christi in carnem. *In calce sermonis CLXIIII, legitur:* Expliciunt sermones collecti ex diversis sanctorum dictis et ex pluribus libris: qui intitulantur sermones discipuli. Quia in istis sermonibus non subtilia per modum magistri: sed simplicia per modum discipuli conscripsi et collegi: sicut in principio huius libri: scilic. in primo sermone in prima dominica adventus premisi et si quid in presentibus sermonibus minus bene posui: in hoc me correctioni sancte matris ecclesie et cuilibet charitativo correctori subijcio et offero ad emendam Amen. *Post tres vacuas paginas, sub eadem signaturarum serie occurrit* Tabula sermonū discipuli de sanctis. *In sequenti folio:* Prologus in sermões discipuli de sanctis per circulū anni incipit: *quo absoluto, sequitur* Primus sermo generalis de sanctis. *In folio CCCXXX recto, linea XXV secundae columnae,* Sermones discipuli de sctis finiūt. *occurrunt alia 25 folia, quae continent* Regist4 breve huius operis secundū ordinem alphabeti effectus specialiores cuiuslibet sermonis brevissime indicās = Tabula presentis operis = Tabula de decem preceptis = Tabula supꝑ sermones de sanctis = Tabula super sermones per quadragesimam = Tabula de exemplis q̄ habent in his sermonibus = Casus papales = Casus episcopales = Inhibitiones a sacra cōmunione. *Tandem in fine voluminis:* Expliciūt inhibitiões a cōmunione tempore pasce (sic).

In 4.° ..... III. D. 11.

Digitized by Google

Sine ulla nota typographica. *Ioh. Herolt*, vel *Herold* opera, quae nomine proprio suppresso, sub *Discipuli* nomine typis prodierunt saeculo XV, edita refert *Beughemius in Incunab. Typograph.*, scilicet, *Norimbergae 1480; Spirae 1583. Basileae 1482. Daventriae 1485.* Praesentem editionem *Masch. pag. 531* et *Denisius pag. 554.* referunt ad annum 1480. Charactere gallofranco extat impressa in duabus columnis, et utraque earum habet lineas 49. Typographus neglexit foliorum numeros, haud vero reclamantes, et signaturas, quae litteris Romanisque numeris sunt notatae. Pro initialibus modo parva cernuntur elementa, modo vacua spatia tantum. Charta fusca, et parum expolita est. In superioribus marginibus Sermonum numeri observantur.

Digitized by Google

H 1

S. Hieronymi: Epistola ad Paulinum Presbyterum. *Vide* S. Augustini Opusculum de contemptu mundi..... II. D. 58.

—— *Ejusdem* S. Doctoris Vita. *In prima pagina* COMINCIA LA TAVOLA SOPRA LA VITA EL TRANSITO ET GLI MIRACOLI DEL BEATISSIMO HIERONYMO DOCTORE EXCELLENTISSIMO. *In folio tertio recto post Tabulam:* COMINCIA LA VITA DEL GLORIOSO SANCTO HIERONYMO DOCTORE EXCELLENTISSIMO, *quae desinit in folio* x *recto, verbo* FINIS. *Aversa pagina vacua est, et in folio sequenti,* COMINCIA LA EPISTOLA DEL BEATO EVSEBIO LA QUALE MANDO AL BEATO DAMASIO VESCOVO DI PORTVENSE ET A THEODONIO SENATORE DI ROMA DEL TRANSITO DEL BEATISSIMO SANCTO HIERONYMO CONFESSORE ET DOCTORE EXCELLENTISSIMO. CAPITVLO PRIMO. *Haec vero Epistola, constans capitulis 23, terminatur in secunda pagina folii* LXII *linea* III *et additur post verbum* FINIS. Finita e la pistola del beato Eusebio la quale mādo al beato Damasio Vescovo portuense: et a Theodonio Senatore di Roma del transito de lo gloriosissimo Hieronymo: et le sanctissime parole quale lui diceva quando andava a riposo. *Sequitur in sequenti folio alia Epistola, cujus titulus:* COMINCIA LA EPISTOLA DEL BEATO AVGVSTINO VESCOVO DE IPPONENSE CHE LUI MANDO AL Venerabilf (sic) CIRILLO VESCOVO DI IERUSALEM DE LE MAGNIFICENTIE (sic) E LAVDE DEL GLORIOSO HIERONYMO. *Post Epistolam* S. Augustini, *quae tria habet capitula, in postica pagina folii* LXXII. Comincia la Epistola del Venerabile Cirillo vescovo di Hierusalem: che mādo a Sancto Augustino di Miracoli de sancto Hieronymo doctore excellentissimo. *Hac tertia absoluta epistola in folio averso* CXVI *protinus* Incominciano certi miracoli de sancto Hieronymo doctore excelentissimo de la chiesia de dio: quali fuorono facti in la cita de troia dopo la morte de sancto Hieronymo. *His omnibus absolutis in secunda pagina folii* CXX *adcedunt elogia de eodem* S. Hieronymo *ex* Damaso, Augustino, Prospero, Isidoro, Sigisberto, Severo, Cassiodoro, Sidonio, Beda, *et* Pelagio Papa, *quibus subnectitur in secunda pagina folii* CXX. Oratione devotissia dedicata a sācto Hieronymo, *quae quidem Oratio metrica tristichis expressa est, hacque absoluta in sequenti pagina, leguntur versus:*

Qui si contien del glorioso e degno
Hieronymo: la vita el bel finire
Chel fece a nostro exempio per salire
Con verde palma nel beato regno.

In 4..... II. C. 38.

Digitized by Google

Pervetusta editio, in qua desunt signa consueta typographica. Rotundus est, et elegans typus, paginasque implet numero 28 linearum : idem adparet, ac illud, quo extant impressa opera *Flori*, *Horatii*, *et Apophthegmata Plutarchi*, quae nullam gerunt typographicam notitiam, et quorum suo loco mentionem fecimus. Charta est spissa, et compacta, sed parum alba. Pro initialibus vacua spatia habentur. De hac rarissima editione vide *Paitoni Tom. II pag. 142. Catalog. Bibl. Pinelli Tom. IV. pag. 124. Bolong Crevenna Tom. IV pag. 56. Denis Suppl. pag. 584. Mittare pag. 200.* Hunc libellum conflatum putamus ex vita quadam S. *Hieronymi*, et ex *Epistola Eusebii ad Damasum Episcopum Portuensem*, et *Theodorum Senatorem de obitu S. Hieronymi*, nec non ex *Epistola S. Augustini ad S. Cyrillum Hierosolymitanum* in laudem ejusdem *Hieronymi* atque ex *Cyrilli Epistola ad S. Augustinum de Hieronymi miraculis.* Haec vero scripta apocrypha, et nullius auctoritatis jure censuit eruditissimus *Martianay.*, qui eorumdem latinum textum excudendum curavit in Tom. v. Operum S. Hieronymi. Quantum vero hujusmodi interpretatio trium *Epistolarum*, vel paraphrasis a textu latino distet, cuilibet vel parum consideranti statim patebit.

Hispani Petri Summulae Logicae cum expositionibus Nicolai de Orbellis. *Adcedunt* : Passus Francisci de Mayronis super universalia Praedicamenta Aristotelis; Quaestiones de tribus principiis rerum naturalium Antonii Andreae; Boneti Formalitates secundum viam Scoti; Antonii Sireti Formalitates moderniores; S. Thomae Fallaciae et Tractatus de Ente, et Essentia : *Extant excusae cum* Expositionibus Nicolai de Orbellis. *Vide* Orbellis. *Tom. II. pag. 202.*

Historia Friderici I. Henrici IV. Philippi Othonis IV *et* Friderici II. *Nostrum exemplar hujuscemodi rarissimae editionis, expers in principio novem foliorum, quae suppleta habentur a perito Calligrapho, titulum gerit in summitate primae paginae :* Historia Friderici imperatoris magni hujus nominis primi ducis sueuorum et parentele sue. *Tum protinus ipsa incipit historia, quae per tria priora capitula de* Friderici I. *Majoribus agit. Tum de illo narratio incipit, cui quoque illorum adnectitur historia, qui ante eum Imperii habenas moderati sunt. Finis historiae* Friderici I *imponitur in aversa pagina folii* XXVI *linea* XV*; quam mox in linea sequenti historia* Henrici VI Friderici *filii excipit; eaque prima in folii* XXVIII *pagina, linea* IV *absoluta,* Philippi Henrici *fratris historia inchoat postica folii* XXXIII *pagina, linea* XX *initium sumit historia* Othonis IV *et dein* Friderici II. *Opus terminatur in aversa folii* XLIV *pagina, linea* XXXII *absque ulla finali subscriptione.*
In folio ..... XX. I. 10.

Charactere Romano, ac pereleganti, praesens opus papyro mundae et albae impressum est. Quaelibet pagina lineas exhibet 38. Initiales litterae, signaturae, custodes, paginarumque numeri penitus desiderantur. Pro interpunctionis signis aliud non conspicitur, quam punctum; in fine vero quorumdam capitum puncti loco, occurrunt duo puncta. Opus nullas sectiones, nullumque indiculum habet; sed tantum spatium relictum, quantum ad ascribendos titulos requiritur. Hac de editione rarissima, ac pervetusta, eruditissimus *Zapfius in sui itineris descript. pag. 32* adfirmat, tam rara esse ejus exemplaria, ut manuscriptis pene codicibus aequiparentur. Putat quoque eandem circa annum 1470 typis evulgatam, in quo tamen consentire nequit eruditissimus *Placidus Braun*, qui contendit hoc opus in suo monasterio *SS. Udalrici et Afrae Augustae* prelo commissum fuisse; sed hoc ante exitum anni 1472 fieri haud potuit, cum ante annum praefatum typographia in laudato Monasterio haud floruerit. Itaque intra annos 1473-1475 typis excusum forte dicendum est. Praeterea ipse doctissimus *Braun* putat, totam hanc historiam ex spurio *Chronico*

Digitized by Google

Urspergensi desumptam esse, ita quidem, ut quae de *Friderici* Praedecessoribus dicuntur, excerpta quaedam sint; quae vero de ipso *Friderico*, ejusque successoribus habentur, ad verbum exscripta observentur. Ast Scriptores recentiores constituunt duos hujus Chronici auctores; primum Monachum quemdam, qui id usque ad annum 1126 concinnavit; alterum vero quemdam Canonicum Praemonstratensem, qui quidem in *Monasterio Urspergensi* vitam degebat, et hic ab anno *1126* usque ad annum *1229* illud prosecutus est. Patet quoque ex *Philippi Imperatoris* historia, eum fuisse *Ordinis Praemonstratensis* alumnum, siquidem in ultimis lineis legitur: *Anno domini m. cc. Ego ad Ordinem Praemonstratensem veni.*

S. Hilarii Episcopi Pictaviensis. Libellus quinque Quaestionum. *Vide* Opus Quaestionum S. Augustini, *cum quo extat* impressus..... II. E. 2.

Digitized by Google

HO - HU

HOCKAM GUILIELMI. *Vide* Ockam. *Tom. II. pag. 188.*

HODESCHI PETRI Foelicis SUTRINI. Epistola Nuncupatoria Reverendissimo in xp̄o patri dño dño Raphaeli Sancti Georgii ad velum aureum Sanctae Romanae ecclesiae Diacono Cardinali, *praefixa opusculo* de inductione formarum ex principiis scientiae naturalis Zachariae. *Vide infra Art.* Zachariae.

HAMNONII LUDOVICI NERVII. Praefatio Operi praefixa Nicolai de Orbellis super quatuor sententiarum libros. *Adcedit ejusdem* Epigramma *in calce operis. Vide* Orbellis. *Tom. II. pag. 202.*

HONORATI SERVII MAURI. Commentaria in Virgilium. *In fronte operis legitur:* MAURI SERVII HONORATI GRAMMATICI IN TRIA VIRGILII OPERA EXPOSITIO INCIPIT. ET PRIMO IN BVCOLICA. *Caeteri tituli, qui in toto operis corpore occurrunt, excusi cernuntur eodem majuscolo Romano typo; qui quidem adhibitus fuit in subscriptionibus particularibus ad calcem plurimorum Commentariorum adjectis; nec non in prima cujuslibet Commentarii linea. Finalis tamen subscriptio est eodem charactere, quo opus ipsum. Ad calcem ultimi Commentarii, qui finitur binis* Homeri *versibus*, Graece *excusis, post Poetae nomen, in eadem linea haec epaenologia subjuncta fuit.*

Laus tibi Criste Iesu initium atq3 finis omniū rer4 (sic) amē. *Exinde:*

Anser Tarpeii custos Iovis: unde: q alis
Constreperes. Gallus decidit. Vltor adest.
Vdalricus Gallus: ne quem poscant⁹ inusum
Edocuit pennis nil opus esse tuis.
Imprimit ille die: quantum non scribit⁹ anno
Ingenio haud noceas Omnia vincit homo.

Huic subjungitur nomen Possessoris, scilicet: Antonii Seripandi et Amicorum; *et in penultima pagina occurrit* Tabula Servii super operibus Virgilii. In folio..... XII. G. 8.

Sine nota chronologica. Splendidissima editio excusa latino charactere, qui aliquanto perfectior est eo, quo *Uldalricus Han Livium, Plutarchum*, aliosque varios impressit; nec ex libris hujus Typographi ullus est, qui ratione typographici opificii cum praesenti conferri posse videatur. Graecus character pro locis Graecis adhibitus fuit, et quidem satis elegans: neque in magno foliorum numero, quae cum in principio, tum in medio, ac fine voluminis inspicere lubuit, locum ullum offendimus, in quo is deesset. Charta est firma, et alba, et lineae 41 in paginis plenis numerantur. Signaturarum series, reclamantes, et foliorum nnmeri omnino praetermissi fuerunt in amplis marginibus; in quibus notulae mss. charactere subalbido ipsius *Antonii Seripandi* Possessoris leguntur in libros tantummodo *Bucolicorum*, et *Georgicorum*. *P. Laire in Specim. Hist. Typogr. Rom. pag. 135* refert praesentem editionem ad annum *1469*. *Maittairus pag. 292* ad annum *1470*. Ast ut verum fatear, potius ad annum *1471* pertinere videtur haec editio, uti suspicatur *Audiffredus* in *Catal. Hist. Crit. Edit. Saec. XV pag.* 71. Laudatus *P. Laire* mihi videtur a vero aber-

Digitized by Google

rasse dicens *cit. l. Virgilii opera omnia cum commentariis Mauri Servii ex editione Campani.* Et in subjecta annotatione (g). *Haec est prima Virgilii editio cum Commentariis.* Haec editio neque prima est, neque secunda, neque ultima *Operum Virgilis cum Commentariis;* sed est praeclara editio *Commentariorum Servii* in eadem, in qua tamen Poetae contextus desideratur: quae idcirco perperam *Virgilii opera cum commentariis* appellatur. Esse autem *ex Editione Campani*, fortasse verissimum est; sed vellem indicasset fontes, unde sibi certo innotuit, ejusmodi Commentarios seu, ut ipse dicit, *Virgilii Opera cum Commentariis*, esse ex editione *Campani. Campanus* autem in more habuit praefigere epistolas editionibus a se curatis, ut videre est in *Livium*, *Plutarchum*, *Phalaridis Epistolas*, *Quintilianum*, *Svetonium*, et *Ciceronis Philippicas*, ita ut ipsae ejusdem epistolae eisdem praefixae nemini dubitandi locum relinquant. At hos *Servii* Commentarios, in quos *Campanus* minime praefatus est, esse ex ejusdem editione, fieri quidem potest, sed probari certa ratione, et non fallacibus conjecturis, haud potest; quinimò contrarium suspicari licet.

—— *Ejusdem, eadem* Commentaria cum textu Virgilii. *Vide* Virgilii. *Tom. III. pag. 369.*

—— *Ejusdem*, Interpretatio in secundam Donati editionem. *Extat cum opere* Diomedis, *et aliis veteribus Grammaticis. Vide* Diomedis. *Tom. I. pag. 248.*

—— *Ejusdem*, Libellus de Ultimis Syllabis, et Centimetrum ex recentione Laurentii Abstemii. *Opuscula incipiunt ab Epistola dedicatoria, cujus inscriptio est:* Illustri ac erudito Principi Domino OCTAVIANO Vbaldino Comiti Mercatelli Laurentius Abstemius maceratensis. S. P. D. *In secundo folio recto incipit* Servii honorati grammatici doctissimi libellus de ultimis syllabis ad Aquilinum. *Desinit in postica pagina folii XI et protinus in eadem incipit* Servii honorati grammatici praecellētissimi centimetrum ad Albinū. *Opuscula absolvuntur ad calcem folii XXII recti, et in aversa pagina legitur:* Habes Lector in compendio discendi manualem libellum: quem magis probabis: si tibi usus scribendi pretiū volūtatis exolvat. LAVS DEO: *Deinde sequentia verba occurrunt:* FEDERICO illustrissimo Vrbinatium duce: Regio capitaneo generali: ac Sacrosanctae Romanae ecclesiae Vexillifero dignissimo regnante. Inclyto principe OCTAVIANO eius fratre benignissime favente: auxilianteque: Robertus de Fano: et Bernardinus de Bergomo: plura opera cum hoc impressere. Callii. Anno. Salutis. M. CCCCLXXVI XV Octobris. *Paginae duae totum libellum complent, quarum altera hexastichum hoc habet:*

Servius haec fecit: Maceratae Abstemius ortus
Correxit: monitis OCTAVIANE tuis:
Cum Bernardino Calli impressere Robertus:
Pacifico SIXTI tēpore pōtificis.
Tūc Dux Vrbini FEDERICUS signa gerebat
Eccl'inae. tanto quae fuit aucta duce.

Pagina altera Registrum totius operis *habet.*

In 4..... XII. A. 58.

Digitized by Google

Vix, aut ne vix quidem Scriptoribus rei typographicae praecipuis innotuit CALLII, quae UMBRIAE urbs est in URBINI Ducatu sita, Saeculo XV libros impressos fuisse: quod attamen ex hoc eximiae raritatis libello, et ex aliis notatis a *Tirabosco, Storia della letteratura Italiana. Tom. VI. Par. I. pag. 441* haud minus raris, adeo constat, ut propterea cum multis Italiae civitatibus, iisque praestantioribus, de antiquitate typographiae CALLIUM certare omnino possit. Nimis tamen fidenter *P. Laire* in *Ind. libr. Saec. XV. Tom. II. pag. 43.* statuit, ex hoc opusculo *Callii* vulgato, initium imprimendi ea in urbe factum fuisse; nam ex verbis Typographorum, supra notatis, scilicet: *Robertus de Fano, et Bernardinus de Bergomo plura opera cum hoc impressere*, contrarium evincitur; et potius dicendum postremum esse praesens opusculum in ea Civitate impressum. Est autem libellus uterque, eodem charactere qui Romanus grandioris formae est, accurate et eleganter impressus, absque numeris, signaturis, et custodibus, et pro initialibus modo vacua spatia, modo parva elementa conspiciuntur.

HONORATI. Liber unus Quaestionum de gratia novi Testamenti. *Vide* Opus Quaestionum S. Augustini..... II. E. 2.

HORTULUS REGINAE, *sive* Sermones de tempore, et de sanctis. *Vide* Meffret. *Tom. II. pag. 113.*

HOSBEIN HENRICI. Commentaria in Ethica Aristotelis. *Extat cum textu Ejusdem. Vide* Aristotelis..... VIII. A. 44.

HUGONIS DE SANCTO VICTORE. De duodecim abusionum gradibus. *Vide* S. Augustini, *inter cujus opera liber est impressus.*

Digitized by Google

1 A

Iacobi Diaconi, Episcopi Nonni. Vita S. Pelagiae. *Vide* Vita de' SS. Padri *Italice, editionis 1476. Tom. III. pag. 380.*

Iacobi de Scarparia. *Vide* Scarparia.

Iacobi Florentini. *Vide supra* Florentini.

Iacobi Papiensis. *Vide* Papiensis.

Iani Pannonii. *Vide* Pannonii.

Iani Parrhasii. *Vide* Parrhasii. *Tom. II. pag. 234.*

Ianduno *vel* Iandavo, *seu* Gandavo Iohannis de. Expositio super libros Averrois de substantia orbis, *cum* Quaestionibus *de eadem materia, et cum textu* Averrois. *In prima pagina haec impressa verba leguntur:* Incipit expositio super libro de substantia orbis Ioannis de Gandavo philosophi preclarissimi. *In secunda columna folii recti XVIII.* Finis expositionis sup libro de substantia orbis Ioannis de Gandavo philosophi preclarissimi. *Aversa pagina est vacua, et in folio sequenti* Incipiunt questiones singulares super libro de substantia orbis editae a clarissimo philosopho Ioanne de Gandavo. *In prima pagina folii XXXII post lineam XXVI opus absolvitur hac subscriptione:* Subtilissimis ac difficillimis questionibus in libellum commentatoris de substantia orbis a solertissimo physice veritatis indagatore Ioanne de Gandavo compilatis. Deo optimo maximoq3 favente finis feliciter impositus est. Impēsa ingenioq3 Henrici de sancto Urso summa cum diligentia impressis Vincentie annis dñi ab incarnatione. M. cccc. lxxxvj. xvij. Cal⁹ novembris. *Subnectitur Typographi signum alibi notatum, et in ultima aversa pagina visitur* Registrum.
In folio..... VII. A. 40.

Typo gallo-franco, qui major in textu, commentariis inserto, reperitur, expressum est opus; et in duabus columnis, quae 67 lineis minoris characteris constant. Inferiores margines signati visuntur litteris et Arabicis notis. Custodes vero, foliorum numeros, nec non initiales litteras Excusor penitus neglexit.

—— Alia editio, *cui imminet titulus:* Incipit expositio super libro de substantia orbis Iohānis de Gandavo philosophi preclarissimi. *Absoluta* Expositione super libro de substantia orbis *protinus* Incipiunt Quaestiones singulares etc. etc. *ut in praecedenti editione. In fine totius voluminis haec leguntur:* Subtilissimis qōnibus in libellum ɔmentatoris de subā orbis cū expositione text⁹ eiusdē libelli a solertissimo ph⁹yce veritatis īdagatore Ioāne de gandavo editis: quas una cū libris de aīa Aristotelis cū expositione clarissimi doctoris dñi Gaetani: cū qōnibus

Digitized by Google

eiusd⁹ de sensu agēte et de ꝑpetuitate ītellect⁹ diligentissime correxerūt venerā-dissimi viri. v3 dn̄s Magister Secūdus Contaren⁹ Venet⁹ sacre theologie ꝑfessor et Magister studij ꝟvētus frat4 heremita4: fraterq3 Paul⁹ Panormita: filij vero Patris fratrum hereḿita4 doctoris sctē matris ecclesie Augustini Thagastēsis. Finis imposit⁹ est Impēsa nobilis viri dn̄i Octaviani Scoti Civis Modoetiēsis per Bonetū Locatellū Bergomensem decimo kal. Ianuarias. i493. *Quaestionum indiculus ultima pagina absolvitur: in postrema Registrum adest, et* Octaviani Scoti *signum.*

In folio ..... VIII. F. 40.

Charactere gallo-franco, qui majoris formae in textu adparet, gemina columna impressum est volumen. Typus Commentarii lineas excipit 66 in columnis integris. Signaturae adsunt, instructae litteris et Arabicis notis. Custodes minime videntur: initiales ligno incisae florentes habentur: in ora superiori marginum folia numerata sunt, et quid in paginis excusum adsit, indicatur.

Iannetae Nicolai. Epistola ad Augustinum Niphum cum annotationibus, emendationibus, atque supputationibus in destructiones destructionum Averrois. *Extat cum* Nipho. *Vide* Niphi Augustini. *Tom. II. pag. 175.*

Ianuarii. Libri II. Inquisitionum, et de Ecclesiae Consuetudinibus. *Vide* Opus Quaestionum S. Augustini ..... II. E. 2.

Ianuensis Simonis. *Vide infra* Simonis Ianuensis.

Digitized by Google

IL - IM

ILLUMINATI NOVARIENSIS O FF. MINORUM. Carmen in laudem Rosarii Bernardini de Bustis. *Vide* de Bustis. *Tom. I. pag. 133.*

IMOLA ALEXANDRI DE. Apostillae super lecturam Bartoli de Saxo ferrato in codice, Digesto, et Infortiato. *Vide* Saxoferrato. *Tom. III. pag. 80.*

IMPEDIMENTA Susceptionis ordinū et executionis officiorū ipso4 quando qui sine dispensatione cum talibus impedimentis ad ordines promoventur. *Titulus hic praefigitur opusculo, ad calcem legitur tantum:* ET SIC EST FINIS.
In 4.°..... XIII. B. 14.

Nulla typographica nota. Editio Romana est, uti videtur, quae tamen *Audiffredo* latuit. Tribus foliis impressis constat opusculum, charactere rotundo, qui in paginis integris implet lineas 29. Custodes, foliorum numeri, et signaturae minime visuntur, nec tam exiguae molis opella his videtur indigere.

Exemplar alterum..... XIII. D. 15.

IMPERIALE. Comenciase el Primo libro Imperiale. Ove tratterimo de la conditione e mode de Iulio Cesaro. Doppo le battalglie (sic) facte comēciando el primo libro lautore apresso siguera lordine suo prohemio delautore. Capitulo Primo. *Ita se habet titulus operi praefixus in summitate primae paginae. Folio XV averso:* Explicit prima pars hujus libri Imperialis. *In folio sequenti:* Incipit secunda pars hujus libri Imperialis et describitur finis vite Iulii Cesaris. *Pars haec in secunda pagina folii XXXIV desinit, et in folio XXXV.* Incipit tertia pars huius libri Imperialis ubi describuntur generationes de Prefettis de Vicho e Colonnensis de ROMA. Finito el Terczo (sic) libro Imperiale, *in secunda folii LXVI pagina, et folio LXVII.* Qui se comencza (sic) la quarta del trattato Imperiale etc. etc. *Opus absolvitur folio recto CIII et post lineam VI legitur:* Anno Domini Mtllesimo quadringentesimo octuagesimo Ottavo. Al tempo del summo Pontefice e Sanctissimo padre Papa Innocentio Octavo Laus Deo.
In 4..... XIX. F. 62.

Auctor hujus libri, cujus perpauca exemplaria reperiuntur, est quidam *Camillus de Castello;* idque eruitur ex Capite III hujuscemodi operis, in quo Auctor ipse sic loquitur: *Onde volendo passare tempo e robbare a la fortuna gli accediose pensiere Io Cam. de castello studiando sopra lautore li quale parlano del regimento de la reale et nobile cita de Roma li quale le belle exemple a illuminato luniverso* etc. etc. etc. Propter raritatem laudatur a *Michaele Denis pag. 249* et in Catalogo *Biblioth. Caesareae Vindobonensis.* Character rotundus est, sed aliquomodo rudis et inaequalis, typographica tamen oeconomia, et impressionis forma valde incuriosa est, et neglecta. Signa, quae paginis subscribi solent, scilicet signaturae, et custodes, ab hoc volumine arcentur prorsus, nec non foliorum numeri. Lineae 30 ad summum in paginis occurrunt. Initiales modo spatiis tantum denotantur; modo ligneis formis caelatis impressae visuntur. Foliis calamo numeratis 103 opus constat.

Digitized by Google

I N

Infortunati Iulii Pomponii. *Vide* Lacti Pomponii. *Tom. II. pag. 8.*

Inguen Marsilii. Questiones clarissimi philosophi Marsilii Inguen super libris de generatione, et corruptione incipiunt. *Is titulus occurrit in summitate primae columnae folii primi recti. Ad calcem post verbum* FINIS, *additur:* Expliciunt questiones super libris de generatiõe et corruptione Aristo per excellentissimũ phylosophum Marsilium ĩguen disputate. Ac etiam emendate per doctissimum artium et medicine doctorem magistrum Nicoletum verniam theatinum ordinarie philosophiam in florentissimo gymnasio patavino legebat (sic). Ac etiam impressa Venetiis per Magistrum Otinum de Luna papiensem Regnante inclyto principe Augustino barbadico Anno domini. M. ccccc. die xii. Martii. *Sequuntur tituli Quaestionum, exinde:*

De emptore et Marsilio
Ut miles cum bella tument semiscet in armis
Si quid habet cordis si quid et artis habet.
Sic te Marsili toto rimabitur orbe
Ingenii si quis experientis erit.

In folio parvo..... IX. E. 26.

Extat hoc opus excusum et compactum cum *Expositione Aegidii Romani*, de quo egimus supra. Vide *Aegidii.*

Innocentii PP. IV. Apparatus in libros Decretalium. *Huic Art. in Tom. I. pag. 415 post lineam xli adde:*

Exemplar alterum..... VI. G. 21.

—— Tractatus Exceptionum. *Extat cum* Summa Gofredi de Trano super titulos Decretalium. *Vide* Trano. *Tom. III. pag. 257.*

Innocentii PP. VIII. Regule ordinationes et constitutiões Cancellarie Sanctissimi dñi nostri domini Innocẽtij divina ꝑvidentia pape viii scripte et correcte in Cancellaria Apostolica. *Post laudatum titulum, sequitur breve Prooemium:* Sanctissimus in xp̄o pater et dñs noster dominus Innocẽtius divina providẽtia papa viii suo4 predecesso4 vestigijs inherẽdo normã et ordinẽ gerẽdis dare volens in crastinũ assumptionis sue ad sũmũ apl'atus apicẽ videl3 die xxx mensis Augusti. Anni a nativitate dñi. M.cccclxxxiiij reservatiões cõstitutiones; et regulas infrascriptas fecit: quas etiam ex tunc suo tempore observare voluit, et quas de eius mãdato etc. etc. Nos Rodericus miseratiõe divina eꝑs Portucẽsis sancte Romane ecclesie vicecancellarius die lune xiii mẽsis septẽbris in Cãcellaria aplica fecimus publicari. *Sequuntur novae regulae, et ordinationes publicatae ann.*

Digitized by Google

1485, 1486, 1487, 1488. Ultima regula habet sequentem subscriptionem in prima ultimi folii pagina, post lineam XXII. Lecte et publicate fuerūt suprascripte regule Rome in Cācellaria aplᵉica die Sabbati xvviii mēsis Marcij. Anno incarnationis dn̄ice. M.cccclxxxix. Pont. p̄fati Sanctissimi dn̄i nr̄i pape Anno quinto.

In 4. parvo .... XIII. D. 43.

Ex adducto Prooemio, et ultima conclusione eruitur tantum tempus publicationis Regularum haud vero quando regulae ipsae praelo suppositae fuerint. Quapropter haec tantum de praesenti editione affirmare possumus, eam esse charactere gallo-franco *Stephani Plannck*, et signaturas exhibere. Opusculum est 34 fol.

—— *Ejusdem* Epistola ad Angelum Politianum. *Extat inter Politianenses Epistolas. Vide* Politiani. *Tom. II. pag. 344.*

Digitized by Google

IO

Ioannis Neapolitani. Epistola ad Silvia vergene onestissima, ne la quale exorta quella alla Religione. *Extat cum* Gersone de Imitatione Christi. Venet. 1488. *Italicè. Vide* Gersonis. *Tom. 1. pag. 338.*

Ioannis Andreae Episcopi Aleriensis, *e Bibliotheca* Pauli II et Sixti IV. Romanorum PP. *Vir fuit de literatura optime meritus, qui plerosque Sacros, et profanos Scriptores sua diligentia imprimendos in urbe curavit.* Epistola Paulo II *praefixa est editioni Romanae, operum* Apuleji. Ann. 1469 *nec non editionibus* Vincentinae 1488. Venetae 1497, *et* Mediolanensi 1497. *Vide* Apuleji. *Tom. 1. pag. 93 et Append.*

—— *Ejusdem*, Epistola *anepigrapha* ad Paulum II. *praemissa* Epistolis, *et* Tract. S. Hieronymi. *Edit. Rom. ann.* 1468 - 1470 - 1479 etc. *Vide* S. Hieronymi. *Tom. 1. pag. 379 et seq.*

—- *Ejusdem* Epistola ad Paulum II. *praefixa* operi Lactantii Firmiani *ann.* 1470 *et* 1490. *Vide* Lactantii. *Tom. 11. pag. 4.*

—— *Ejusdem*, Epistola ad Paulum II. *praemissa* Sermonibus et Epistolis S. Leonis Papae I *ann.* 1470 - 1482 - 1485. *Vide* S. Leonis. *Tom. 11. pag. 25.*

—— *Ejusdem* Epistola ad Paulum II. *praemissa Editionibus* Historiarum Titi Livii. Romae, *sine nota Chronologica; ibidem*, 1472. Mediolani 1480. Tarvisii 1485. *Vide* Livii. *Tom. 11. pag. 33.*

—— *Ejusdem*, Epistola ad Sixtum PP. IV *praefixa* Commentariis Nicolai de Lyra. Romae 1471 *et* 1472. *Vide* Lyra. *Tom. 11. pag. 54.*

—— *Ejusdem*, Epistola ad Paulum II. Pontificem, *praefixa* Historiae Naturali C. Plinii Secundi, Romae ann. 1470. *Vide* Plinii. *Tom. 11. pag. 320.*

—— *Ejusdem*, Epistola Paulo II. PP. *praemissa* libris Punicorum Silii Italici. Rom. 1471. *Vide* Silii Italici. *Tom. 111. pag. 121.*

—— *Ejusdem*, Epistola ad Paulum II. *praemissa* Geographiae Strabonis. (Romae 1469.) *ibid.* 1472, 1480. *Vide* Strabonis. *Tom. 111. pag. 160.*

—— *Ejusdem*, Epistola ad Paulum II. PP. Epistolis S. Cypriani, *praemissa.* Romae 1471. *Vide* S. Cypriani. *Tom. 1. pag. 226.*

Ioannis Climaci. *Vide* Climaci Ioannis. *Tom. 1. pag. 207.*

Digitized by Google

Ioannis Francisci Brixiani, Monachi Congregationis S. Iustinae Ord. S. Benedicti. Collectio Regularum. *Vide* Regulae. *Tom. III. pag. 8.*

Ioannis de Santo Geminiano. *Vide* Geminiano. *Tom. I. pag. 333.*

Ioannis de Ianua. *Vide* Balbi Ioannis. *Tom. I. pag. 61.*

Ioannis de Mediavilla. *Vide* Mandavilla Ioannis. *Tom. II. pag. 75.*

Ioannis Mesue. *Vide* Mesue Ioannis. *Tom. II. pag. 124.*

Ioannis Petri Lucensis. Interpretatio Problematum Plutarchi. *Vide Tom. II. pag. 337.*

Ioannis Regis Portugalliae. Epistola Angelo Politiano. *Vide* Politiani. *Tom. II. pag. 344.*

Ioannis Saxonienis. Canones in Tabulas Alphonsi Regis. *Vide* Alphonsi.

Ioannis Scoti. *Vide* Duns. *Tom. I. pag. 266.*

Ioannis Subdiaconi S. R. E. Versio de Graeco in latinum Adhortationum SS. PP. *Vide* Vitae SS. PP. *Tom. III. pag. 378.*

Ioannis Serapionis Filii. Medici. Practica dicta, Breviarium, in tractatibus septem. *Est in opere* Pandectarum Matthei Silvatici. *Vide* Silvatici. *Tom. III. pag. 126. Vide insuper* Serapionis, *ibidem, pag. 112.*

Ioannis de Turre Cremata. *Vide* Turre Cremata. *Tom. III. pag. 275.*

Ioannis Episcopi Cantuariensis. *Vide* Peachhami Ioannis. *Tom. II. pag. 241.*

Ioannis Monachi Cardinalis. Commentaria in sex Extravagantes Bonifacii PP. VIII. *Extant cum* Tractatu Visitationum Ioannis Francisci de Pavinis. *Vide* Pavinis. *Tom. II. pag. 237.*

Ioannis PP. XXII. Extravagantes tres, *cum* Glossis Guillelmi de Monte Lauduno, *et quibusdam additionibus* Ioannis Francisci de Pavinis. *Adcedunt* Constitutiones II, *quarum altera incipit:* Ut quos virtutis amor a vitio etc. etc. *alia,* Quum nonnulle persone ecclesiastice revocare etc. etc. *absque commentario. Extant cum* Tractatu visitationum Ioannis Francisci de Pavinis. *Vide* Pavinis. *Tom. II. pag. 237.*

—— Constitutio, *quae incipit:* Execrabilis quorundam tam Religiosorum, quam secularium ambitio etc. etc. *Extat in parvo quodam Bullario, cujus mentionem fecimus in Tom. III. pag. 132. Art.* Sixti PP. IV.

Digitized by Google

Ionata Martino. *Vide* Yonata Martino. *Tom. III. pag. 410.*

Ionti de Monte gallo Oliverii. Quaestio de subjecta et propria passione. *Extat cum opere* Stephani de Flandria, *de quo actum supra. Vide* Flandria.

Iordani F. Sermo de Christi Corpore. *Vide* Ripa alta Iordani de. *Tom. III. pag. 14.*

Digitized by Google

I S

S. Isidori. Chronicon, *sive* Opusculum de Temporibus. *Huic artic Tom. 1. pag. 423. post lineam V. adde:* Cronica, *cujus breve Prooemium hic ad verbum referre non abs re erit:* (R) EFERISCESE ET NARRA IN la presente opera la cronicha de sancto Isidoro menore: con alchune adictioni chavate dal texto et historie della Biblia: et del libro da Paulo Orosio: et delle passioni delli sancti: Et se referera ī la dicta cronicha le sei eta del mōdo: cioe dal principio del mōdo quādo creo dio el cèlo et la terra et el primo homo che fo Adam: ꝑ fine al papa Honorio terzo: Et anchi cōtene in se tucti li nomi delli principi residēti in quel tēpo sopra el Populo de israel: ꝑ fine ladvenimēto de christo. Et ancora cōtene in se tucti li nomi de li īperatori che ꝑ fine al Federico secōdo inclusivamēte regnaro: et el tēpo dellāni che cogliano nelle predicte sei eta: el q̄le tēpo fo dalla creatione de Adam: ꝑ fine alla īcarnatione del nostro Signore iesu christo cinq. milia. clxxxv. āni. Et dalla īcarnatiōe de christo ꝑ fine al di che mori el dicto Federico secondo āni mille. ccli. erano gia passati. Et anchora cōtene in se la dicta cronicha tucti li nomi de quilli che edificharo nel mōdo alchune citta: Siccome nel presente libro ordinatissimamente se comprende. *Folio* XLVI *averso post* XIII *lineam, legitur sequens typographica nota:*

Finisce la cronicha de sancto ysidoro menore
correcta et revista per Baptista Alexandro Ia
conello Reatino: stampata in Aquila per mae
stro Adam de Rothuvil Alamano: alli āni do
mini. M. cccc. LXXXii. Ad di cinque de Octobro.
LAUS DEO AMEN.

In 4.° parvo..... XI. B. 9.

Quisquis fuerit Interpres hujusmodi *Chronici*, ipse tamen addit multa Isidoriano textui, continuatque opus usque ad *Friderici II Imperatoris* obitum, annumque 1250 dum in brevi Praefatione latina hujus operis sequentia verba occurrunt: *Horum nos temporum summam ab exordio mundi usque ad Augusti Heraclij, et Sisebuti Gotthorum Regis principatum, quanta potuimus brevitate, notavimus.* Nec vero poterat laudatus S. Doctor ultra suam vitam conscribere Chronicum, quum ea aetate ipse floruerit et e vita decesserit, quae legitur etiam in hac Italica versione, nam Interpres sic scribit circa initium Saeculi VII. *Eraclio insieme con Constantino suo figliolo regno anni XXXI et lanni domini VI cento XXI. Nel tempo del quale fo Macometto: el quale tra li saracini fo dicto gran propheta. Et in questo tempo fo Sco Isidoro homo sanctita etc. etc.* De hac versione vide *Maffei, Traductori Italiani pag. 58. Biblioth. Hisp. Vet. Tom. 1. pag. 337.* Editio eximiae raritatis, quam celebrant *Audifredus Specim. pag. 402. Giustiniani pag. 103. Salvadore di Blasi lettere in Opusculi di Autori Siciliani. Tom 20. pag. 211.* Character Romanus est, idemque omnino, quo *Adam Rothwill* hoc eodem anno impressit *Plutarchi vitas*, et Opusculum: *Septenario di Frate Iacobo Bangese.* Foliorum fasciculi sex sunt, signati sex prioribus alphabeti litteris. Desunt numeri foliorum, custodes, et Registrum, initiales tamen parvis elementis indicantur.

Digitized by Google

—— Contra Iudeos. *In fronte primae paginae litteris capitalibus legitur:* LIBER YSIDORI CONTRA IUDEOS. *Protinus sequitur opus ipsum, et terminatur folio xxxv recto. Ad calcem subjunguntur Narrationes duae* Fl. Iosephi de Iesu Christo, *una cum* Epistola Pilati de nece dñi nri Ihesu ad claudium missa impatorem; *et tandem quaedam de factis* S. Isidori, *desumpta ex lectionibus officii ejusdem, quibus subjectum est* Registrum foliorum.
In 4. parvo..... XIII. D. 42.

Sine notis typographicis. Constat hoc opusculum foliis xxxviii et est charactere Romano non ineleganti impressum; licet editio fortasse Romana non sit. Desunt signaturae, custodes, et foliorum numeri, et lineae 27 in paginis integris numerantur.

Isocratis. Orationes, *graece. Huic artic. Tom. i. pag. 403 post lineam xxxiv add:*

Exemplar alterum..... XII. D. 5.

Istorietta di Florio e Bianco Fiore. *Vide* Poematia Italica. *Tom. ii. pag. 338.*

Digitized by Google

I U

Iudae. Versio hispanica ex Arabico operum Albohazen de Iudiciis Astrorum, *latine* ab Aegidio de Tebaldis traducta. *Vide* Halyabatis. *Tom. 1. pag. 367.*

Iuliarii Iacobi Comitis Veronensis. Epistola et Epigramma in Catulli explicationem ad Antonium Parthenium. *Vide* Catulli *editionem anni 1486. Tom. 1. pag. 170.*

—— *Ejusdem* Carmen in laudem operis Iohannis Antonii Panthei. *Extat cum hoc opere. Vide* Panthei. *Tom. 11. pag. 230.*

Iustini Epitome historiarum Trogi Pompeii. *Italice, ex versione* Hieronymi Squarzafici. *Prologo Auctoris verba haec praefiguntur.* Iustino uulgarizato iustissimamente qui comencia: *Prologo hoc absoluto, protinus in eadem prima pagina opus incipit, ac desinit linea XXIII folii recti CXXII, cum hac typographica notitia:* Finisse il libro di Iustino abreviatore di Trogo pōpeio posto diligētamēte in materna lingua. Et impresso in lalma citade de venesia ale spesse (sic) di Iohāne de colonia, et Iohāne gheretzē cōpagno ne gli anni dil signore M. CCCC. LXXVII a li giorno x septembri. Andrea vendermino (sic) felicissimo duce imperante. *Huic adjecta est Epistola, qua* Hieronymo squarzafico alexandrino: al magnifico et generoso mess. Nicolo de cāpobasso: et di tremule dignissimo cōte: et di larte militare īpatore egregio. Salute māda. *Absolvitur hac subscriptione:* Data in Venesia ali giorni xij. setembris. (sic) M. CCCC. LXXVij. In folio..... XII. F. 35.

Prima versio hujus operis, quam commendant *Paitonus, Haym, Zeno, Fontanini*, aliique. De raritate vero et eximia pulchritudine istius principis editionis perlegere juvabit *Maittaire pag. 383 de Bure Hist. Tom. 1. pag. 261. Crevenna. Tom. v pag. 47. Pinelli Catal. Tom. iv pag. 146.* Ipsa etenim praestantioribus typographicae artis speciminibus aequalis dici potest, quum firma et polita charta, rotundoque eleganti charactere sit praedita, qui lineas modo 36, modo 25 implet in paginis. Custodes desiderantur, et plagularum numeri, sed habentur signaturae instructae litteris et Arabicis numeris, et initiales parvis formis supplentur.

Iuvenalis D. Iunii. Satyrae *Nostrum exemplar caret duobus foliis in principio, et folium III voluminis incipit a versu CXXVI primae Satyrae, nempe:*

Ipse dies pulcro distinguitur ordine rerum. *Caret insuper aliis duobus foliis circa finem, ita ut* Satyra XV *desinat versu:*

Sufficeret totum corrosis ossibus edit.

Digitized by Google

Deest fere tota XVI. *Satyra, et tantummodo supersunt postremi 16 versus, in folio ultimo recto. In fine horum legitur:*

EXPLICIT . IVVENALIS . A
QVINATIS . FELICITER . E
MENDATUM . PER . M . M.
A. S. M.

Persius *incipit hoc titulo in sequenti folio; eodem charactere excusus:*

Auli Flacci Persii satyra prima.

Quo absoluto, extrema libri pagina exhibet **Totius voluminis speculum,** *quod* **Registrum** *dicimus.*
In folio parvo..... XII. B. I.

Codex praestantissimus ob notulas mss. marginales, et interlineales charactere minuto et subalbido, quae in toto volumine leguntur; quinimo ipse doctissimus vir duobus foliolis sua manu supplevit, quae desunt Satyris XV; et XVI, uti supra innuimus, hinc cum codicibus mitis propemodum aequiparandus. Accuratam Editionis hujus oppido rarae notitiam suppeditat pro prima vice *Morellius in Catal. Biblioth. Pinellii, Tom. II. pag. 333,* qui ex editionibus, quas sine ulla nota factas Bibliographi praestantiores proferunt, hanc esse preastantiorem asserit. Ipsa vero caret numeris atque custodibus, habet signaturas a littera *a* usque ad *b* quoad *Iuvenalem*, ac denuo ab *a* usque ad *b* quoad Persium. Character est omnino Romanus; pagina quaelibet lineas tres ac triginta habet. Ast quo anno, et quo in loco ipsa prodierit, dictu est perdifficile.

Iuvenalis Guidonis. Epistolae. *In priori pagina typis semigallo-francis majoris formae habetur sequens titulus tribus lineis distinctus:* **Guidonis Iuvenalis religionem ingredientis ad discipulos. Epistola.** *His verbis subnectitur quadrangulum xylographicum, quod arborem repraesentat, ex qua scutum pendet, quod nomen Typographi, nempe,* **FELIX (Baligaud)** *inscriptum habet. Ad arboris radices duae simiae ex utraque parte unguibus arborem sustentant. In secundo folio incipit prima epistola, qua* **Guido iuvenalis sectatoribus suis atque discipulis q̄ plurimam dicit salutem.** *Hac absoluta, sequuntur aliae epistolae, quae Gallicam versionem post latinum textum habent, nempe;* ***I.*** **Epistola de rebus divinis;** ***II.*** **Epistola de Moribus.** ***III.*** **Epistola de rebus severis et gravibus.** ***IV.*** **Epistola de rebus novis qualescunq3 acciderint;** ***V.*** **Epistola consolatoria.** ***VI.*** **Epistola commendatitia;** ***VII.*** **Epistola hortatoria.** ***VIII.*** **Epistola de rebus familiaribus.** ***IX.*** **Epistola de rebus iocosis.** ***X.*** **Epistola recriminatoria.** ***XI.*** **Epistola petitoria;** *haec, quae ultima est, desinit ad lineam* XXIII *primae paginae folii* XXVII, *verbo,* **Finis.**
In 4.° parvo..... XII. A. 81.

Digitized by Google

Hoc opusculum, cui nulla inhaeret typographica nótitia, quodque fugit Bibliographos fere omnes, suspicor *Felicem Baligau*, Parisiis exarasse circa annum 1494 ubi artem Tipographicam exercuit ab anno 1488 ad 1499. Vide *Chevillier, l'Origine de l'Imprimerie de Paris;* idque conjicio ex *Morero*, qui prae caeteris fusius locutus est de *Guidone Iuvenali*, ejusque operibus, post *P. Liron*, cujus opera in hac Regia Bibliotheca desiderantur. Scribit enim laudatus Morerus, art. *Iouvennaux : La meme année 1494. Gui. publia à Paris, chez Felix Baligault, une explication en latin des élégances de Laurent Valle, et de Gellius, qu'il dédia à Guillaume Brisonnet, évêque de Lodéve. Ou y trouve aussi huit lettres de l'auteur a differentes personnes.* Hujusmodi libelli typus duplex est; nam Epistolae latino sermone conscriptae, licet semi-gallo-francus sit, rotunditatem tamen quamdam elegantissimam praesefert; eaedem Epistolae gallice versae excusae cernuntur charactere, quem vulgo, *Corsivum* adpellant. Utraque elementa sunt ejusdem elegantiae et magnitudinis, adeo ut nullum altius vel depressius adpareat. Signaturae occurrunt, numeri vero foliorum, et custodes desunt. Abbreviationes frequentes sunt in utroque sermone, sed lectorem minime praepediunt quum obviae sint, et facile intelligantur.

Digitized by Google

K E

KEMPIS THOMAE. Tractatus de imitatione Christi. *In prima pagina majoribus litteris gallo-francis legitur:* Tractatus de imitatione christi Cū tractatulo de meditatione cordis. *In secundo folio recto incipit* Tabula Capitulorum in libros sequentes, *quae occupat quatuor folia. In folio quinto* Incipit liber primus fratris Thome de Kēpis canonici regularis ordinis sc̄ti Augustini. De imitatione christi et de contēptu omniū vanitatū mundi. *Post haec omnia, adcedit ejusdem Auctoris* Devota exhortatio ad sacram corporis christi cōmunionem, *contenta xviii capitulis. In folio* LXIII *averso:* Explicit liber quartus et ultimus de Sacramento Altaris. *Exinde:* Fratris Thomae de kempis de imitatōe christi : de q3 otemptu mundi devotū et utile opusculū finit feliciter. *Protinus* Incipit tractatus de meditatione cordis magistri Iohannis gerson. *In calce hujus:* Tractatulus venerabilis mgr̄i Iohānis Gerson de meditatōe cordis lugduni impssus p Iohēm trechsel art. impressorie magistrū. Anno nr̄e salut.ˢ MCCCCLXXXIX. die vō. xj. mensis octobris, finit feliciter. *Extat excusus, et compactus cum* Io, Gersone, *de quo egimus supra. Vide* Gersonis..... II. D. 55.

KETHAM IOHANNIS DE. Fasciculus medicinae. *In primo folio recto occurrunt variae figurae ligno incisae, inter quas eminet icon* Petri de Montagnana. *In aversa pagina aliae figurae pariter ligno insculptae, variorum doctorum, forsan medicorum, repraesentantur. In folio secundo recto occurrit alia lignea tabula, in qua continentur iudicia urinarum cum suis accidentibus; in postica pagina* Incipit fasciculus medicine compositus per excellentissimum artium ac medicine doctorum (sic) Dominū Ioānem de ketham Alamanum : tractans de anathomia et diversis infirmitatibus : et corporis humani : cui annectuntur multi alii tractatus per diversos excellentissimos doctores compositi. Nec non anathomia Mūdini. *Occurrunt in volumine sex aliae Tabulae pariter ligno insculptae. Adcedunt* Tractatus, et consilia clarissimi doctoris domini Petri de tausignano pro peste evitanda, *et* Anathomia Mundini. *In calce:* Impressum Venetiis per Iohannem et Gregorium de Gregorijs fratres. Anno domini. M. cccc. die xvij. Febˢ *Exinde :*

Explicit Fasciculus medicine in quo continèntur. Videlicet
Primo iudicia urina4 cum suis accūtijs (sic)
Secundo tractatus de flebotomia
Tertio de Cyrogia (*sic pro chirurgia*)
Quarto de Matrice Mulierum et impregnatione
Quinto ɔsilia vtilissima ɔtra epidemiam
Sexto de Anathomia mundini totius corporis humani.
Septimo de egritudinibus puerorum.

His adcedit signum Typographorum alibi notatum.
In folio..... IX. G. 36.

Digitized by Google

Panzer Tom. III. pag. 469 ex *Maittaire*, *Platner*, et *Roloff*, aliam excitant editionem ejusdem anni 1500, *die* tamen *XXVIII Martii*, quum haec nostra referat diem *XVII Februarij*, quam penes neminem Bibliographorum reperire mihi licuit. Typus est gallo-francus; pagina quaevis in duas distincta est columnas, et litterae initiales xylographicae sunt adjectae. Custodes et signaturae suo loco visuntur; paginarum tamen numeri desiderantur.

KOSBEIN F. HENRICI. Textus ethicorum Aristotelis ad Nicomachum juxta antiquam translationem cum familiarissimo commentario in eundem: et compendiosis questionibus ac dubiis circa litteram emergentibus ad mentem doctissimorum virorum et magistrorum Martini magistri et Iohannis buridani majori pro parte decisis: nuper magna cum vigilantia castigatis: et singulis in marginibus diligentissime quotatis. *Vide* Martini de Magistris. *Tom. II. pag. 61.*

Licet multi adscribant hoc opus *Martino de Magistris*, sicut et nos etiam ipsi in Tom. II. pag. 61. adscripsimus; alii tamen. *F. Henrico kosbein* jure meritoque adjudicarunt, uti ex fide ipsius operis eruitur, ad cujus calcem sic legitur: *Finit liber Ethicorum Aristotelis ad Nicomachum interprete, (ut nonnulli astruunt) Fratre Henrico kosbein ordinis Fratrum Praedicatorum, quem et omnes textus ejusdem philosophi traduxisse dicunt, adjuncta familiari explanatione literali per totum, ac per primos sex libros ad singulos tractatus interjectis quaestionibus et dubiis non minus fructuose quam succincte discussis. Ex Parisiis VI kal. Octob. M. CCCCC.* Claris. Quetif *in Bibl. Script. Ord. PP. Tom. I. pag. 469* recte observat, non eumdem esse et versionis textus Aristotelici, et explanationis litteralis quaestionumque seu dubiorum Auctorem: versio enim eadem est, qua usus *S. Thomas*; auctor vero explanationis, seu Commentarii, ac quaestionum ad summum clarebat sub finem saec. XV, nam in folio 70 averso, versiones laudat *Leonardi Aretini*, et *Ioh. Argyropuli*, quorum primus anno 1480, vel 1483, e vita decessit, alter vero anno 1460 etiamnum florebat. Legitur insuper apud *Ioh. Nyderum*, lib. I. cap. 10. *Sileo de omnibus textibus philosophi, quos Henricus Kosbein de Graeco transtulit.* Ex quo colligitur jam aetate *Nyderi*, idest circa 1430., *Henricum Kosbein* vulgo creditum fuisse *Aristotelis* librorum Interpretem. An vero *Kosbenius* fuerit tantummodo Auctor versionis lib. *Aristotelis*, et alius fuerit Explanator Quaestionum et dubiorum, quum penes peritiores sit judicium, videant illi quibus otium est.

Digitized by Google

L A

Lacepiera P. Libro de locchio morale et spirituale vulgare. *Huic titulo in prima pagina excuso majori typo, subnexa est lignea tabella, quae repraesentat Monachum e cathedra concionantem ad populum. In secundo folio occurrit Epistola Nuncupatoria inscripta:* Frate Theoylo Romano del ordine heremitano di Sancto Agostino de la regulare observantia di Sancta Maria di Mōteorthone al Venerando padre Frate Domenico da ponzo: minore religioso. Ma magno seminatore del Verbo Evangelico salute in christo Iesu: et cetera. *Huic adcedit alia Epistola:* Alli magnifici et dilectissimi auditor miei nella chiesa del divo paulo alli nostri Sermoni assistenti q̄sto presente anno Frate Domenico da ponzo minimo de minori Salute sēpiterna nel Signor Iesu. *In tertio folio* INCOMINCIA EL DIVOTO ET VTILE LIBRO DEL OCCHIO SPIRITVALE PER SIMILITVDINE DEL MATERIALE OCCHIO. *Ad calcem voluminis:* Con lo aiuto del Signore idio siamo pervenuti al desiderato fine del occhio spirituale dal reverendo professor di sacra theologia. Maestro. P. lacepiera con sūma acuita di ingegno et artificiosamente composto: nella tradoction del quale secondo chel spirito sancto ne ha data la gratia diligenti stati siamo. Impresso in la īclita citta di Venetia. M. cccc. xcvi. a di. xxi. Mazo (sic) Finis.
In 4.°..... II. B. 13.

Nullo custode, aut foliorum numero margines occupandos censuit Typographus; sed aliter circa signaturas se gessit, quum seriem earum signaverit inferioribus, scilicet *a–h* cum numeris Romanis. Characterem adhibuit rotundum, quo lineas 37 implevit in unaquaque pagina integra. Initiales litterae formis ligneis caelatis expressae sunt. Praesens opus excitare videtur *Maittairus pag. 623 n. 2* ex *Waddingo Script. Ord. Min. pag. 210* his verbis: *Iohannes Waleys sive Gualensi Ord. Min. Oculus Moralis et Spiritualis. Italice versus a Theophilo Romano, et sub nomine magistri P. Lacepierae editus, apud Ioannem Hertzog. 1496.*

Lactantii Placidi. Interpretatio in duodecim libros Thebaidos: *cum dodecasticho* Bonini Mombritii Mediolanensis *carmine ad lectorem praefatio: quod ita se habet in principio primae paginae:*

Non est: quod dubites. galla de gente poetam
  Post primam lector lumen habere facem.
Nomen ei laetam fecit qui Statius urbem:
  Et tibi qui meruit proximus esse Maro:
Vidit ut hunc dulcis nimium Lactantius ora:
  Quo iuvet en inquit barbarus auctor habet.
Mantua fer gallae non succēsere Tholosae.
  Haud multum absimiles ambulat illa gradus.
Mox in eum scripsit. penitissima sensa recludens:
  Barbaron et docuit pura latina loqui.
Tamq3 fit interpres fando q̄ carmine Gallus
  Dulcis: ut hic cygnos postagat: ille favos.

Digitized by Google

Huic subnectitur brevis notitia ejusdem Mombritii de Statii *vita, et Patria, et iterato eum appellat Civem Tholosanum. In aversa pagina incipit:* Placidi Lactantii interpretatio in primū librū Thebaidos. *In secunda pagina folii* CXLVII *ad lineam* XXI *opus absolvitur, verbo:* F. I. N. I. S.
In folio parvo..... X. A. 13.

Editio absque anni, Typographi, et loci nota. In hac tantum editione praefatum Epigramma reperitur. Mirum mihi videtur, quod *Saxius in Histor. Literario-Typographica Mediolanensi*, de *Bonino Mombritio* fusius loquens, omnia ejus opera edita et inedita recenseat, nec non quam plura ejusdem Epigrammata, quae in variis aliorum operibus sparsim inveniuntur, praesens vero penitus praetermiserit. Cur autem ipse appellaverit *Statium Civem Tholosanum*, et non *Parthenopeum*, incompertum mihi est. Forsan ob diuturnam apud Gallos moram, et contubernium *Tholosani* nomen adeptus est. Sed magis adhaerere mihi placet doctissimi *Domitii Calderini* judicio, qui in vita *Statii*, adposita in calce suorum Commentariorum in eundem, sic scribit; *Qui Statio poetae Galliae oppidum patriam assignant, sequuntur illi quidem certam temporum Eusebii auctoritatem. Is enim tradit Neronis temporibus Statium surculum Tholosanum rhetoricen in gallia docuisse: sed parum apte ad hunc Statium Papinium id transferunt: hic enim non rhetoricen docuit, sed poetice claruit: non Neronem; sed Domitianum cui multis in locis assentatur habuit imperatorem: nec Tholosam, sed Partheropen sibi patriam multis hoc opere carminibus extollit: Statius nomen servile apud antiquos in Caecilii poetae, multorumque cognomen receptum est pristinae conditionis monumentum. Statius quidem Papinius Statio libertini generis homine Parthenope natus, ad poeticen statim formatus est.* etc. etc. etc. *Sed de Papinii Statii* patria, vita, et rebus vide *Dodwellum* in *Annalibus Statianis. Oxonii 1698. Placidus* vero *Lactantius*, ab aliis *Lutatius* ab aliis *Luctatius* appellatus, sub quo nomine glossae Veteres latinae, et in *Ovidii Metamorph.* Argumenta extant, longe diversus est ab elegantissimo Scriptore *Lactantio Firmiano Arnobii* discipulo, cujus eloquentiae et eruditionis pauca similia in istis ad *Statium* scholiis leguntur. Praesens Editio paucis Bibliographis, et Catalogorum Scriptoribus innotuit; eamque solummodo notarunt *Maittairus, pag. 767* et *Bolonga Crev. Tom. III pag. 177* ex quibus *Panzer* notitiam habuit. *Tom. IV pag. 196* hinc ejusdem raritas eruitur. Typographus 34 lineis rotundi characteris elegantis paginam quamlibet integram composuit, cujus margines nullo custode, aut numero plagularum instruere curavit: fasciculos vero alphabetica serie elementorum, cui Romanos numeros junxit, inferioribus marginibus obsignavit; parvis litteris notantur initiales. *Ianus Parrhasius*, qui codicem hunc possedit, notis marginalibus illum locupletavit, rubricatis, et nigris litteris, nonnunquam fugientibus et evanidis. Ob perfectam similitudinem characterum, et typographicae oeconomiae cum editionibus *Antonii Zaroti Parmensis*, qui *Mediolani* impressit ab anno 1470 ad 1497 dixerim absque ullo erroris periculo ex ejusdem typographeo prodiisse. *Bolong. Crevanna* c. l. refert ad annum 1480.

Laeliis Theodori de, Auditoris Apostolici. Ordinatio Epistolarum S. Hieronymi. *In fronte voluminis operum* divi Hieronymi, *parte priore ad* Aristeam de LXX. Interpretibus, *ex versione* Matthiae Palmerii Pisani, *habetur* Monitum *ejusdem* Theodori. *Vide* S. Hieronymi, *editionis annorum* 1489 1490 *impressae juxta* Theodori de Laeliis *distinctionem Tom. I. hujus Catalogi pag. 382.*

Laeti Pomponii. Interpretatio, *sive* Commentarium in Virgilii Aeneide. *In nostro Exemplari deest Epistola Editoris* Danielis Caitani, *quam inscribit* Petro Mannae, *et quam refert* Audiffredus *in Specim. pag. 167. In folio signato* a-iii *incipit:* POMPONII DOCTISSIMI VIRI INTERPRETATIO IN AENEIDE VIRGILII. *Typographica nota ad calcem haec refert:* In pressum (sic) Brixia per Boninus (sic) de Ragusia Anno M. cccc. XLXXX. (sic) *pro* M. cccc. LXXX, *uti videtur*, die V mensis. Februarii.

Digitized by Google

—— *Ejusdem* Commentaria in Virgilii Culicem, Diras, Copam, Bucolica, et Georgica. *In priori pagina protinus incipit,* POMPONII GRAMMATICI ERVDITISSIMI IN CVLICEM COMMENTARIVM. *Ad calcem voluminis legitur:* Impressum Brixiae per Boninū de boninis de Ragusiae (sic). M.CCCC.LXXX.VII. die xxiii mensis Februarii. Finis.
In folio..... X. G. 3.

Haec duo Opuscula una complectitur editio, quia unum efficiunt volumen, licet ex diversa subscriptione duplex adpareat, sed ipsius Typographi cura in unum ambo coaluisse nemo inficius ierit. Utraque hujusmodi voluminis pars propriis signaturis instructa est: prima minoribus alphabeti litteris, secunda majoribus: illa ex 84 plagulis constat, secunda 68: registro caret. Desunt foliorum numeri, nec non reclamantes; et pro initialibus parva extant elementa: in caeteris una eademque observatur typographica oeconomia: Paginas enim instructas lineis 40 rotundorum typorum prelo calcandas subjecit excusor.

—— Epistola ad Augustinum Mapheum de Salustio a se emendato. *Vide* Sallustii *editionem* anni 1492 et 1495. *Tom. III. pag.* 49.

—— *Ejusdem*, Emendatio M. Terentii Varronis de lingua Latina. *Vide* Varronis *editionem anni* 1480. *Tom. III. pag.* 310.

—— *Ejusdem*. Tetrasticon ad Prosodiam Iohannis Sulpitii Verulani. *Vide* Verulani *Tom. III. pag.* 348.

—— *Ejusdem*. Vita Annaei Lucani. *Vide* Lucani. *Tom. III. pag.* 15.

Sub hoc nomine laudatum Scriptorem *Pomponium Laetum in* hoc catalogo retulimus, quia sic ut plurimum se indigitabat; aliquando vero *Laetum et Fortunatum*, aliquando *Infortunatum*, pro conditione et varietate status, in quo versabatur tempore quo scribebat: dictus quoque *Petrus Calaber*, a nomine Baptismali, et *Iulius Pomponius Sabinas*, quem etiam natum ajunt ab illustri *Sanseverinate* familia. Vide *Tiraboschi*. Tom. VI. P. II. pag. 11. *Zeno Diss. Voss.* Tom. II pag. 232. *Pontano. De Serm. lib. VI.* pag. 105. Edit. Flor. ann. 1520.

Landriani Bernardini de. Summaria, et Apostillae in Lectura super Digesto Veteri Bartoli de Saxo Ferrato. *Vide* Saxoferrato. *Tom. III. pag.* 77.

Landuciis Bernardini Petri de. Expositio super Tractatus de sensu composito, et diviso magistri Gulielmi de Hentisbero. *Extat cum ejusdem* Hentisberi Tractatu. *Vide* Hentisberi. *Tom. I. pag.* 369.

Lanfranchi. Epigramma in Lucanum. *Est in laudem editionis* Lucani, *factae a* Iohanne Taberio. *Vide* Lucani. *Tom. II. pag.* 45.

Lapide Iohannis de. Praemunitio circa Sermones de Conceptione B. Mariae Virginis, a Maffret conscriptos. *Extat in III.* P. *Operis* Maffret; *scilicet*, Sermones de Sanctis, *pag.* 10. *Vide* Maffret. *Tom. II. pag.* 113.

Digitized by Google

Laurentiani Laurentii Florentini. Galeni in sententias Hyppocratis interpretatio ad Iulianum Medicem. *Vide* Galeni. *Tom. 1. pag. 322.*

Laurentii Nicolai, *olim,* Romani Tribuni. Oratio ad Dominum Guidonem Bolomeñ, tituli sancte Cecilie presbite4 Cardinalem apostolice Sedis in partibus italie legatum. *Extat excusa cum* Petrarchae opusculis. *Vide* Petrarchae. *Tom. 11. pag. 271.*

Lebrixa Antonii de, *vulgo* Nebrissensis. *Vide* Nebrissensis.

Leupoldi Ducis Austriae filii. Compilatio de Astronomiae scientia. *Desunt huic nostro exemplari duo priora folia, et opus initium sumit a folio tertio, in quo comprehenditur Auctoris Praefatio, cujus initium ita se habet:* Incipit cōpilatio Leupoldi Ducatus (sic) Austrie filii de astro4 sciētia. *Ad calcem operis legitur sequens typographica notitia, majori charactere semi-gallo-franco excusa:* Compilatio Leupoldi Ducatus (sic) Austrie filii de astrorum sciēntia: explicit feliciter. Erhardi ratdolt Augusteñ viri solertis: eximia industria et mira imprimendi arte: qua nup venecijs nunc auguste vindelicorum excellit nominatissimus. Quinto ydus Ianuarij. M. CCCC. LXXXiX. currente. Laus Deo.
In 4. parvo..... ..... IX. A. 60.

Opus istud quatuordecim plagularum fasciculis contentum, gallo-franco nitido charactere impressum est. Initiales litterae, ac figurae astrologicae ligno sunt insculptae. Signaturae adparent, nulli vero custodes, et paginarum numeri. De Auctore vero hujus operis, haec *Henricus Ranzovius* in *Catal. Imperatorum, Regum,* et *Principum, qui Astrologicam artem amarunt,* scribit: *Leopoldus Episcopus Frisingensis natus Dux Austriae edidit de hac arte volumen, et normam tradidit indicandi figuras nativitatum. Floruit circa annum 1200.* Bibliographi quamplurimi, praesertim *Zapfius* in *Annal. Typograph. August. pag. 88* et *Geimener in den Nachrichten* etc. etc. *pag. 182* hac de editione mentionem faciunt, eamque perraram adpellant.

Digitized by Google

L I

Libellus, de modo confitendi, et penitendi. *Vide infra, art.* Modus confitendi.

Liber, qui dicitur Computus. *Vide* Aniani Magistri.

Liezarl Pauli de. Allegationes. *Vide Art.* Lapi de Castelhovo. *Tom. II. pag. 14.*

Livii Titi Patavini. Historiarum Romanarum Decades. *Deest huic nostro exemplari* Aleriensis *Epistola, quam Bibliographi referunt, et opus incipit a* Flori Epitoma, *quam excipit Tabula, quae 21 priores impressas paginas complectitur. In sequenti folio legitur:* T. Livii Patavini Historici ab Vrbe condita decadis prime. Liber primus. *Ad calcem* Decadis IV. *Typotheta haec expressit verba:* T. Livii Patavini Historici Illustris Decadis quartae libri finiūt: quos Michael Manzolinus Parmensis Ductu: impensa: solertiq3 diligentia viventibus posterisq3 imprimi curavit Anno salutis. M. CCCC. LXXX. Pridie Calendas Novembres. *Post vacuam paginam Epistola reperitur cum epigraphe:* Bartholomaeus Parthenius Cir. Baenacensis Francisco Throno Ludovici F. Patricio Veneto praeclaro S. *Inde sequens carmen* EIVSDEM BARTHOLOMAEI PARTHENII AD LECTOREM.

Cadmelo (æ) genitore satus: genitrice Minerva:
Romani decus est Livius eloquii.
Artibus ingenuis celebrem Patavina creavit
Vrbs hominem: doctis usque colenda viris.
Euganeis quae iura dabat: populosque frementes
Sub ditione tenens cinctaque Medoaco.
Romulidum historias: peregrinaque gesta reponens:
His unam et Decadas addidit ille decem.
Tempora dinumerans quibus est compressa sacerdos
Donec ad Octavii Caesaris acta venit.
Quare age priscarum rerum studiosa iuventus
Hunc lege: qui varias contulit Historias.

In folio ..... XX. H. 13.

Digitized by Google

Michael Mansolinus officinam Librariam habebat in urbe *Tarvisina,* Correctoresque editionum suarum adhibebat *Hieronymum Bononium Notarium Tarvisinum* , et *Bartholomaeum Parthenium.* Character hujus suae editionis rotundus Romanus 51 lineas in paginis integris adimplet; in superioribus marginibus *Decades*, et *Libri* indicantur. Idem Typographus fasciculos alphabetica serie elementorum signavit, cui Romanos numeros junxit. Custodes, et foliorum numerationem omittere eidem placuit; et pro initialibus spatia tantum, ut plurimum, relinquere.

—— *Idem opus Italice. Huic primae* Decadi *nulla cujusquam Interpretis praeposita est Praefatio, sed absolute incipit:* TAVOLA Delle Rubriche del primo libro della Prima Deca di Tito Livio Padovano historico, *quae Tabula, sive Index est foliorum 61. Prima pagina VII folii est vacua, et in postica facie legitur Epistola* AL Nobile et Peritissimo Giovene BERNARDO Di Nicolo Cambini citadino di Firenze Luca di Giuoanni (sic) Bonacorsi Cartolaio Fiorentino Salute. *In ultimo voluminis pagina visitur Registrum.*
In folio..... XII. I. 22.

Deerat in hac Regia Bibliotheca Prima Decas Italicae versionis *historiarum Titi Livii,* hujusmodi rarissimae Principis Editionis, *Romae* excusae anno 1476, uti jam in hoc Catalogo innuimus Tom. II. pag. 37; Regia tamen munificentia decas haec nuperrime adquisita, et in ipsam inlata fuit. Quae ad rem typographicam ejusdem editionis pertinent, videre est cit. l. dicti catalogi. Illud vero addere libet, quod Exempla Primae Decadis, si quidem auscultandum sit quibusdam Bibliographis, non *Romanae*, sed *Florentinae* editionis existimanda sunt, ob Epistolam nempe Nuncupatoriam *Lucae di Giovanni Bonaccorsi* (quam Epistolam ad voluminis integritatem pertinere ex Registro constat) *Chartarii Florentini, ad Bernardum di Niccolo Cambini, nobilem Florentinum*, in qua prope finem sic legitur: *E per tanto ho fatto nuovamente emendare et imprimere la prima Deca sua, traducta gia più tempo in materno sermone da persona doctissima. Et questa dono et dedico al nome tuo.* Cujus epistolae auctoritate adducti clarissimi Bibliographi *Iustus Fontaninius*, et *Dominus Georgius,* volumen hoc Florentiae impressum fuisse scripserunt. Huic tamen eorum sententiae adversatur volumen ipsum, cujus character idem est ac character aliarum Decadum in secundo volumine. Forma quoque paginarum, totiusque typographici opificii ratio, ipsaque charta, eadem est in omnibus: ita ut totum opus ex eadem officina prodiisse manifeste liqueat.

—— Alia editio. *In primo folio recto:* INCOMENZA EL PROEMIO DE la prima Deca di Titolivio excellētissimo autore et iudice de Padua cittadino romano elqual raconta le historie del popolo Romano. *Inter primam et tertiam nec non inter tertiam et quartam Decadem folium adest vacuum; tabula occurrit in fine primae Decadis; praefigitur vero tertiae et quartae; et ad calcem insuper tertiae decadis nota haec typographica invenitur:* Finisse la terza Decha de Titoliviopaduano de la seconda guerra carthaginese impressa in Venetia da Octaviano Scoto regnante Sixto quarto pontefice maximo ac zoanne mozenigo principe integerrimo imperante. MCCCCLXXXI. *Opere integro absoluto, Impressor denuo haec verba notavit:* Finito la quarta Deca de Titolivio padovano hystorico dignissimo īpressa per Maestro Octaviano scoto in la dictione de Sixto quarto pōtifice maximo ac Ioanne mozenico principe celeberrimo nel M.CCCCLXXXI. adi. XXVIII. de giugno in Venetia.
In folio..... XX. H. 24.

Digitized by Google

Hujus voluminis fasciculi signati visuntur litteris, Romanisque notis; in nulla vero pagina custodes, et foliorum numeri exhibentur. Formis opus imprimitur rotundis, quae duas columnas in paginis implent, quarum integrae constant lineis 54. In superioribus marginibus inscriptiones uncialibus expressae litteris extant, et pro initialibus spatia quadrata plerumque occurrebant, antequam Miniculator ea impleret variis coloribus.

Digitized by Google

L O

Logica Brevis. *Opus incipit absolute ab Auctoris Praefatione, in qua sic loquitur:* CONSPICIENS in circuitu librorum quorundam magnitudinem tedium constituentem in animo studentium nec non et aliorum nimiam brevitatem quibus nulla fere est annexa doctrina. Ideo volens medium retinere utriusq3 sapiens naturam extremi: compendium utile construxi iuvenibus: pluribus divisum tractatibus. *Terminatur Opusculum in secunda columna primae paginae folii xc linea* XIII *cui subjectum habetur capitalibus litteris impressum verbum* FINIS. *Exinde adcedit sequens typographica notitia:* Impressum mediolani per nobilem virū. D. Petrum Antoniū D^{i} castellonio ac opere arteq3 p̄ Xp̄ofo4 Ratisponensē die xx februarij. M. cccc. lxxxiiij.

In 4. parvo..... VII. B. 38.

Hanc editionem rarissimam esse conijcio ex silentio Bibliographorum: quodque magis mirandum est, ipsi *Iosepho Antonio Saxio*, qui editiones Mediolanenses Saeculi xv diligentissime conquisivit, recensuitque, prorsus ignota fuisse videtur. Opus binis columnis expressit, et quamlibet earum instruxit Typographus lineis 35 characteris gallo-franci elegantis, nisi ob necessaria spatia pauciores imprimere opus fuerit. Praeter signaturas, quae constant litteris, et Arabicis cifris, nullum alium adsignavit in marginibus locum custodibus, ac numerationi, foliorum; imo eos vacuos relinquere maluit. Initiales vero litterae parvis typis notantur in spatiis quadratis. Quis hujusmodi logicae epitomes auctor sit, an *Raymundus Lullus*, uti *Henricus Warthon in Adpend.* ad *Caveum pag. 5*, an *Bartholomaeus de Usingen, Ordin. Erem. S. August.* uti *Ossingerus in Bibl. Augustiniana pag. 997. Fabric.* in *Biblioth. Med. et infimae* latinitatis *lib. xx pag. 854*; an vero *Magnus Hundt*, qui a nonnullis *Parvulus Antiquorum* appellatur, uti *Denis* in *Supplem. pag. 349* et *Seemiler* IV *pag. 35*; an denique alius, res incerta mihi videtur; et qui plura hac de re inquirere cupit, adeat laudatos Scriptores.

Digitized by Google

L Y

Lycinii C. Decatonstichon in opus de Artificiosa memoria Petri Ravennatis. *Vide* Ravennatis. *Tom. II. pag. 3.*

Lyra Nicolai de. Postilla super Psalterium. *Prima pagina praesefert titulum.* Postilla venerabilis Nicholai de Lyra super psalterium feliciter incipit. *Praefatione Expositoris absoluta in folio tertio recto, in sequenti pagina* Incipit ꝓlog⁹ btī hiero. *Ad lineam XIX folii recti CCXLVIII* Explicit postilla supra librū psalmorū edita a fratre Nicolao de lyra ex ordine minorum sacre theologie doctore excellentissimo. Impressumq3 Anno domini. M. cccc. LXXXVij quarta die May. *Protinus* Incipit tabula ad inveniendum secundū alphabeti ordinē quēlibet psalmum, *quae desinit in prima pagina sequentis folii.*
In 4.°..... I. E. 26.

Sine indicio loci, et Typographi nomine. Opus istud duplici charactere impressum, textus scilicet majusculo, minusculo vero postillae, quibus ejusdem *Psalterii* textus inseritur. Litteras initiales partim penitus omisit Typographus, partim minores adjecit. Custodes et paginarum numeri desiderantur; in inferioribus marginibus signaturae adsunt instructae elementis Romanisque notis: charta est quidem firma, sed minus alba, et polita. Editio prorsus ignota, et forsan nunc primum a nobis excitata; quamvis hoc eodem anno scilicet 1487. *Nurimbergae* per *Antonium Koburger Postilla Nicolai de Lyra in universam S. Scripturam*, fuerit impressa, quinque voluminibus in folio, quam editionem memorant *Maittairus Tom. I. P. II. Bunnemannus, Fabricius*, aliique quamplurimi; et licet typi praesentis operis persimiles adpareant iis, quibus *Koberger* utebatur, haud tamen dicendum, partem esse illius editionis; quod et evincitur ex diversitate typographici opificii, et forma voluminum in utrisque.

Digitized by Google

M A

MABUENI IOANNIS. *Vide* Mauburnii Ioannis.

MACARII ABBATIS. De virtutum laude et effectu. *Extat cum* Vitis SS. PP. *in editione Veneta anni 1483. Vide* Vitae SS. PP. *Tom. III. pag. 374.*

MACERATA FRANCISCI DE. ORDINIS MINORUM. Rubricae ad opera Iosephi Hebraei. *Vide* Iosephi Flavii. *Tom. I. pag. 419.*

MACROBII AURELII THEODOSII. Commentariorum in somnium Scipionis libri duo. *Adcedunt* Libri septem Conviviorum primi diei Saturnaliorum. *Praemittitur* SOMNIVM SCIPIONIS EX CICERONIS LIBRO DE REPVBLICA EXCERPTVM, *quo absoluto incipit* MACROBII AVRELII THEODOSII VIRI CONSVLARIS ET ILLVSTRIS IN SOMNIVM SCIPIONIS EXPOSITIONIS QVAM ELEGANTISSIME. LIBER PRIMVS. *Folio XXVII recto terminatur liber secundus, et protinus incipit* MACROBII AVRELII THEODOSII VIRI CONSVLARIS ET ILLVSTRIS CONVIVIORVM PRIMI DIEI SATVRNALIORVM LIBER PRIMVS. *Liber VII. Desinit folio LXXXXIX recto hac conclusione* i MACROBII Aurelii Theodosii viri consularis et illustris saturnaliorum libri impressi Venetiis Anno Domini. M. CCCCLXXXXII die XXVIIII. Iunii. *His subjectum est Registrum.*
In folio..... X. F. 32.

Editio characteribus Romanis excusa cum signaturis, et foliorum numeris; desunt tamen custodes, et initiales litterae, pro quibus vacua spatia visuntur. Characteres Graeci, qui insunt, egregie omnes signantur, nec non figurae, quae suo loco occurrunt.

MAGNECII RABANI MAURI. *Vide* Rabani. *Tom. III. pag. 1.*

MALFETA PETRI DE, ORD. FF. MINORUM. Emendatio quaestionum Antoni: Andreae super libros Metaphysicorum Aristotelis; et super tria principia ejusdem, et super libros et tractatus Francisci Mayronis. *Vide* Andreae Antonii. *Tom. I. pag. 30; et* Mayronis Francisci. *Tom. II. pag. 109.*

MAMBURNII IOANNIS. *Vide* Mauburnii.

MANFREDIS FEDERICI DE. EPISCOPI FAVENTINI. Epistola ad germanum suum Galeottum, praeposita opusculo, *cujus titulus:* De sacerdotio dñi nostri Ihesu xp̄i per sanctum virum Ambrosium Camaldulensem generalem patrem. *Extat opusculum cum* Epistola R. Samuelis. *Vide* Samuelis. *Tom. III. pag. 51, et* Traversarii, *pag. 260.*

Digitized by Google

MANIACHI P. NARDINI. Epistola et Epigramma ad Dominicum Palladium Soranum. *Extat in libello* Epigrammatum Palladii. *Vide* Palladii. *Tom. II. pag. 227.*

MAPHEI CELSI. Scrutariolum pro confessoribus Cardinalium, et Praelatorum. *Nuncupatoria Epistola a prima pagina sumit exordium, et inscriptioni huic subditur:* Suo reverēdissimo prī et dño. D. B. Zeno divina miseratione pbro Cardinali scē Marie in porticu Celsus Mapheus Veronen canonicus regularis congregationis Lateranen Salutem eternam et commendationem peroptat. *Haec desinit in folio verso, et excipitur a primo* Scrutariolo, *cui praeest titulus:* Incipit Monumtū Cōpēdiosū p Cōfessōibꝰ cardialiū rliquo4q3 plato4 ptꝰcōes ofessionū reglꝰas a Celso Maffeo Veronēn Canonico rgulari congregationis Lateranēsis congestum. *In fine haec verba locum obtinent:* Explicit breve scrutariolū pro confessionibus cardinaliū reliquo4q3 platorū a Celso Maffeo Veronen canonico regulari congregationis Lateranen congestum.
In 4.° parvo..... XIII. A. 56.

Scipio Maffeius, dum inter Scriptores Veronenses *Celsi Maphei* tradit notitias, Opuscula eiusdem et editiones recenset, praesentem tamen editionem penitus ignoravit; nec non Bibliographi quam plurimi, quos evolvi, ac propterea nunc primum a nobis excitatur. Quamvis nullum praeseferat haec editio Typographi', loci, et Anni expressum indicium, attamen aliquo modo adparet ex officina *Stephani Plannck* prodiisse; convenit quippe character, nec non oeconomia typographica cum aliis editionibus ejusdem *Plannck*. Foliola octo sunt, sine signaturis, custodibus, numeris plagularum, et initialibus litteris; et rudis rotundus typus lineas 29 complectitur in quavis integra pagina.

MARCI TRIBUNI PLEBIS. Oratio ad Plebem. *Extat cum* Sallustio. *Vide* Sallustii. *Tom. III. pag. 45.*

MARLIANI RAYMUNDI EQUITIS. Index geographicus appositus ad commentaria Iulii Caesaris. *Vide* Caesaris. *Tom. I. pag. 137.*

Raymundus Marlianus Eques Mediolanensis post Transalpina itinera ab eo suscepta, opus hoc concinnavit. Ad vocabulum *Boii* asserit, *se hunc Indicem* scripsisse *tempore Sigismundi Ducis Austriae. Fabritius* addit: *quare antequam electus esset Sigismundus Imperator:* sed re vera *Marlianus* non loquitur de *Sigismundo*, qui fuit postea *Imperator;* sed de altero *Sigismundo* posteriori *Duce Austriae*, qui floruit sub *Pio II.* a quo fuit etiam anathemate percussus, eo quod manus violentas iniecisset in *Nicolaum de Cusa Episcopum Brixiensem S. R. E. Cardinalem.* Vide *Saxium Col. CXCII.*

MARMITTAE GELLII BERNARDINI. Commentaria in Tragoedias Senecae. *Vide* Senecae. *Tom. III. pag. 107.*

MAROCANI R. SAMUELIS. *Vide* Samuelis. *Tom. III. pag. 51.*

MARSI PETRI. Epistola ad Illustrissimum Principem Virginium Vrsinum. *Extat inter opera* Aristotelis, *editionis anni 1496. Vide* Aristotelis.

Est Nuncupatoria ad eumdem Principem versionis *Iohannis Argyropoli*, cujus fuerat *Marsus* discipulus, *Ethicorum Aristotelis.* Laudat in hac Epistola *Marsus* virtutes et merita *Virginii*, ejusque filiorum *Iordani*, et *Caroli.* Enarrat *Argyropolum* paucis diebus, antequam postremum obiret diem, sibi dedisse exscribendam versionem hanc, lima non minus eleganti quam severa expolitam, doletque illum summum virum sibi immature praereptum, quem tamen vita defunctum extemporanea oratione celebraverit.

Digitized by Google

—— *Ejusdem* Carmen in natale Virgilii ad Federicum Gonzagam Marchionem Mantuae. *Vide* Ciceronis opus de Officiis, *editionis anni 1481. Tom. I. pag. 194.*

Martini Ord. FF. PP. *Vide* Poloni Martini. *Tom. II. pag. 348.*

Martini Papae. Bulla Martiniana contra Mendicantes. *Vide sup.* Bullarium parvum.

Mauburnii Ioannis. Rosetum exercitiorum spiritualium et sacrarum Meditationum. In quo etiam habetur materia predicabilis per totum anni circulum. *Is titulus majoribus gallo-francis litteris legitur in principio primae paginae: exinde occurrit sequens carmen de nomine et laude* Roseti.

Nosse volens dictus cur sit liber iste Rosetum
Hoc epigramma breve lector amice nota.
Nempe velut circū ꝑacutis sentib⁹ horrēt
Et tamen eximio flore roseta nitēt.
Sic liber aspectu licet horridulus videatur
Precipuos fructus proferet iste tibi.
Utq3 rose primū granoso cortice clause
Viscere paulatim pandere seq3 solent.
Sic complexa brevi prius hic res carmine q̄q3
Quo melius teneas. Latius inde patet.
Florib⁹ est iisdē duplex genus hoc rubet: illud
Candicat at dulce fragrat utrūq3 nimis.
Haud secus hic suavi nūc mens ardescet amore
Nūc candere sacris actib⁹ instruitur.
Deniq3 virtutes sūt effectusq3 rosarū
Complures huic qui cōveniunt operi.
Scilicet exornant: confortant: exilarantq3
Olfactū recreant invalidosq3 iuvant.
Carpe rosas igitur q̄ nō marcescere norūt
Illas invenies hoc mihi crede libro.

His subditur tabula cum figuris ligno incisis, et in postica pagina incipit, Prologus cuiusdam canonici regl⁹ar̄ in suū rosetū exercitiorū et meditationū. *Sequuntur exinde* Tabula rerum praecipuarum alphabetica, *et* Tabula titulorum XXXVIII, ac tandem Tabula de modo praedicandi. *Post haec omnia opus ipsum incipit absque ullo titulo, et in fine, post verbum* AMEN, *legitur:* Opus egregiū cuiq3 Sacerdoti ac religioso perutile feliciter explicit Ad laudē sūme trinitat⁹ in etnum Anno salut⁹ M. CCCC. XCIIIJ.
In folio..... III. E. 10.

Digitized by Google

Sine loci indicatione, et Typographi nomine. Auctoris nomen in toto opere haud invenitur, illudque novimus ex *Lyceo Lateranensi Illustrium Scriptorum Celsi de Rosinis, Tom. I. pag. 124* et ex *Histor. lat. Gerardi Ioan. Vossii lib. III cap. X pag. 581*, ubi dicitur, inter Romanae Ecclesiae doctores celebre esse nomen *Ioannis de Mauburne*, quem alii *Mamburnum*, alii *Moubenum*, sive Mabuenum adpellant. *Mauburnius Rosetum* suum in *Duas partes principales*, quamlibet partem in *quatuor distinctiones*, distinctiones in *titulos*, titulos in *Capita*, quae *Alphabeta* vocat, alphabeta in *membra*, membra in *paragraphos*, et illos nonnunquam in *notulas* quasdam distinxit. Incredibile est quot elogiis hoc *Rosetum* a Romanae Ecclesiae scriptoribus condecoratum fuerit, sicuti docet *Anton. Possevinus* in *Adpar. Sacro Tom. II. pag. 220*; lioet *Rosetum hoc* in editionibus Saec. XV non ab omnibus mendis immune esset; forsan, uti nonnulli suspicantur, ob characterum, quibus *Mauburnus* opus suum scripserat, difficultatem; in editionibus tamen posterioribus, scilicet *Saec XVI* correctum et emendatum in lucem prodiit cura et studio *Basilii Sereni Canonici Regularis Lateranensis*, et *Leandri a Sancto Martino Benedictini*. Editum hoc *Rosetum* jam fuerat primum *Basileae 1491*, ut ex *Maittairo. Tom. I. pag. 541. Annal. typ.* edocemur: anno 1494 aliae duae editiones fuerunt exaratae, quarum altera in eadem Civitate *Basileensi* per *Iacobum de Pforlzen*, et haec nostra, quae eodem *Maittairo* teste, raro occurrit. Opus istud *CCLXXVII* folliis per Romanas notas numeratis contentum, gallofranco ac satis luculento impressum est charactere. Desunt custodes, attamen signaturas, initiales litteras parvas, paginarum inscriptiones Typographus adjecit; et singulae paginae in duas sunt distinctae columnas.

Mayno Iasonis de. De iure emphiteotico Rubrica. *Ita se habet titulus in summitate primae columnae folii primi recti. Huic subnectitur Auctoris Praefatio, quae in secunda columna ejusdem paginae desinit, et protinus incipit opus ipsum. In calce legitur:* Emendata per iniquū (*sic forsan*, laborem) mei Iasonis de maino iuris utriusq3 doctoris cum multis additionib' fine correctionis imposito die. ii. octobris. M. CCCCLXXVI. hora. ii. noctis. Finis Laus Deo. *In aversa pagina*, Incipit tabula, *et Registrum tredecim paginarum, quibus absolutis, sequens typographica nota occurrit post verba* Laus Deo: Impressum fuit hoc opus in studiorum altrice bononia per Ugonem de rugeris anno christiane nativitatis. 1481. die 27 Martii. Sixto pontifice maxime (sic) rome sedente tempore felicis status libertatis bononie Florentis sub divo Ioanne bentivolo iuniore Cive primario etc.

In folio majori..... VII. G. 26.

Editio est charactere gallo-franco excusa, duplici columna, quae lineas 66, si integrae, continent. Folia signantur litteris et Arabicis notis, custodes et foliorum numeri desunt; columnae vero, quibus opus imprimitur, numerantur. Initiales, quae deerant, Minicularius colore rubro et caeruleo supplevit; principes vero in prima pagina auro affabre ornavit; ac stemma episcopale, forsan Possessoris, eadem industria adpinxit. Rarissima est haec editio, ob silentium Bibliographorum, et tantummodo memoratur a *Panzer. Tom. I. pag. 212.* qui eius notitiam ex *Bibl. Buxheim* hausit.

Digitized by Google

ME - MI

Medicinale Pauperum. *Vide* Salernitana Schola. *Tom. III. pag. 41.*

Meditazioni sopra la Passione del nostro Signore. *Italice. In nostro exemplari, uti adparet, deest primum folium, in quo titulus operis forsan continebatur, et in secundo recto incipit:* Meditazione come el nostro signore Iesu fece la cena con gli soi discipuli. Et del lavare li piedi. Et che instituito lo sacramento. *Decem versus rhythmici ad calcem reperiuntur, quibus subditur sequens nota typographica:* Finisse le meditazione del nostro signore impresse in Venetia per Bernardino di Benali: et Matheo da Parma A honore de lo omnipotente Dio. E della gloriosa Vergine Maria. AMEN.
In 4.° parvo..... II. A. 32.

Absque chronologica nota. Cl. *Affò Saggio di memorie su la Tipografia Parmense del sec. XV pag. XLI* mentionem facit hujusmodi editionis; ideoque ejus verba hic adferre non abs re erit, ex quibus annus impressionis, titulus voluminis, et Auctor operis eruuntur. *Al detto anno,* (1490) *deve appartenere il seguente libretto. Incominciano le devote Meditazioni sopra la Passione del nostro Signore cavate et fundate originalmente sopra Sancto Bonaventura Cardinale del Ordine Minore sopra Nicolao de lira etiamdio sopra altri Doctori et Predicatori approvati. In fine* Finisce *le meditazione* etc. etc. ut supra. Sequitur: *Con figure intagliate in legno a puri contorni di buona maniera. Sta nelle mie Miscellanee.* Character rotundus in paginis plenis 41 lineas complectitur; custodes, et foliorum numeratio desunt; fasciculi signantur litteris, et minoribus numeris Romanis: tabellae ligneae, quae Iesu Christi res gestas repraesentant, nec non capitales litterae pariter ligno insculptae, coloribus variis affabre exornatae conspiciuntur.

Merulae Bartholomaei Mantuani. Epigrammata Aliqua Ausonii nuper inventa. *Praeit ipsius* Bartholomaei *Epistola Nuncupatoria* Praestantissimo Philosopho Hieronymo Avantio Veronensi, *qua approbat ejus correctiones, et mittit eadem Epigrammata. Haec omnia dedimus superius ad vocem* Ausonii.

—— Enarrationes in lib. tres Ovidii de Tristibus. Ad Generosum et doctum Adolescéntem Marcum Clarissimi Equitis, Senatoris Amplissimi, ac Reginae Cypri fratris Georgii Cornelii filium. *Vide* Ovidii, *editionem anni 1494. Tom. II. pag. 222.*

—— Enarrationes in tres lib. Ovidii de Arte amandi; et in duos de Remedio Amoris. *Vide* Ovidii *editionem anni 1494. Tom. II. pag. 223.*

Merulae Georgii ab Aquis Statiellensibus, *sive* Alexandrini. Enarrationes brevissimae priscarum vocum Marci Catonis; nonnullarum dictionum Marci Varronis; adnotationes ad Columellam. *Occurrit Epistola, qua* Georgius *nuncupat Enarrationes suas in* Catonem Petro Priolo M. Filio. *Vide* Scriptores Rei Rusticae. *Tom. III. pag. 95.*

—— *Ejusdem* Epistola Nuncupatoria Dominico Georgio Insigni Patritio, *cui dicat libros* Columellae. *In hac Epistola memorat* Merula *cum laude* Fran-

Digitized by Google

ciscum Philelphum *Magistrum suum in Mediolanensi Studio, et* Georgium, *vel* Gregorium Typhernatem, *alterum suum* Praeceptorem. *Vide ibid.* Scriptores Rei Rusticae.

—— *Ejusdem* Epistola *inscripta* Bernardo Iustiniano, *in qua enarrat* » Ni- » colaum Ienson Catonis et Varronis libros imprimere desiderasse, quos ipse de- » beret recognoscere, se autem recognitionem prius recusasse; postea petentibus » bonis et studiosis viris, non denegasse, sed correctionem suam repentino fuisse » et gravi morbo intermissam, editionemque fuisse praecipitatam. *Vide ibidem* scriptores Rei Rusticae.

—— *Ejusdem* Enarratio in Epistolam Ciceronis ad Lentulum spintherem. *Praeit* Epistola Nuncupatoria Dominico Sannuto Patritio Veneto Auditori suo. *Extat cum* Epistolis familiaribus Ciceronis *editis anno 1493*. *Vide* Ciceronis *Tom. I. pag. 191.*

—— *Ejusdem* Versio vitarum Imperatorum Romanorum, *scilicet*, Nervae Coccei, Trajani Nervae, *et* Adriani, ex Dione Graeco, in Latinum sermonem; una cum Enarratione de Conflagratione Vesaevi Montis. *Vide supra* Dionis Cassii.

Michelotti Bernardi. Epigrammata in Obitu Michaelis Verini Adolescentis Poetae. *Extat in lib.* Distichorum Michaelis Verini. *Vide* Verini. *Tom. III. pag. 339.*

Mirabilia Urbis Romae. *Extat cum* Solini collectaneis. *Vide* Solini. *Tom. III. pag. 133.*

Mithridatis Regis, Epistola Regi Arsaci. *Extat cum* Salustio. *Vide* Salustii. *Tom. III. pag. 48.*

Digitized by Google

M O - M U

Modii Magistri. Epistola ad Benintendium Venetum Cancellarium. *Extat cum* Petrarchae Opusculis..... XI. G. 22.

Modus Confitendi. Peniteas cito libell°iste nūcupatur, tractans de penitentia et eius circumstantijs omnibus salvari volentibus summe necessarius ad cōsiderandum ea que sunt peccatorum remedia. *Inscriptio ista in prima pagina legitur, cui imago cujusdam Doctoris pueros docentis ligno incisa habetur subnexa; et in superiori parte tabulae visitur schedula, in qua leguntur verba:* Accipies tanti Doctoris Dogmata sancta. *In aversa pagina incipit* Libellus de modo confitendi et penitendi. *In fine:* Et sic finitur pñs opusculum de mō ɔfitendi et penitēdi impssum Colonie p Henricū Quentell. Anno salutis. M. cccc. xcij. q̄rto ydus martij.
In 4.° parvo..... XIII. B. 16.

Notitiam hujus editionis oppido rarae ac fere incognitae, quae forsan a nobis nunc primum citatur, ignorarunt Bibliographi fere omnes. Character, quo excusa, gallo-francus est, et 46 lineas implet in paginis integris. Constat opusculum 18 foliis, in quibus nec custodes, nec numeri paginarum, nec initiales observantur; signaturae vero occurrunt, instructae litteris et Romanis notis.

Mombritii Bonini. Vitae Sanctorum *collectae, et ordine alphabetico digestae, in duobus voluminibus. Praecedit Tabula alphabetica Auctorum, quorum Vitae in primo volumine describuntur, sub hac inscriptione:* Tabula in sequens Sanctuarium; *altera enim Tabula sequenti volumine praefigitur, signatis ubique numeris Romanis paginarum, qui tamen ad earumdem marginem minime impressi sunt. Post Tabulam, tribus foliis contentam, sequitur folium vacuum, et in folio quarto recto praecedit sequens Epigramma:* Boninus mōbritius mediolanensis magnifico viro splendidissimoq3 equiti aurato. D. Cicho Simonetae Illustrissimorū et excellētissimorum Ducum mediolani Secretario. S. D. P.

Ciche salus regū latiae moderator habenae
Quiq3 mei tutor sis sine labe ducis:
Ciche potens rerum: rerum quo cardīe postes
Claudere nūc aditū nūc aperire solent.
Tu potes optatae mundo commercia pacis
Reddere tu valida cogere bella manu.
Mars tñ Italiae vacat: Erigoneaq3 coelo
Saturno rursus cum sene lapsa redit.
Est aliquid quod te legisse p otia malim.
Sanctorum vitas maxima gesta virum.
Invenies aliqd: quod et invenisse iuvabit.
Nil Cicho fateor dignius esse meo.
Nil petim°: q̄ q nostro sis blandus amori:
Et Mecoenatem me coluisse feras.

Digitized by Google

Post relatum Epigramma, sequitur ejusdem Mombritii *Elegia ad quemcunque lectorem. Volumini secundo iterum praefigitur* Tabula Sanctorum in hoc volumine descriptorum. *In fine hujus voluminis, ante* Vitam Sanctae Monicae Matris beati Augustini, *extra ordinem alphabeticum ibidem positam, legitur sequens Epigramma* Bonini Mombritii *ad eundem* Cichum Simonettam.

Parcite cōpositis haec ad scribēda metallis
Parcite sat magnū: cernitis: extat op⁹:
Nec mihi iā quaerī nec vobis oīa fingi
Vndelibet sumptis posse putate libris.
Dū satis istā meo tādē sint credita Cicho:
Hic omnē ncq3 enī cogere curo polum.
Ex his quos nobis videas hic esse relatos:
Innumeras coeli scire phalāgas habes.
Dives ab exēplo tot eris mi Ciche bonor4.
Quē nō hi doceāt nil didicisse potest.
Quē nō hi moveāt mōtes gravitate putet⁹
Vincere: sit q̄ Haem⁹ et altus Athos.
Non adeo multos ducas ut taedia gignant.
Non adeo paucos: ne bonus esse q̄as.
Multarū porro novitate tenebere rerum:
Vt nil lectori gratius esse putes:
Tu tibi sis iudex tibi tu persuasus amici
Munere quae volui dic liber iste dedit.
Interea tibi vive meus natisq3 superstes
Auratos degas otia pulchra dies.

In folio maj. Tom. 2..... XIX. I. 23. 24.

Sine ulla typographica nota. Ex carminibus in primo volumine adpositis, tempus eruitur, quo peracta est *Mediolani*, omnium ore celebrata haec rarissima Editio, nempe illud, quod intercessit inter tutelam *Io. Galeatii a Cicho* susceptam, et annum 1480. quo miserrime *Cichus* obiit, manu Carnificis. Opus excusum est optimo, et eleganti Romano charactere, qui in duas columnas tributus est, et in unaquaque earum lineas 49. adimplevit Typographus. Margines signaturis praediti sunt, non tamen aliam notam referunt impressam. Initiales parvas idem Typographus excudit in quadratis spatiis, quibus nonnullas unciales coloratas addidit Miniculārius.

Momburnii Ioannis. *Vide* Mauburnii.

Mondelli Ludovici. Mediolanensis, ex Seraphico Minorum ordine: Editio Epistolarii Marii Philelphi. *Epistola ipsius* Mondelli *data* Octaviano Ubaldino Merchatelli Domino fratri Friderici Ducis Urbini, ex Parisiis III kal. Maij. anni M. CCCC. LXXXI. *Vide* Philelphi Marii. *Tom. II. pag. 285.*

Montagnana Petri de. *Vide* Ketham Petri. *Tom. I. pag. 443 et infra.*

Digitized by Google

Montalvi Aldi, SS. Canonum Professoris, Ferdinandi Regis Castellae Auditoris, Referendarii, et Consiliarii: Repertorium notabilium quaestionum doctorum, et praesertim Abbatis Panormitani: ad Petrum Gundisalvum Episcopum Saguntinum. *Extat cum* Panormitano. *Vide* Tudeschis Nicolai de. *Tom. III. pag. 270.*

Monte Lauduno Guillelmi de. Glossae in tres Extravagantes Ioannis XXII, cum quibusdam additionibus Domini Ioannis Francisci de Pavinis. Impressum Romae anno Iubilei 1475 per Georgium Laur Herbipolensem. *Extat cum* Tractatu Visitationum Io. Francisci de Pavinis. *Vide* Pavinis. *Tom. II. pag. 237.* XII. I. 40.

—— Exemplar alterum..... VI. D. 24.

Monte Varchi Pythio da. Tragedia quarta de Seneca traducta. *Laudatus titulus occurrit in opere. Sequitur ipsius* Pythii *epigramma ad Lectorem, exinde Nuncupatoria* Al magnifico suo Giovanni Badoario Nobilissimo Patritio Venesiano etc. etc. *Tragoedia absoluta occurrunt Elegiaca Carmina ejusdem Pythii.*

De hac rarissima editione, vide quae notavimus in Art. Senecae. *Tom. III. pag. 108.*

Monte Ulmi Petri Angeli de. *Vide* Thienis Caietani de. *Tom. III. pag. 206.*

Habetur emendata editio SS. Bibliorum, cura et diligentia *Petri Angeli* quae prodiit in Urbe Brixiensi anno 1496 quam notavimus in Tom. I. pag. 84.

Moravi Augustini Olomacensis. Epistola Exhortatoria Joanni Lucilio Santritter Heilbronnensis in impressionem tabularum Astronomicarum Alphonsi Regis. *Extat praefixa* Tabulis Astronomicis Alphonsi Regis Castellae' *Vide* Alphonsi. *Tom. I. pag. 25.*

—— Epistola Studiosae Juventuti super Hieronymi Avantii Catullianas emendationes. *Vide* Catulli, *Tom. I. pag. 170.*

Morbisani Magni Turci. Epistola ad Pium Papam secundum. *Extat cum Epistolis* Aeneae Silvii Piccolhominei, in Cardinalatu editis. *Vide* Piccolhominei, *Tom. II. pag 289.*

Moschi: Idylium, *cujus titulus:* Amor Fugitivus; *ex versione latina* Angeli Politiani. *Vide* Politiani. *Tom. II. pag. 344 et* Theocriti. *Tom. III. pag. 198.*

Moschopuli. Erotemata, *graece. De hac praeclara, et rarissima Mediolanensi editione, satis superque loquuti sumus in articulo* Chalcondilae, *superius notata.*

Digitized by Google

Mozolini Sylvestri de Prierio, *vulgo dictus* a Patria. *Vide* Prierani Sylvestri. *Tom. II. pag. 367.*

Musconi Thomae. Exasticon in opus aureum de Talento Porcelli Poetae Neapolitani. *Vide* Porcelli. *Tom. II. pag. 360.*

Mundini Medici Bononiensis. *Vide infra* Ketham, *et Tom. II. pag. 157.*

Digitized by Google

N E - N I

Neapoli Landulphi de. Archiepiscopi Amalphitani. *Vide* Landulfi. *Tom. II. pag. 13.*

Nebrissensis Aelii Antonii. Lexicon Latino-Hispanicum, et Hispanico-Latinum. *Praeit operis Praefatio, cujus titulus rubro colore excusus legitur in summitate columnae primae, hoc pacto:* Ad magnificentissimum ac perinde illustrem. D. Ioannem stunicam magistrum militiae Dalcātara ordinis Cisterciensis. Aelij Antonij Nebrissensis grammatici praefatio in interpretationem dictionum ex sermone latino in hispaniensem. Lege foeliciter. *Haec eadem Praefatio, eodem titulo ornata, occurrit in secunda ejusdem folii columna, sermone tamen hispano conscripta, cui addidit Auctor* Interpretationem, *qui opus sic nuncupat* dictionum ex sermone Latino in Hispaniensem. *Haec occupant XV priores paginas. Post tres alias vacuas paginas incipit* Lexicon hoc est dictionarium ex sermone latino in hispaniensē interprete aelio Antonio nebrissēsi. *Haec prima pars desinit in fasciculo signato* L. iii. *hac conclusione:* Aelij. Antonij nebrissensis grammatici Lexicon ex sermone latino in hispaniensem impressum Salmanticae Anno a natali christiano. M. cccc. xc. ij. *Secunda pars, nempe dictionarium, Hispano-latinum titulum gerit in primo folio recto, majoribus litteris excusum:* Esta tassado este vocabulario por los muy altos et muy poderosos principes el Rey et la Reina nuestros Señores et por los del su muy alto consejo en einco reales de plata. *In folio secundo incipit* Prologus *sermone hispano, una cum latina versione in secunda columna: titulus autem rubro colore conscriptus, idem est ac in prima parte. Prologus explicit in tertio folio recto, atque incipit in sequenti folio* Dictionarium ex hispaniensi in latinum sermonem interprete Aelio Antonio Nebrissensi. Lege foeliciter. *Absolvitur haec secunda pars, totumque opus in fasciculo signato* niiii; *porro adjecta est sequens notitia typographica:*

Aelij Antonij. Nebrissēn. grammatici dictionum hispanarum in latinum sermonem translatio explicita est: atque impressa Salmanticae.
In folio..... XII. F. 36.

Nolo equidem raritatem libri in dubium vocare; illud tamen monendum existimo, iteratas hujus libri extare editiones in Saec. XVI. hanc vero nostram nuperrime adquisitam, et in hanc Regiam Bibliothecam adlatam, quam plurimos Bibliographos, et Scriptores Hispanicae Typographiae penitus ignorasse; et quod mirum est, ipsummet diligentissimum *Nicolaum-Antonium*, qui docuit opus istud prodiisse primum *Hispal.* absque anni nota, circa annum 1508. *Bibl. Hispana Nova. Tom. I. pag. 136.* Recensetur tamen haec editio a *Denis in Suppl. pag. 331;* et dignis laudibus eam evehunt *Gregor. Mayansius, Origines de la lengua Espanola. Tom. I. pag. 171* et *Raymundus Caballerus, de Prima Typographiae Hispanicae Aetate, pag. 39*, tum propter raritatem, tum propter venustatem. Et revera, ipsa omnium aestimatione, bibliothecarum cimeliis adnumerari meretur, sive chartae cui impressa est, praestantia, sive characteris semi-gallo-franci elegantia, sive denique totum typographicum opificium spectentur. Ipsum opus in duabus columnis impressum est, et unaquaeque eorum lineas continet 48. Signaturas adposuit Typographus; custodes et paginarum numeros omisit; in ora tamen superiori marginis ordo Alphabeticus observatur.

Digitized by Google

Nemesiani. Eclogae iv. *Extant excusae et compactae cum* Silio Italico, *et* Calphurnio. *Vide quae innuimus in Tom. iii. pag. 121. Art.* Silii Italici, *et in hac Appendice art.* Calphurnii.

Nevi Alexandri, Vicentini, et Trivisini Canonici. Concordia discordantium Canonum; ex Patavio xi. Kalendas junias. Instauratum Venetiis sub Pont. Max. Sixto iiii et Nicolao Marcello inclyto Venetiarum Duce 1473. *Praefatur* Nevus *Studentibus juri Pontificio et Civili in Academia Patavina; in qua Canonum castigatione, et concordia adjuvatum se scribit a* Petro Trecio Brixiano, *non minus sacris literis erudito, quam virtutibus decorato. Post Concordiam Canonum habentur ejusdem* Nevi, Flosculi, seu summaria totius Decreti. *Vide* Gratiani. *Tom. i. pag. 246.*

Nicolai de Ausmo. *Vide* Osmo Nicolai de. *Tom. ii. pag. 209.*

Nicolai Florentini. *Vide* Falcutii Nicolai. *Tom. i. pag. 288.*

Nicolai Episcopi Tropiensis. Versio Alcinoi disciplinarum Platonis, *cum Epistola ipsius ad* Cardinalem de cusa. *In* Bibliotheca Smithiana *pag. lxxix haec Epistola dicitur scripta* a Bessarione Cardinali de Cusa, *quod falsum est; cum is, qui scribit, in ipsa epistola, se fuisse* Alcinoi Traductorem, *qui certe fuit* Episcopus Tropiensis, *ut habet* Aleriensis Episcopus *in* epistola *ad* Paulum ii *praefixa editioni operum* L. Apulei. *Vide* Alcinoi. *Tom. i. pag. 22.*

Nigri Francisci Veneti Doctoris. Epistola Iacobo N. Purliliarum comiti *in laudem Opusculi ipsius Iacobi*, de generosa liberorum educatione. *Vide* Purliliarum. *Tom. ii. pag. 392*..... VII. B. 28.

Digitized by Google

N O

Novariensis F. Pacifici, Ordinis Minorum. Trattato della scienza di confessare, *cujus titulus:* Summula de pacifica conscientia. *In prima pagina leguntur verba sequentia:*

Sumeta aurea de pacifica
conscientia. del mo
do de cõfessare.
B. E. P.

In secundo folio:

Iesus Maria.
Nel nome sia de Cristo Iesu
e de la sua pia madre vergine Maria.
Incomincia el prologo in la sequen
te opereta aurea ditta Sumula o ve-
ro Sumeta de pacifica conscientia.

In fine:

Impressa: e con ogni diligentia emẽdata
q̃sta aurea opereta: ne la cita de Bressa
per el Venerabile miser pre. Baptista:
farfengo nel ãno. M. cccc. lxxxxvii. a di
xii de septembre.

In 4.°..... IV. A. 18.

F. Pacificus Novariensis scripsit latine laudatam *Summam*, quam *Franciscus Tarvisinus Carmelita* Italice reddidit, uti testatur *F. Lucas Waddingus. Tom. I. pag. 184.* Nomen Auctoris reperitur in Prologo. Editio parum obvia, et secunda hujus operis post Mediolanensem anni 1470, quam retulimus in Tom. II, hujus Catalogi, *pag. 184.* Excusa est charactere gallo-franco, in duabus columnis, et unaquaeque earum continet lineas 42. Caret numeris foliorum, custodibus, et registro; signaturae vero occurrunt, quae pertinent ab *a* usque ad *o*; litterae initiales designantur parvis elementis.

Digitized by Google

OD - OL - OM - ON - OR - OV

Odaxii Ludovici. Epistola Guidoni Feltrio Duci. *Vide* Perrotti Cornucopia. *Tom. II. pag. 248.*

Oliverii Arzignanensis. *Vide supra*, Arzignanensi.

Omniboni Leoniceni. *Vide* Leoniceni. *Tom. II. pag. 22.*

Onestis Christophori de. Florentini. Commentum super Antidotarium Mesue. *Vide* Mesue. *Tom. II. pag. 124.*

Ordinationes. Cancellariae Apostolicae Innocentii Papae VIII. *Vide* Regulae Cancellariae. *Tom. III. pag. 8. et* Pau Hieronymi. *Tom. II. pag. 236.*

Orlandini de Bononia. *Vide* Rudulphini Orlandini. *Tom. III. pag. 34.*

Ovidii P. Nasonis. Opera per Bonum Accursium, et Valerium Superchium emendata, et correcta. *Nostrum exemplar primo fasciculo caret, et in secundo signato* A. ii. *incipit Epistola* Boni Accursii ad Cicchum Simonetam, *in qua de vita Poetae disseritur. In hac Epistola, quae nullam habet inscriptionem, Auctor* Bonus Accursius *se opus correxisse adfirmat, et libris* Metamorphoseos *addidisse, quae* Lactantius Placidus *de hac re conscripsit, scilicet argumenta, vel epitomen, quae revera praefiguntur* Fabulis. *Post praefationem tabula* Fabularum *occurrit, quam excipit* PVBLII OVIDII NASONIS METAMORPHOSEOS LIBER PRIMVS. *In fine hujus legitur:* Publii Ovidii Nasonis Metamorphoseos opera Lucantonii Florentini impensa a Matheo Capcasa Parmense accuratissime impressa. Foelici faustoq. auspicio hic clauduntur. A. MCCCCLXXXVIIII. Pridie Calen. Ianuarias. *Sequitur* Registrum huius operis. *In sequenti folio sub nova signaturarum serie* P. OVi. NASONIS SVLMONENSIS POETAE CLARISSIMI HEROIDUM LIBER VNICUS INCIPIT, *quo absoluto, adcedunt* libri Amorum, De arte Amandi, De Remedio Amoris; in Ibin: Fastorum, De Tristibus; De Ponto; De Culice; De Philomena; De Medicamine Faciei; De Nuce; Consolatio ad Liviam de morte Drusi. *Agmen claudit* VALERII SUPERCHII ELEGIA: CONQVERITUR QVOD BARBARI VELINT PARITER CVM NASONE OPERA ILLIVS INTERIRE, *et Epistola, qua idem* VALERIVS SVPERCHIUS PISAVRENSIS ILLVSTRISSIMO PRINCIPI IOANNI SFORTIE PISAVRI DOMINO. S. D.
In folio..... X. F. 33.

Etsi locus impressionis hujusmodi editionis haud legatur in laudata nota typographica, *Venetiis* tamen, et non *Parmae*, uti aliqui temere putarunt, in lucem prodiit: quod aperte demonstrat Cl. *Affò. Saggio di Memorie su la Tipografia Parmense, pag.* XLI. Impressa sunt haec *Ovidii* opera Romano, ac pereleganti charactere. Custodes, et paginarum numeri omnino desiderantur, nec non litterae initiales, quae suppletae cernuntur a Miniculatore coloribus variis.

Digitized by Google

P A

Paduani Iacobi. *Vide* Dondis Iacobi de. *Tom. I. pag. 255.*

Paielli Guilelmi. Congratulatio pro patria. *Titulus praefixus ita se habet:* GULIELMI PAIELLI EQUITIS VINCENTINI PRO PATRIA AD ILLUSTRISSIMUM NICOLAVM TRVNUM VENETVM DVCEM CONGRATVLATIO. *Desinit ad lineam XVII folii recti verbo* FINIS.
In folio. *Extat colligatus, forsan errore Compactoris,* cum Valturio.. XII. F. 8.

Asservatur exemplar alterum hujus rarissimae orationis in Bibliotheca *Pinelli*, et cl. *Morellius, Venetiis* e typis *Nicolai Ienson* prodiisse autumat; uti aliquo modo elegantissimi characteris forma, et praestantissima charta indicant.

Palladii Domici (sic) SORANI. Carmina, *quae extant cum libris* Ovidii, *cum* Plauto Merulae, *et* Saraceni *anni 1499, cum* Horatio mancinelli, *anni 1495. Collectio vero ejus Poematum prodiit* Venetiis *anno 1498, quam notavimus in Tom. II. pag. 227.*

Pannonii Iani. Carmen ad Divam Faeroniam Najadum Italicarum principem. *Extat ad finem historiarum* Polybii *ex versione* Nicolai Perrotti, *editionis anni 1498. Ejus titulus ita se habet:* Naiadum Italicarum Principi Divae Faeroniae devotus hospes Ianus Pannonius cecinit in reditu ex Urbe Nonis Iunii M.CCCC.LVIII. *Vide* Polybii. *Tom. II. pag. 349.*

Pantiera Ugonis de. *Vide* Panziera. *Tom. II. pag. 349.*

Paphnutii Viri Sanctissimi. Prologus et Vita S. Onufrii Eremitae. *Vide* Vitae SS. PP. *Tom. III. pag. 378.*

Papia Augustini de. Ord. FF. Praedicatorum. Emendatio Sermonum B. Alberti Magni super Evangelium Missus est. *Vide* Alberti M.

Papiensis Iacobi ex ammanata gente, S. R. E. Cardinalis, Epistolae ad Angelum Politianum. *Extat cum* Politianensibus Epistolis, *ab* Aldo *excusis. Vide* Politiani. *Tom. II. pag. 344.*

Paradisus Animae. *Vide* Alberti Magni Orationes.

Paraldi Gulielmi Episcopi Lugdunensis. Summa de virtutibus et vitijs. *Prima pagina ligneam figuram continet, quae Principem Apostolorum repraesentat: circa ipsius caput leguntur verba:* Tu es Petrus: *in inferiori margine:* Summa aurea de virtutibus et vitijs. *Praemittitur operi* Tabula, *quae principalium sententiarum Summas, annotationes, et summarium continet. Opus in duos distinctum est libros. In Primo:* Summa virtutum. *In Secundo,* Summa Vitiorum *comprehenditur. In folio XI recto* Summa *initium sumit a titulo*: Reveren-

Digitized by Google

dissimi ac eximij sacre theologie doctoris frīs Gulielmi paraldi. Ep̄i lugdunensis. Ex sacro ordine predicatorum. In summā suam de virtutibus et vitijs. Prologus feliciter. Incipit. *In calce voluminis:* Ad laudem et honorem Domini nostri iesu christi. Nec non matris eius virginis marie. Hoc preclarum opus summe virtutum: et vitiorum: litteris aureis merito scribendum. Imprimi fecit his pulcherrimis litterarum caracteribus Paganinus de Paganinis Brixiensis. In alma civitate Venetiarum. die. xx decēbris 1492. In quo quidē ope quanta sit adhibita diligentia. Lector facillime dignoscet. *His subnexum est* REGISTRUM.
In 4.° parvo..... III. B. 35.

Impressum est hoc opus in duabus columnis gallo-franco ac minusculo charactere. Signaturae, et initiales litterae parvae adparent, nulli vero custodes, nullique foliorum numeri. Hujus editionis *Maittairus. Ind. II. pag. 119 ex Orlando pag. 198.* meminit.

Parthenii Antonii. Commentaria in Catullum. *Vide* Catulli. *Tom. I. pag. 169.*

Parthenii Bartholomaei Gir. Benacensis. Interpretatio vitae Thucididis ex Marcellino Graeco. Ad Franciscum Thronum Ludovici Filium Patritium venetum. *Vide* Thucididis *ex versione* Laurentii Vallensis, *quam idem* Parthenius *recognovit. Tom. III. pag. 243.*

— *Ejusdem*, Epistola ad eumdem Thronum super patria Strabonis. *Vide* Strabonis. *Tom. III. pag. 162.*

— *Ejusdem* Epistola ad eumdem in Titum Livium, et Carmen in hunc historicum: *Epistola est excursus, quid sit* Historia, *et quotuplex sit* Historiae *species. Vide supra* Titi Livii *anni 1480.*

— *Ejusdem* Epistola ad eumdem, *cui dicavit laborem suum in recognitione Operis* Iuniani Maji de Proprietate priscorum verborum, *quod fuit impressum* Tarvisii *secunda in eadem urbe editione, anno 1480. Vide* Maji Iuniani. *Tom. II. pag. 49.*

Censemus Bartholomaeum Parthenium Benacensem, *qui se etiam* Gir. *inscribit, esse* Bartholomaeum Girardinum, *celebrem Iurisconsultum.*

Paschasii. Versio ex Graeco in latinum sermonem Exhortationum SS. PP. *quos vertit jussu* Martini Abbatis, *cui et nuncupavit. Vide* Vitae SS. PP. *Tom. III. pag. 378.*

Passaregii Rudulphini. *Vide* Rudulphini Orlandini. *Tom. III. pag. 24.*

Pastrengo Guilielmi de. Epistolae ad Franciscum Petrarcham. *Extant cum* Petrarchae Opusculis. *Vide* Petrarchae. *Tom. II. pag. 271.*

Pauli Diaconi Neapolitani. Versio e Graeco vitae S. Mariae Aegyptiacae scriptae a Sophronio Episcopo Hierosolymitano. *Vide* Vitae SS. PP. 1483. *Tom. III. pag. 379.*

— De historiis Italicae Provinciae ac Romanorum. *Vide supra Art.* Eutropii.

Pauli Soncinatis. *Vide* Soncinatis Pauli. *Tom. III. pag. 136.*

Digitized by Google

P E

Pelagii Diaconi S. R. E. Versio adhortationum SS. PP. ex Graeco in Latinum. *Vide* Vitae SS. PP. *Edit.* Ven. 1483. *Tom. III. pag. 379.*

Pellibus Nigris Iacobi Philippi de. Carmen Elegiacum ad Mauritium de Portu-Hybernico. *Vide* Portu-Hybernico. *Tom. II. pag. 364.*

Penket Thomae Anglici. O. S. Augustini. Emendatio Scoti in IV lib. Sententiarum. *Vide* Duns Ioannis. *Tom. I. pag. 259.*

Peranzonis Nicolai. Additiones ad Commentaria Ilicinii, Philelphi, et Squarzafici in Petrarchae Carmina. *Extant cum* Petrarchae *textu.* Vide Petrarchae *Edit. Venet. 1500. Tom. II. pag. 266.*

Peregallii Ioannis: Epistola iocosa ad Petrum Gemingerum. Nurimbergae 1481. *Extat inter* Aeneae Silvii epistolas N. CLXXVIJ. *Vide* Picolhominei. *Tom. II. pag. 291.*

Peretti Petri Mantuani. *Vide* Mantuani Petri. *Tom. II. pag. 83.*

Pergamo Petri de. *Vide* Bergamo Petri de. *Tom. I. pag. 69.*

Pergulensis Pauli. Dubia, *quae spectant potissimum ad Dialecticen. Opusculum incipit a Prologo, nullo titulo praefixo. Ad calcem:* Ad laudem eius que pudicissime mūdo edidit oīum nostrū salvatorē. Expliciūt dubia edita per reverēdū magistrū Paulū pergulensem: quem ille: cuius dispositioni oēs nos subiecti sum⁹: sui gratia et bonitate optime et beate regere et conservare dignetur. Laus Deo.
In 4.° parvo..... XII. B. 8.

De hac editione edita *Venetiis* per *Leonardum Wild de Ratisbona anno M. CCCC. LXXXI. die VI. Ianuarij*, vide, quae indicavimus in Tom. III. pag. 165 hujus Catalogi. Art. *Strodi Rodulphi*, cum quo extat excusa, et compacta. Vide insuper ibidem pag. 114. Art. *Sermonetae Alexandri.*

—— Alia Editio, *cui nullus praecedit titulus, subjacent vero haec verba:* Ad laudem eius que pudicissime mundo edidit oīum nostrū salvatorē. Expliciunt dubia edita per reverēdū magistrū Paulū pergulensem: correcta per fratrem Mattheū campagnā de cherio: quem ille cuius dispositiōi oēs subiecti sum⁹: sui gratia et bonitate optime et beate regere et conservare dignetur. Laus Deos.
In 4.° parvo..... VII. B. 2.

Notitia Typographica hujusmodi editionis eruitur ex opusculo *Strodi*, cui inhaeret, et ad cujus calcem legitur: *Consequentiis eximii doctoris magistri Rodulphi Strodi: per fratrem Mattheum campagna de cherio: summo cum labore correctis finis adest Venetiis impressis. Mccccl.xxxviij.* Duplex columna in pagina unaquaque visitur, characteribus minutis gallo-francis referta usque ad numerum 50. linearum. Initiales vel parvis elementis supplentur, vel desiderantur. Signaturae suo loco occurrunt, haud vero custodes et foliorum numeri, qui penitus desunt.

Digitized by Google

—— Alia editio, *cui adcedunt* Consequentiae Rodulphi Strodi cum Commento Alexandri Sermonetae, et declarationibus Gaetani de Thienis. Obligationes Strodi, Consequentiae Ricardi de Ferebrich, cum Gaetani expositione. *Ad calcem hujus ultimi Opusculi legitur:* Impressa fuerunt que in hoc volumine continentur per Bonetum Lacatellū sūptibus. Nobil' Viri dñi Octaviani Scoti Civis Modoetiēsis Venetijs. M. CCCC. LXXXXIII. Tertio idus Februarij. *His subjacet* Registrum.
In 4.° ..... VIII. A. 10.

Summa linearum cuiusculusque ex duabus columnis, quibus paginae constant, ad 44. usque pervenit. Character gallo-francus est, et admodum minutus, et rudis: majusculo tamen typo in superioribus marginibus, subjecta materia indicatur, ubi foliorum numeri nulli occurrunt. Signaturae suo loco visuntur, haud vero custodes. Initiales litterae, ut plurimum, xylographicae sunt. Praesens editio tantummodo notatur in *Catal. Scapini pag. 435.*

—— Exemplar alterum ..... VIII. B. 50.

—— Expositio de sensu composito et diviso. *In prima libelli columna*: Incipit expositio de sēsu oposito et diviso acutissimi doctoris Pauli pergulensis. *In fine hujus* Expositionis *legitur:* Explicit expositio de sensu composito et diviso subtilissimi doctoris magistri Pauli pergulensis. *Posmodum vero* Incipit expositio Baptiste de Fabriano, *quam supra notavimus. Ad calcem totius libelli haec notantur verba; primo*: Explicit expositio de sensu cōposito et diviso scd'm mentē Eximij doctoris magistri Baptiste Fabriani: *deinde vero:* Impressum Venetijs p'. Iacobum Pentium de Leuco. Anno domini Mccccc. die vero iij. Decembris regnāte Augustino Barbadico serenissimo Venetiarum Principe.
In 4.° parvo. ..... VIII. B. 38.

Dividitur pagina quaevis in duas columnas, earumque utraque constat lineis 45. gallo-franci characteris. In superioribus marginibus praeter inscriptiones inveniuntur numeri plagularum; in externis indicantur divisiones quaedam textus; signaturae adsunt, minime vero reclamantes; tandem Initiales florentes ligneis typis sunt expressae.

—— Alia editio, *quae extat cum textu* Gulielmi Hentisberi. *Vide* Hentisberi. *Tom. I. pag. 369.*

Perotti Nicolai: Rudimenta Grammatices. *In postica pagina folii primi invenitur Epistola, qua* CALPhurnius Brixiensis Antonio Moretto (sic) Brixiensi Amico4 Optimo Sal. Pl. *dicit. In fronte primae columnae secundi folii recti sequentia verba capitalibus litteris expressa leguntur:* NICOLAI PEROTTI PON. SYPONTINI AD PYRRHū PEROTTVM NEPOTEM ex FRATRE SVAVISSIMVM RVDIMENTA GRAMMATICES. *Tum protinus ipsum opus ab* ALFHABETO, *typis capitalibus expresso, quod quatuor priores implet lineas, incipit. In fine secundae columnae ultimi folii recti legitur Auctoris peroratio brevis ad Nepotem suum, cui subjectum habetur*: Nicolai Perotti Pont. Sypontini ad Pyrrhum Nepotē ex Fratre Suavissimum Rudimento4 Grāmatices Finis. *Exinde:* Impressum quidem est hoc opus p magistrum Iohannem de An-

Digitized by Google

nūciata de Augusta. Laus Deo pararoseq3 (sic) virgini Marie. necnon totí curie celesti triūphanti. Anno salutis dominice. M. cccc. LXXviii. Mensis Maii. sexta feria.
In folio. . . . . XII. C. 31.

Deest in hac editione nomen loci, quem tamen *Bononiam* fuisse ex nomine Typographi *Iohannis Schriber de Annunciata de Augusta* probe intelligimus. Editio est charactere Romano satis pulchro excusa in duabus columnis, et lineae 37 ipsis adhaerent, dummodo integrae sint. Signaturas impressit Titheta marginibus paginis subjectis, quae absolvuntur litterarum serie *a-m*, et Arabicis numeris. Pro initialibus spatia tantum habentur; foliorum numeri, custodesque omissi fuere. Editio adeo rara, ut pauci Bibliographi eam descripserint.

— Versio Historiarum Polybii. *Vide* Polybius. *Tom. II. pag. 349.*

Perrotti Pyrrhi. Nuncupatoria Cornucopiae Nicolai Sipontini ad Fridericum Urbini Ducem. *Vide* Perrotti Nicolai. *Tom. II. pag. 248.*

Persii. Satyrae. *Sine ulla typographica notitia. Extat cum* Iuvenale, *de quo supra actum est. Vide* Iuvenalis.

Perusio Tyndari de. *Vide* Tyndari de Perusio. *Tom. III. pag. 283.*

Pescia Domenici. *Vide* Piscia Domenico de.

Petrarchae Francisci. Epistola M. T. Ciceroni inscripta. *Extat cum* Epistolis Ciceronis ad Atticum. *Editio Venet.* 1470. *Vide Ciceronis. Tom. I. pag. 189.*

Petri Angeli de Monte Ulmi. *Vide supra* Monte Ulmi.

Petri de Bergomo. *Vide* Bergomo Petri de. *Tom. I. pag. 59.*

Petri de Castrovolo. *Vide* Castrovol Petri de. *Tom. I. pag. 164.*

Petri Damiani S. Sermo. Pensandum est etc. etc. *Extat cum* Meditationibus SS. Augustini, Bernardi, *et* Anselmi. *Vide supra* S. Augustini.

Petri Manducatoris. *Vide* Comestoris Petri. *Tom. I. pag. 210.*

Petri Ravennatis. *Vide* Ravennatis Petri. *Tom. III. pag. 3.*

Petronii Bartholomaei Cremonensis. Disticha *in commendationem* libri Soliloquiorum Constantii Applani. *Vide* Applani.

Petrucii Friderici Senensis. Repetitio capituli pposuisti de foro cōpetenti dñi. Friderici de Senis incipit. *Haee verba in summitate primae columnae leguntur. Ad calcem secundae columnae ejusdem folii aversi sequentia habentur:* Repetitio capituli pposuisti de foro competenti Friderici de Senis finit feliciter.
In folio. . . . . VI. C. 23.

Digitized by Google

Praesens opusculum unius folii exstat excusum, et compactum cum *Tractatu de ecclesiastico interdicto Iohannis Calderini*, quem notavimus in Tom. I. pag. 140. Character in utroque est valde similis, charta quoque, et columnarum lineae, quae in ipsis sunt 52. Caret custodibus, signaturis, et paginarum numeris. Caret insuper nota loci, temporis, ac typographi, nec tamen dubitari posse videtur, quin *Romae ex typis Adam Rot anno 1472.* impressum fuerit, uti clare demonstrant *Audiffredus pag. 105. Denis in Suppl. pag. 12 et Laire.* pag. 188.

—— Tractatus super permutatione beneficiorum. *Praemittitur* Tabula seu repertorium ad predictas questiones facilius inveniendas, *quae compactoris incuria occurrit in principio voluminis. In summitate columnae primae adest titulus:* Incipit tractatus Domini friderici de Senis super permutatione beneficiorum directus Domino Lapo de Podio boniti qui dictum tractatum additionavit ut sequitur. *Post tractatum occurrit* Additio Lapi, *qua absoluta legitur:* Explicit tractatus Domini frederici de Senis super permutatione beneficiorum direct⁹. Domino Lapo de Podio Boniti qui fecit additiones que sunt in predictis questionib.⁹ inserte. Deo gratias.
In folio..... VI. E. 17.

Extat compactus cum *Tractatu Petri de Ubaldis de Unione Ecclesiarum*, de quo egimus in Tom. III. pag. 325.

Constat hic Tractatus cum adnexa *Additione* Lapi, et *Tabula* ex octo foliis excusis gallo-franco charactere, qui lineas 62. in qualibet ex duabus paginarum columnis replet. Charta polita et alba; margines, qui lati admodum characteribus supersunt, a nullo signo impresso ordinem foliorum scaporumque indicante occupantur. Nulla nec loci, nec anni, nec Typographi nota in opusculo occurrit. Huiusmodi editionis mentionem fecerunt *Denisius in Supplem. pag. 637. et Catal. Bibl. Schw. Tom. II. pag. 48.*

Digitized by Google

P F P H

Pfullendorff Michaelis. Epistola una cum Aenea Silvio ad Const. Episcopum scripta sub titulo *Promotoralium litterarum. Nurimbergae 1481. Extat cum Epistolis Aeneae* N.° *cxvj. Vide* Picolhominei. *Tom. II. pag. 291.*

Phalaridis Tyranni Agrigentini. Epistolae, *latine, ex versione* Francisci Aretini, *sive* de Accolitis. *Prooemii titulus ita se habet:*

Frācisci Aretini ī phalaridis Tirāni Agri
gentini Epistolae Ad Illustrem Principem
Malatestā Novellū de Malatestis
Prohemium.
ELLEM MALATES
ta novelle Princeps Illustris

Hoc in folio IV recto ad lineam III terminatur, eique subnectuntur Epistolae. Opusculum absolvitur in folio LIII recto, et post lineam x legitur:

Phalaridis Tyranni Agrigentini
epistole ad Illustrem Principem Ma
latestam per Franciscum Aretinū
trans late (sic) feliciter Expliciunt.

In 4.° parvo..... X. B. 79.

Pulcherrima haec editio, nuperrime in hanc Regiam Bibliothecam adlata, nulla nec loci, nec temporis, nec Typothetae nota signata visitur; debetur tamen solertissimo Romano Typographo *Bartholomaeo Gubdinbeckio de Sultz.* qui *Romae* impressit ab anno *1475* ad annum 1482, qui ad eam excudendam adhibuit consuetum suum elegantem rotundum characterem; et ex chartae qualitate, quae crassior est, uti esse consueverunt vetustiorum editionum chartae, non male forsitan quis conjiceret, circa annum 1476 fuisse exaratam. Numeravimus aliquot paginarum lineas, easque invenimus numero 27 Caret signaturis numeris foliorum, Registro, et litteris initialibus, pro quibus spatia tantum extabant, quae repleta cernuntur a Miniculatore varjis coloribus, prima tantummodo excepta, quae adfabre auro, coloribusque variis decorata adparet. Hujusmodi Editionis mentionem faciunt *Audiffredus pag. 402,* et *Denisius pag. 637.*

Philelphi Francisci. Epistolae. *In secundo folio recto, nam primum vacuum est,* Epistolae *inchoantur, praevio hoc titulo:* FRANCISCI PHILELFI EPISTOLARUM LIBER PRIMUS. FRANCISCUS PHILELFUS LEONARDO IUSTINIANO SALUTEM PLURIMAM DICIT. *Ad calcem legitur* τέλος, *exindeque:*

Impressum Brixiae per Iacobum
Britannicum Brixianum
M. cccc. lxxxv. Die
vii. Maii.

Adcedit in prima pagina ultimi folii REGISTRUM.

In folio..... XI. F. 27.

Digitized by Google

Auctor *Catalogi Ducis de la Valliere* arbitratur primam hujus operis editionem esse illam, quae nullam habet chronologicam notam, eamque *Principem* adpellat, et a *Ioanne de Spira* fuisse circa annum 1474 excusam; quam nos quoque notavimus in Tom. II. pag. 280. Huic tamen opinioni neque quamplurimi Bibliographi, neque nos adsentimus; et rectius *Editionem Principem* appellamus, quae *Prima* est, quae certam anni notam habet, sicuti extat praesens Brixiana editio, quae excusa est pulchro, et eleganti Romano charactere, qui lineas occupat 44. in paginis integris. Signaturae tantum visuntur, haud vero foliorum numeri, et custodes. Epistolae in XVI. libros partitae sunt, et totum volumen constat 155. foliis impressis.

— Epistola ad Ioannem Simonetam Ducalem Secretarium. *Extat cum* Commentariis Ioannis Simonetae, *italice versis. Vide* Simonetae. *Tom. III. pag. 129.*

PHILELPHI PETRI IUSTINI. Castigatio Epistolarum Pii Papae II. *Vide* Picolhominei. *Tom. II. pag. 291.*

PHILETICI MARTINI. Carmen, et distichum in opus Io. Sulpitii Verulani. *Vide* Verulani.

PHILOMUSI IOANNIS FRANCISCI. Pisaurensis Poetae Laureati. Emendatio Carminum Q. Horatii Flacci. *Praecedit ipsius Nuncupatoria* Inclito Principi Ioanni Sfortiae, *et in calce legitur Carmen* Philomusi *ad eumdem Principem. Vide* Horatii. *Tom. I. pag. 402.*

PHILOSOPHICA MENSA. *Vide* Mensa Philosophica. *Tom. II. pag. 117.*

PHILOXENI MARCELLI. Carmen ad Antonium Moretum. *Extat ad calcem* Plinii de Viris illustribus. *Vide* Plinii. *Tom. II. pag. 329.*

PHOSPHORI MARCI LUCII. Carmen in laudem Commentariorum Domitii Calderini in Martialem. *Vide* Martialis. *Tom. II. pag. 94.*

Digitized by Google

P I

Piccardi Ioannis Monachi Cardinalis. *Vide* Ioannis Monachi. *Tom. I. pag. 417. et Append.*

Pilli F. Nicolai Minoritae. Subscriptio circa conclusiones quasdam Fr. Hieronymi Savanarolae de ignis experimento facienda. *Vide* Savanarolae. *Tom. III. pag. 57.*

Pincii Ioannis Petri. Epigramma in laudem Alphonsi Toletani. *Vide* Vargas Alphonsi. *Tom. III. pag. 108.*

Pisani Boni Accursii. Compendium Elegantiarum Laurentii Vallae. *Vide* Valle Laurentii. *Tom. III. pag. 295.*

Pisani Victoris Patricii Veneti. In Rufi Sexti Avieni, seu in Arati Phaenomenon libros ab Avieno in latinum conversos Praefatio, sive Epistola scripta magnifico ac singularis prudentiae viro Paulo Pisano. *Vide* Arati.

—— *Ejusdem.* Epistola Ludovico Mocenico preexcellenti in eloquentia viro in editionem Problematum Alexandri Aphrodisei. *In hac epistola* Vallam *magistrum suum laudibus effert. Vide supra* Aphrodisei.

Piscia Dominici de. Declaratio *vel* subscriptio circa conclusiones quasdam Fr. Hieronimi Savonarolae. *Hae conclusiones* a Dominico de Piscia *ejus discipulo, et supplicii comite, propositae fuere; earumdem descriptionem recitavimus in Tom. III. pag. 57. Art.* Savonarolae.

Piscinae Iuliani Cremonensis. Epigrammata ad Iohannem Tolentinum. *Extant cum* Suiseth. *Vide* Suiseth.

Digitized by Google

P L

Platinae Barptolomaei. Vitae Pontificum. *In folio primo verso imprimitur Epistola, qua* Hieronimus squarzaficus alexandrinus doctissimo viro Platine. S. P. D. *In secundo recto incipit* Prohemium Platinae in vitas pōficū (sic) ad Sixtum. iiij. Pontificem maximū. *In tertio folio recto incipit opus praevia inscriptione:* Platine historici liber de vita christi: ac pontificum omniū: qui hactenus Ducenti et vigintiduo fuere: *Typotheta in principio secundae columnae folii 128 recti haec excudit verba:* Excellentissimi historici Platine in vitas summorum Pontificum ad Sixtum. iiij. Pontificem maximum preclarū opus feliciter explicit: accurate castigatū ac impēsa Antonij. Kuburger Nurenberge impressum. iij. idus augusti consummatum. Anno salutis xp̄iane. M. cccclxxxj. Laus Deo. In folio..... XII. G. 36.

Editio admodum rara, et ad Venetam anni 1479 quam recitavimus in Tom. II. pag. 311. expressa est. Opus variis quidem temporibus excusum, cujus tamen illae editiones praecipue aestimantur, quae seculo XV editae, quippe non dum resecatae, proinde parum obviae. Paginae in duas tribuuntur columnas, et earum quaelibet integra constat 55. lineis gallo-franci nitidi characteris. Initiales nonnisi penicillo depictae occurrunt, excepta prima initio Operis, quam Miniculator adfabre floribus et auro ornavit. Custodes, signaturae, et numeri plagularum omnino desunt.

—— De obsoniis, honesta voluptate, et valetudine. *Titulus praefixus in prima folii pagina Nuncupatoriae Epistolae, ita se habet:* PLATINAE DE HONESTA VOLUPTATE: ET VALETUDINE AD AMPLISSIMVM. D. B. ROVERELLAM. S. CLEMENTIS PRAESBITERUM CARDINALEM LIBER PRIMVS. *Post tertiam lineam ultimi folii aversi legitur:* PLATYNA. DE OBSONIIS LIB. FIN.
In 4.° parvo..... X. B. 19.

Sine ulla typographica notitia. Aliam editionem hujuscemodi operis notavimus in Tom. II. pag. 113. quae itidem nullam habet typographicam notitiam, et ambae excusae charactere Romano rudissimo et inaequali; attamen inter se diversae omnino sunt, ut adparet ex typographico artificio, quod dissimile observatur. Licet enim ambae careant signaturis, custodibus, foliorum numeris, et initialibus, prima tamen constat foliis 106, praesens vero 87. Opus desinit in illa, ad lineam XX. ultimi folii recti, in hac ad lineam tertiam secundae paginae ultimi folii. Quinam harum duarum editionum Artifex, vel Artifices fuerint, haud determinare valeo: multo magis, quod Bibliographi fere omnes de iis omnino silent.

—— *Ejusdem:* Epigrammata in Sulpitium Verulanum. *Vide* Verulani. *Tom. III. pag. 348 et infra in hac Appendice.*

Platini Petri-Antonii. Carmen in laudem Ubertini Crescentinatis. *Vide* Ubertini. *Tom. III. pag. 326.*

Plautii Ioannis Baptistae. Commentaria in Persium. *Vide* Persii. *Tom. II. pag. 252.*

Plegafetae Matthaei Vicentini. Editio Sermonum quadragesimalium Leonardi Utinensis. *Vide* Utino Leonardi de. *Tom. III. pag. 399.*

Digitized by Google

PLINII C. SECUNDI. Epistolarum lib. IX ex emendatione Pomponii Laeti. *In postica pagina primi folii legitur Epistola Nuncupatoria hac praedita inscriptione:* Vasino Gambariae Innocentii Pont. Max. Ministro a cubiculo Pomponius Laetus. *In sequenti folio incipit* C. CAECILII PLINII SECVNDI EPIST. LIB. PRIMUS: *In calce post verbum* F. I. N. I. S. *legitur:* Impressum Romae per Eucharium Silber alias Franck natione Alemanū. Anno Domini. M. CCCC. LXXX. post diem xiiii. Calendarum Aprili. *Post allatam subscriptionem in postica pagina folii 148 alia duo occurrunt folia, quorum alterum exhibet* Quaedam in volumine corrigenda, *alterum* REGISTRUM *cum foliorum, tum signaturarum.* In 4.° parvo..... X. A. 14.

In hac venustissima editione a *Pomponio* Editore expletae fuerunt lacunae, quae occurrunt in editione Neapolitana anni 1476; de qua suo loco dictum est in Tom. II. pag. 327. additis ubique verbis et sententiis Graecis, Graeco charactere, Romanis typis persimili. Signaturis editio instructa est; numeris tamen, et reclamantibus caret.

PLUTARCHI. Opusculum de liberis educandis, *latine* ex *versione* Guarini Veronensis, *cum ejusdem* Praefatione. *In calce:* Venetiis per Damianum de Mediolano. M. CCCCLXXXXIII. die XXI. Iunii.

Digitized by Google

P O

Podio Bonito Lapis de. Additio Tractatui Friderici de Senis, super permutatione Beneficiorum. *Vide supra* Petrucii Friderici de Senis, *et Tom. II. pag. 294.*

Polentoni Xichonis: De Aedificatione urbis Venetiarum, et Origine urbis Patavinae. *Conjunctus est hic libellus cum* Ruffo Sexto viro Consulari de Historia Romanae gentis, *sed desunt omnes typographicae notae.* In 4.° *Vide, quae de hoc praeclaro opusculo jam notavimus in Tom. III. pag. 27. Artic.* Rufi.

Polydori Comitis Cabaliati. Carmen in defensionem Danielis Caietani Cremonensis Praeceptoris sui, *qui* Galerianus *in titulo inscribitur, hic vero appellatur* Caietanus. *Vide* Senecae Tragaediae, *excusae anno 1493. Tom. III. pag. 108.*

Pompei: Oratio ad Senatum. *Extat cum* Sallustio. *Vide* Sallustii. *Tom. III. pag. 6.*

Pomponatii Petri, *alias*, Petri Mantuani. *Vide* Mantuani Petri. *Tom. II. pag. 83.*

Porcii Latronis. Declamatio contra Catilinam. *Extat cum* Sallustio. *Vide* Sallustii. *Tom. III. pag. 46.*

Porphyrii. De Divinis atque Demonibus, *cum* expositione ex interpretatione Marsilii Ficini. *Extat cum Iamblicho. Vide* Iamblichi. *Tom. I. pag. 408, et* Ficini *ibidem pag. 400.*

Porri Lucae. Recognitio historiarum Titi Livii. *Vide* Livii *edit. an.* 1482. *Tom. II. pag. 55.*

Possidii S. Calamensis Episcopi. Vita S. Augustini. *Vide* S. Augustini Opuscula *supra notata.*

Postillae super totam Bibliam. *Item* Postillae Morales in Biblia. *Vide* Lyra Nicolai de. *Tom. II. pag. 54.*

Prieras Sylvestri. *Vide* Prierani. *Tom. II. pag. 367.*

Prisciani Gramatici. De Praeexercitamentis Rhetorice ex Hermogene translatis. *Is titulus occurrit in principio opusculi: In calce post verbum* Finis, *legitur:* Impressum est hoc opus Romae per magistrum Stephanum Plannck: Absolutūq3 die. iii. Iunii. Anno dñi. M. cccc. xci.
In 4.° parvo..... IX. B. 76.

Est opusculum XVI. paginarum, excusum Romano charactere, et unum efficit volumen cum opere *Sulpitii Verulani de Componendis, et Ornandis Epistolis*, de quo egimus. Tom. III. pag. 353.

Digitized by Google

—— *Ejusdem* De Accentibus. *Post verbum* FINIS *ad calcem voluminis, sequens notitia habetur:* Impressum Romae per Magistrum Steffanum (sic) Plannck. Anno dñi Millesimo quadringentesimo Nonagesimo secundo. Die. xxii. Mēsis Septēbris. Sedente Alexandro Max. Pont. vi. Anno eius Primo.
In 4.° parvo..... IX. B. 53.

Extat pariter hoc opusculum excusum, et colligatum cum tractatu *Sulpitii Verulani De versuum Scansione*, notatum. *Tom. III. pag. 351.*

—— Exemplar alterum..... IX. B. 55.

—— Exemplar tertium..... IX. B. 56.

—— *Ejusdem* Expositio in Theophrastum de Sensu, Phantasia, et Intellectu. *Extat cum* Iamblicho. *Vide* Iamblichi. *Tom. III. pag. 292.*

—— *Ejusdem* in Platonicum Alcibiadem. *Vide ibidem.*

Processus Neapolitanorum Principum qui contra Ferdinandum II Aragonum Regem conjurarunt. *Latina fidelissima versio. Prima voluminis pagina continet sequentia verba, hoc pacto excusa:*

COPIA PROCESSUS CONIURE NON
NULLORUM TITULORUM ET
BARONUM REGNI CONTRA REGEM
FERDINANDUM DE ARAGONIA
ANNO MCCCCLXXXVI.

Caetera vero, quae in hoc versione insunt, ex Italico exemplari deducta fideliter sunt, excepta nota chronologica impressionis, quae in hac ita se habet: Impressus est Neapoli die xvii. Decēbris. MccccLxxxviii.
In folio..... XI. C. 7.

Haec est illa editio, quam quidam Bibliographi, etiam magni nominis, *Gallice* prodiisse temere dixerunt: fortassis ob modicum exemplarium impressorum numerum tam rarus fuit hic liber, ut in paucis Patriae Bibliothecis extaret. Quae vero ad rem typographicam spectant, praesens editio, Italicum exemplar ad unguem imitatur, quod jam recensuimus in Tom. II. pag. 374. hujus Catalogi.

Procuratoris Tractatus, sub nomine Diaboli. *Vide* Saxoferrato Bartolus de. *Tom. III. pag. 77 et sequ.*

Prosperi, Chronicon. *Extat post* Chronicon Eusebii et Hieronymi. *Vide* Eusebii. *Tom. I. pag. 279.*

Procli. De Sacrificio et Magia; *cum expositione, et interpretatione* Marsilii Ficini. *Vide* Iamblichi. *Tom. I. pag. 408 et* Ficini *ibidem pag. 300.*

Digitized by Google

PS PU PY

Psalterium *et* Hymnarius Secundum morem Romanae Curiae. *Praecedit* Kalendarium, *cui priora folia desunt, et incipit a* Conversione S. Pauli Apostoli, *scilicet a die* XXV. *Ianuarii. Absoluto* Kalendario *folio* VI *in sequentis folii principio legitur rubro charactere:* In nomīe dn̄i nostri iesu xp̄i amen. Ordo psalterij sūm morem et ɔsuetudinē romane curie feliciter incipit. *Post* Psalterium *sequitur* Hymnarius, *postmodum verba haec habentur pariter colore rubro impressa:* Psalteriū cum hymnis sūm usum romane curie finit et ꝑoptime revisū ac emendatū: Impressū venetijs: impēsis ac cura lucantonii de giūta florentini. Arte autē ac ingenio Ioānis Emerici de Spira alemani. Anno dn̄i. Mccccxcvj die vero tertio mensis Decembris.
In 8.°..... XIII. D. 56.

Character gallo-francus ruber et niger in paginis complectitur lineas 28. Signantur fasciculi litteris, et Romanis notis; custodes, et numeri plagularum desunt. Pro initialibus vacua spatia extabant, antequam Miniculator rubro colore litteras suppleret; exceptis duabus prioribus, quae iconismis xylographicis decorantur.

Pselli Philosophi. De victu humano, Georgio Valla Interprete. *Vide* Vallae Georgii. *Tom. III. pag. 295.*

—— De Daemonibus, *cum expositione, et interpretatione* Marsilii Ficini. *Extat cum* Iamblico. *Vide* Iamblichi. *Tom. I. pag. 408 et* Ficini *ibidem 300.*

Puteo Paridis de. Tractatus de Syndicatu, *cui adcedit* Tractatus de Ludo. *Huic Artic. Tom. II. pag. 395 post lineam XV adde:*

—— Exemplar alterum..... XI. C. 30.

Pythio de Monte Varchi. Tragedia 14 di Seneca volgarizzata. *Vide* Seneca. *Tom. III. pag. 108.*

Digitized by Google

R E

Recollectorius Libellus auctoritatum de veritate Conceptionis B. Mariae Virginis. *In Tom. 1. pag. 62 vidimus* Vincentium Bandellum O. FF. Praedicatorum, *fuisse collectorem harum auctoritatum, librumque suum dicasse* Petro Cambarensi Comiti, *adversus eos, qui immaculatam Conceptionem Virginis docebant. Vide Cit. l.* De Bandellis Vincentii.

Reginaldetti Petri. Speculum Finalis retributionis. *Primam paginam occupat Lignea tabula, quae repraesentat iconem, forsan Auctoris, e Cathedra docentis, auditoribus stipati; et in summitate ejusdem tabulae leguntur sequentia verba, majoribus litteris gallo-francis excusa:* Speculū finalis retributionis magistri petri Reginaldetti Ordinis Mīorū. *In secundo folio* Incipit Tabula ī libello Speculi finalis retributionis: *et in folio IV* Explicit Tabula. *In sequenti folio signato n.°* 1. *leguntur sequentes versus:* Liber ad Lectorem.

Accendi cupiens ad celi gaudia: compos
Est voti: modo me terq3 quaterq3 legat.
Nec mirum: penas nam pando clarius omnes
Tartareas: iusti premia sicq3 viri.
Lector emas igitur festinans me tibi: vita
Tandem celesti vivere quisquis amas.
Sum quoq3 nunc docto menda purgatus ab omni
Nempe viro: tua quem muneret oratio.

Sequitur protinus Epistola fratris Guilhermi Totani sacri ordinis predicatorum: in laudem presentis operis: per ipsum castigata. *Opus incipit, sine ullo titulo in sequenti folio, et ad calcem:* Finit speculū final' retributionis cōpositū ꝑ reverēdū magr̄m Pet4 Reginaldetti sacre theologie ꝑfessorem: ordinisq3 fratrum mino4. Impressum Venetiis ꝑ Iacobinū de pentijs de Leucho. Impēsis vero Lazari de soardis die 7 Novembris 1498. *Exinde:* Cōcessū est eidē Lazaro ab Illmō Senato Veneto: ut (sic) cuiq3 hunc librum liceat imprimere intra eo4 dominium sub pena ut in gr̄a etc. etc. Laus Deo. Finis. *His verbis subnectitur Typographi signum, alibi notatum.*

Opus istud, gallo franco minuto charactere in duabus columnis 39. linearum, impressum est, exhibens suo loco custodes, foliorum numeros, ac signaturas; et parvas initiales litteras adjecit Typographus

Regulae Grammaticales. *Vide* Veronensis Guarini. *Tom. III. pag. 343.*

Rembertini. *Vide* Rimbertini. *Tom. III. pag. 13.*

Renutii, *seu* Remicii. Vita Aesopi, et Fabulae e Graeco Latine redditae. *Vide* Aesopi. *Tom. I. pag. 11.*

Digitized by Google

— *Ejusdem.* Versio Epistolarum Bruti. *Vide* Bruti. *Tom. 1. pag. 128.*

Repertorium Pronosticon de mutatione aeris. *Adcedit* Hyppocratis libellus de medicorum astrologia. Petro de Abano Interprete: *Praecedit titulus primo opusculo, characteribus majusculis cusus;* Opusculū repertorii pronosticon in mutationes aeris tam via astrologica q. metheorologica uti sapiētes experientia comperientes voluerunt P.⁹ q. utilissime ordinatū incipit sidere felici et primo prohemiū. *Ad calcem legitur:* Repertoriū de mutatione aeris finit. *Exinde opusculi secundi titulus occurrit, nempe:* Hyppocratis libellus de medicorum astrologia incipit: a Petro de abbano in latinū traductus. *Prologus Interpretis praefigitur libello, quo absoluto, Typographus excudit sequentia verba:* Hyppocratis libellus de medicorū astrologia finit: a Petro de abbano in latinū traduct.⁹ Impressus est arte ac diligentia mira Erhardi Ratdolt de Augusta Imperante inclyto Iohanne Mocenico duce Venetorū. Anno salutifere incarnationis 1485. Venetijs. In 4.° parvo..... XII. B. 69.

Fasciculi plagularum signati visuntur litteris, et notis Arabicis, et foliorum numeratio reperitur ab *1-49* custodes attamen absunt. Initiales ut plurimum ligneae florentes habentur. Character gallo-francus lineis 38 distinguitur in pagina unaquaque integra.

Repertorium Temporum. *Hispanice. Legitur in primo folio recto majusculis gallo-francis litteris:* Repertorio de los tiempos nuevamente añadido Ciertas Cosas que fasta a qui no eran puestas. *In aversa pagina occurrit Nuncupatoria Epistola, vel* Prologus, *cum hac inscriptione:* Repertorio de los tiempos ordenado por adiciones e nel lunario fecho por Andres d' Liciudadano de caragosa, dirigido al muy magnifico y muy virtuoso hidalgo y seño. Dō Pedro torero. Prologo. *Desinit sine ulla typographica notitia.*
In 4.° parvo..... VIII. B. 16.

Libellum hunc admodum rarum, paucisque Bibliographis cognitum, quem ipse diligentissimus *Nicolaus Antonius* omnino ignoravit, data opera recenset *Mich. Maittairus pag. 567,* qui ex *Catalogo Bibliothecae Graswinkl pag. 66. n. 11.* notitiam hausit. Hoc opus excusum fuisse *Burgis anno 1493.* constat ex eodem *Maittairo,* nam in exemplo nostro typographica nota desideratur ob defectum, quo laborat in extremitate aliquot paginarum. Charactere pereleganti gallo-franco expressum est opus, cujus margines ab impressione numerorum plagularum, et custodum liberi sunt; non tamen signaturis carent; Typographus enim has expressit litteris, et Romanis numeris. Initiales, et Figurae xylographicae in toto opere habentur. Prima Ephemeris est pro anno *M. D. vj.* ultima pro anno *M. D.* L.

Reuclinii Ioannis. Vicabularius (sic) latinus breviloquus. De hoc opere ejusque Auctore, vide *Tom. III. pag. 343 hujus Catalogi, ubi satis superque dictum est in artic.* Vocabularius breviloquus.

Digitized by Google

RI-RO-RU

Richis de Luca Leonardi de. Editoris operis Stephani de Flandria, *cum ejusdem* Nuncupatoria Epistola ad Dominum Nicolaum Tigrinum, *opusculo praefixa*. *Vide* Flandria Stephani de.

Rinuccinii Alammani Florentini. Vitae Aegidis, et Cleomenis, Niciae, et Marci Crassi, *in latinum versae ex* Graecis Plutarchi. *Extant cum* Plutarcho Pyladis. *Vide* Plutarchi. *Tom. II. pag. 332.*

Roberti, *sive* Roberti a Lycio dè Caraczolis, *vel* Caracciolis. *Vide* Caraccioli. *Tom. I. pag. 147.*

Rolandini Passagerii. *Vide* Rudulphini Rolandini. *Tom. III. pag. 24.*

Romagnisii Ioannis Bobiensis. Carmen in Laudem Michaelis Scoti, super expositionem Sphaere. *Vide* Scoti. *Tom. III. pag. 90.*

Rondinelli Iuliani Minoritae. Declaratio, *vel* subscriptio circa conclusiones quasdam F. Hieronymi Savanarolae de ignis experimento faciendo. *Vide* Savanarolae F. Hieronymi. *Tom. III. pag. 57.*

Rolandi Capelluti Parmensis. *Vide supra* Capelluti.

Ruvere Francisci de. *Vide* Sixti PP. IV.

Digitized by Google

S A

Sacchi Fabritii. Epistola Blasio Piccolhomineo praefixa Antidoto Laurentii Vallensis adversus Pogium. *Vide* Vallae Laurentii. *Tom. III. pag. 302.*

Sacramori Fr. Malatestae, Ordin. FF. Praedicatorum. Subscriptio circa conclusiones quasdam F. Hieronymi Savanarolae de ignis experimento faciendo. *Vide* Savanarolae. *Tom. III. pag. 72.*

Salernitana Schola, *cum* expositione Arnaldi de Villanova. *Folium primum sequens titulus tantum occupat, majori gallo-franco charactere excusus:* Regimen Sanitatis. *In fronte folii secundi* Incipit regimē sanitatis etc. *et caetera, quae notavimus Tom. III. pag. 41. in editione Veneta 1480 hujus operis. Prima pagina folii LXXXI post lineam XXIV refert verba sequentia:* Hoc opus optatur qd⁹ flos medicine vocatur. *Exinde:* Tractatus qui de regimine sanitatis nūcupat⁹ finit feliciter. Impressus Argeñ. Anno dñi M. cccc. xcj. In die sancti Thome cātuarient.⁹
In 4.°..... VIII. B. 70.

Praesens editio ad exemplar per Medicos *Montis Pessulani anno 1480.* recognitum atque emendatum exscripta et impressa fuit; et in *Mich. Maittaire Annal. Typograph.* frustra eam quaesivimus. *Scholae Salernitanae praecepta*, leoninis versibus scripta, majoribus gallo-francis litteris sunt expressa; minoribus vero Commentarius, qui operi adjectus est; et in paginis integris lineae 34 numerantur. Initiales litteras parvas adjecit ignotus Typographus, plagularum fasciculos litteris, et Arabicis notis signavit; neglexit tamen custodes, et paginarum numeros. In III. Tom. pag. 41 hujus nostri Catalogi, ad notam adjectam huic articulo temere scripsimus *Arnaldum de Villanova* fuisse natione *Gallum*, patria vero *Catalanum*, nam de ejus patria *Hispani* et *Galli* contendunt; sed re melius a nobis perpensa, adfirmamus illum neque in *Hispania* neque in *Gallia*, sed in *Italia*, *Mediolani* prognatum fuisse; quod quidem ex ipsius *Arnaldi* testimonio confirmat *Iohannes Freind Histoire de la Médecine P. I. pag. 55.* Hoc etiam docet *M. de Haitze* Gallus, qui data opera vitam *Arnaldi* conscripsit, editam *a Aix 1719*, nec non *Symphorianus Champerius* in vita *Arnaldi Villanovani*, quae *Arnaldi* operibus, editis *Lugduni 1542.* praefigitur; *Petri Castellani Vitae Medicorum illustrium, qui toto orbe ad haec usque tempora floruerunt, Antuerp. 1618. pag. 152. Nicolaus Anton. Biblioth. Hisp. Vet. Tom. II. lib. VIII. cap. I. pag. 74. Casimirus Oudinus Comment, de Script. Eccles. Tom. III. colum. 616.* aliique, quamplurimi magni nominis Scriptores, qui omnes ortum dixerunt *Arnaldum Mediolani* Saeculo XIII. exeunte, et *Genuae* mortuum anno 1363.

Salis F. Baptista de. Summa Casuum. *Huic articulo Tom. III. notato adde in pag. 45. post lineam XXIII.*

Exemplar quartum..... I. C. 1.

Salviati F. Roberti ex Ordine Praedicatorum. Subscriptio circa conclusiones quasdam F. Hieronymi Savanarolae. *Vide* Savanarolae. *Tom. III. pag. 72.*

Samuelis Rabbi. Epistola contra Hebraeos, ab Alphonso Boni hominis ex Arabico in Latinum sermonem Versa. *Huic artic. notato Tom. III. pag. 51. adde in pag. 53. post lineam XIV.* Exemplar alterum..... II. D. 57.

Digitized by Google

Sancii Roderici de Arvalo. Episcopi Zomarrensis. Speculum humanae Vitae. *Incipit ab Epistola Nuncupatoria Auctoris ad* Paulum II, *ad cujus initium ita legitur:* Ad Sāctissimū et B. Dn̄m Dn̄m Paulū Scdm̄ Pōtificem maximū liber̄ incipit dict⁹ Speculū vitae hūane. Quia ī eo cuncti mortales ī q̄vis fuerīt statu vl⁹ officō spūali, aut tp̄ali speculabūt⁹ ei⁹et vite p̄spra et adversa: ac r̄cte vivēdi documēta editus a roderico zamorensi et postea calagaritano hispano eiusdem sanctitatis in castro suo sancti angeli castellano. *Hanc in antica pagina folii secundi, linea 21, absolutam sequitur* Prefacō utilis ī q̄ auctōis h⁹ libri vita eiuusq3 (sic) studia r̄colūt.⁹ et tādē admonet ad studia legis divine poci⁹ q̄3 hūane et ad effectū legū hūanā4 et de ordīe p̄cedēdi in hoc libro. *Praefationi, quae folii tertii postica pagina terminatur, subnexa est materiarum tabula, quae absolvitur in secunda pagina folii sexti, ad lineam 27, et protinus* Incipit capitulū p̄mū p̄mi lib⁹ de oī statu et vita tp̄ali. Seq̄t⁹ liber scdūs de statu et vita sp̄ū ecclesiastica et regulari. *Conclusio huius operis iterum directa est ad* Paulum II, *cui sequentes versus sunt adnexi*

Edidit hoc lingue clarissima norma latine.
Excelsi ingenij vir rodoricus opus
Qui norma angelica est custos bene fidus in arce
Sub Pauli veneti nomine Pontificis.
Claret in ytalici zamorrensis episcopus ausis
Eloquij. id superos gloria parta viri.

His sequens notitia subjecta est: Finit liber dict⁹ Speculū vite hūane q̄3 in eo et Cesarea potestas, et regalis dignitas. bubulco4 etiā gen⁹ sibi speculat⁹. Saluberrima simul sp̄ūalisq3 vite viros secū advehens. Papā sc3 cardīales. Arcie p̄os (sic) cleīcos et ceteros ecclesie mīstros rectā et hijs (sic) speculandi p̄scribendo normam a Martino flachen ex Basilea Civi progenito. Arte impressoria in mediū feliciter deditus. Feria tercia post festum beate Katarine virginis. Anno a partu virginis salutifero. Milesimo Quadrigentesimo septuagesimo q̄nto. *Exinde* Incipit repertorium, sive tabula per Alphabetū. Faciliter recipiēda (sic) materias in p̄senti libro dicto speculuū vite humane. *In fine Repertorii:*

Explicit brevis tabula sive
repertorium per alphabetū
in presenti libro speculū
vite humane nuncupato
M. CCCC. LXXV.

In folio parvo..... XIII. F. 24.

Editio haec licet rarissima sit, quum eam ignorarint Bibliographi fere omnes, tamen non est omnium prima; praecedunt enim duae *Romanae* ann. *1468* et *1472*, quarum prima in lucem emissa fuit a *Schweynheim* et *Pannartz*, et altera a *Io. Philippo de lignamine*, earum mentionem fecimus in Tom. III. hujus Catalogi, pag. 54. Litterae, quibus hoc opus octo supra centum foliis constans, impressum est, sunt gallo-francae majusculae, et satis luculentae. Desunt litterae initiales, custodes, signaturae, et paginarum numeri. Charta est alba, et laevigata, et quaelibet integra pagina complectitur 35 lineas.

Digitized by Google

Savanarolae F. Hieronymi. Compendio di Rivelazioni. Firenze 1495. *Huic Artic. in Tom. III. adde in pag. 58. post lineam 4.*

Exemplar alterum..... II. D. 10.

—— *Ejusdem.* Tractato in Defensione et Commendatione della Oratione mentale. *Notato in Catal. Tom. III. pag. 61. adde post lineam XXXII.*

Exemplar alterum. *Extat colligatum cum praecedenti.*

—— *Ejusdem.* Operetta del Amore di Iesu composta da Frate Hieronimo da Ferrara. In *cit. Tom. pag. 60. adde post lineam XXVII.* Exemplar alterum. *Extat colligatum cum praecedenti.*

—— *Ejusdem.* Tractato della humiltà. *Notato in Tom. III. Add:* Exemplar alterum. *Extat collig. cum praeced.*

—— *Ejusdem*: Tractato del Sacramento et de mysterijs della Messa. *Notato in Catal. ibidem. Adde:*

Exemplar alterum: *Extat Collig. cum praeced.*

—— *Ejusdem:* Operetta sopra i dieci Comandamenti. Impresso in Firenze a di xxiiii. doctobre. M.CCCCLXXXXV. *Notato c. l. Adde:* Exemplar alterum, *collig. cum praeced.*

—— *Ejusdem:* Expositione del Pater noster. *Notato cit. l. Adde:* Exemplar alterum. *Extat cum praeced.*

—— *Ejusdem*: Libro della vita viduale. *Notato. cit. l. Adde:* Exemplar alterum. *Extat coll. cum praeced.*

Digitized by Google

S C - S E

Scatenhensfusii Erasmi Osuvaldi. Adnotationes in priores libros Almagesti Ptolomaei. *Vide* Ptolomaei Almagestum. *Tom. II. pag. 388. et* Monte Regio *ibid. pag. 149.*

Schalli Iohannis Herolfendensis. Epistola Principi Friderico Gonzagae in historiam Ecclesiasticam Eusebii versam a Ruffino. *Vide* Eusebii. *Tom. I. pag. 281.*

Senensium Epistola ad Borsium Ducem Mutinae, nomine Priorum et Gubernatorum Civitatis. Data die 19 Decembris 1457. *Extat cum* Aeneae Silvii Epistolis. *Vide* Picolhominei. *Tom. II. pag. 288.*

Sentini Iacobi Ricinensis. Carmen in logicam Pauli Pergulensis, et Menghi Faventini. *Vide* Pergulensis. *Tom. II. pag. 243. et Tom. I. pag. 92. art.* Blanchini Menghi. *Ejusdem.* Elegia in Hyginum. *Vide* Hygini. *Tom. I. pag. 406.*

Sermonetae Alexandri. Commentum super consequentias Rodulphi Strodi. Venetiis p Leonardum Wild de Ratisbona. M. cccc. lxxxi. *Huic art. in Tom. III. pag. 114. Adde:* Exemplar alterum..... XII. B. 8.

—— Alia editio, *quae extat cum* Tractatu consequentiarum Rodulphi Strodi. Venetiis per fratrem Matthaeum campagnam de cherio. M.cccc.lxxxviij. *Vide* Strodi Rodulphi. *Tom. III. pag. 163.*

—— Alia editio, *quae extat pariter cum* Consequentiarum *textu* Rodulphi Strodi. Venetiis per Bonetum Locatellum sumptibus Octaviani Scoti. M.cccc.lxxxxiii. *Vide* Strodi. *Tom. III. pag. 164.*

—— Exemplar alterum. *ibidem.*

—— Expositio Tractatus de sensu composito et diviso Magistri Gulielmi Hentisberi. *Extat cum hoc* Tractatu Hentisberi. *Vide* Hentisberi. *Tom. I. pag. 369.*

Servii Mauri Honorati. *Vide supra* Honorati Servii Mauri.

Servii Oliverii Tolentinatis. Epistola Cardinali de Estroutevilla, *qua ei dicat* Ambrosii de Cora, *seu* Coriolani Prioris Generalis Eremitarum S. Augustini opera. *Vide* Cora Ambrosii de. *Tom. I. pag. 215.*

—— *Ejusdem* Epistola Nuncupatoria Georgio Archiepiscopo Ulyssiponensi S. R. E. Cardinali tit. SS. Petri et Marcellini operis Aegidii Romani de regimine principum. *Vide* Aegidii. *Tom. I. pag: 12.*

Servitor. *Liber Medicus sic appellatus.* De preparatione Medicinarum simplicium. *Vide* Mesue. *Tom. II. pag. 124. Verum eius nomen est* Serapion; *Vide proinde art.* Serapionis. *Tom. III. pag. 112.*

Digitized by Google

SF - SH - SI

Sforzantes Petri Antonii de Faventia. Carmen Eligiacum in opus Aristotelis de naturali philosopia, *impressum* Venetiis 1482. *Extat ad calcem hujus operis. Vide* Aristotelis..... VIII. C. 6.

Shinucciis Antonii de. Oratio Reverendi domini. A. DE SHINUCCIIS de Senis Episcopi Suanen. ad Sanctissimum dominum dominum Innocentium papam octavum pro Re Publica Senen.
In 4.° parvo *Vide orationes variae*..... IX. A. 58.

Opusculum excusum eleganti Romano charactere Iohannis Besicken.

Sicco Polentonis. *Vide* Polentonis Xichonis. *Tom. II. pag. 344.*

Sigeberti. Testimonia de Sancto Augustino. *Vide* S. Augustini Sermones ad Heremitas.

—— *Ejusdem* Vita S. Augustini. *Extat* in monumentis Ambrosii Coriolani in vita S. Augustini. *Vide* Cora Ambrosii de. *Tom. I. pag. 215.*

Siliprandi Dominici. *Vide infra* De Tempore Antonii.

Simonis Episcopi Mediolanensis. Epistola ad Dominum Stephanum de Columna. *Extat cum* Opusculis Petrarchae. *Vide* Petrarchae. *Tom. II. pag. 271.* XI. G. 22.

Simonis Ianuensis. Subdiaconi et Cappellani Domini Papae Nicolai IV et Canonici Rothomagensis. Versio libri Servitoris, una cum Abrahamo Tortusiense. *Vide* Mesue. *Tom. II. pag. 225.*

Sixti Papae IV. Constitutiones et Ordinationes Cancellariae Apostolicae. *Vide* Regulae Cancellariae Apostolicae. *Tom. III. pag. 8.* et Pau Hieronymi. *Tom. II. pag. 235.*

Digitized by Google

SM - SO

Smyrneorum Epistola ad M. Brutum. *Extat inter* Bruti epistolas. *Vide* Bruti. *Tom. I. pag. 128.*

Soldani Iohannis. Nephandissimi Apostatae Babyloniorum Epistola ad Pium Papam II, et hujus ad Soldanum Responsoria. *Vide* Picolhominei. *Tom. II. pag. 288.*

Soldi Iohannis Chrysostomi Brixiensis. Commentaria in librum Sallustii de Bello jugurthino. *Vide* Sallustii. *Tom. III. pag. 45.*

Sollii. *Vide* Sidonii Apollinaris. *Tom. III. pag. 120.*

Soncinatis Benedicti Ord. FF. Praedicatorum. In omnium operum Aristotelis Auctoritates, atque sententias prooemialis Epistola ad Magnificum virum Antonium Pizamanum Patritium Venetum, ac S. Theologiae doctorem eximium; *qua ei nuncupat* Theophili Ferrarii Cremonensis *ejusdem* Praedicatorum Ordinis Propositiones ex omnibus Aristotelis libris diligentissime excerptas, *ad quas ipse* Benedictus Soncinas Tabulam per Alphabetum dispositam praemittit. *In hac praefatione* Soncinas Theophilum Cremonensem, *jam fato cessisse enuntiat. Laudat autem* Antonium Pizamanum, *ejusque virtutes et studia in Philosophicis, et Theologicis disciplinis juxta* D. Thomae *Scholam; quippe qui tribus ante annis, anno nimirum* 1490 *typis* Hermanni Liechtenstein *opuscula ejusdem* S. Thomae *ad philosophiam, et theologiam speculativam spectantia vulgaverat. Vide* Ferrariis Theophili de. *Tom. I. pag. 294.*

Soncinatis Pauli Ord. FF. Praedicatorum. Editio et emendatio scripti Petri de Palude in quartum sententiarum. *Extat ipsius Epistola praemissa* Sermonibus S. Vincentii Ferreri, *editis* Mediolani anno 1488. *Ad* F. Calabrum O. FF. PP. *Vide* S. Vincentii Ferrerii. *Tom. III. pag. 365.*

Sophronii Episcopi Hierosolymitani. Vita S. Mariae Aegyptiacae. *Vide* Vitae SS. PP. *Tom. III. pag. 378.*

Sostegno de Zanobi. Poema Eroico, *cujus titulus:* La Spagna. *Vide infra art.* Spagna.

Digitized by Google

S P

SPAGNA (*Libro chiamato* La Spagna), *sive Poema italico carmine* (*vulgo* in *ottava rima*) *conscriptum a* Sostegno de Zenobi da Fiorenza. Editio saec. XV. In fol. parvo..... XII. D. 52.

Exemplar huc usque unicum vetustissimae hujus forsan principis, omnium sane, quae XV. saeculo prodierunt, editionis: ipsa bibliographos omnes latuerat. Ejusdem descriptionem primus ex nostro codice exhibuit anno 1838. Cl. *Cajetanus* MELZIUS in secunda editione Mediolanensi sui operis, cui titulus: *Bibliografia de' Romanzi, pag. 44.*

Dolendum sane, quod laudatum praestantissimae editionis exemplum mutilum in Regiam Bibliothecam invectum sit, et quavis typographica nota careat; ac propterea crucem figat nobis divinare conantibus ipsius aetatem, locum, et typographum. Constat quippe foliis LXXX, quorum primum incipit a libri IX *octava nona* (desiderantur siquidem priores octo, acque ac priores *libri*, seu *Cantus*, quos Auctori placuit vernaculo nomine adpellare *Cantari*). In folii *quinti* adversa facie, desinente X et incipiente XI. Libro, ex typothetae errore vel incuria, oppido confusa reperitur *octavarum* series; quum duae postremae, quae praecedentem concluduut librum, non in primae, sed in secundae columnae initio legantur, quas inibi sequuntur duae priores XI. Libri *octavae* (ea namque prima caret litera initiali xylographica); tertia vero ad initium partis aversae ejusdem folii amandatur: quatuor demum reliquas, quae hisce tribus prioribus subnecti debuerant, h. e. IV. V. VI. et VII, reperire est in prima adversi folii columna, quibus IX et ceterae ordine succedunt. Reliqui libri seu *cantus*, ab VI.° ad XXXVIII sine ulla numerica nota, ordinatim tamen prosequuntur, quamvis foliorum aliquot lacunas patiantur cantus XIII. XX. XXIII. XXIV. et XXVI. Deest in XXXVIII. postremum folium, quo totum poëma concluditur hac *octava*, in qua, quum Auctoris nomen praeclare recitetur, cujusvis dubitationis et divinationis ansa criticorum inquisitionibus erepta est, ut optime animadvertit *Quadrius* (*Storia e ragione di ogni pocsia, vol. IV. pag. 548*), ex quo illam transcribimus:

Ha Signori rimato tutto questo
SOSTEGNO DI ZANOBI da Fiorenza,
Che sempre prega Dio, Padre celesto,
Che lui ci guardi da ria sentenza.
E a voi tutti fa chiaro e manifesto
Chi contra lui si guarda a far fallenza,
Va in Paradiso a la sua santa vita,
Al vostr' onor quest' istoria è finita.

Quod ad characterum formas spectat, cum typorum *franco-gallicorum*, quos *medios* vocant, formis a *Stephano Plank* usitatis egregie eas congruere nobis videtur, aeque ac xylographicas florentes initiales cujusque libri, quas hunc typographum circa annum MCCCCLXXX *Romae* adhibuisse constat. Omnino caret haec editio quibusvis paginarum, custodum, et signaturarum notis, quas posthac typographi opportune adcommodarunt ad foliorum ordinem servandum in libris, quos edebant. Harum notarum absentia, necnon superius recensita in serie octavarum Libri X et XI perturbatio, non leve argumentum nobis suppeditant, ut lubenter adstipulemur *Cl. Melzio*, quoad editionis aetatem, eamque referri posse autumemus ad an. 1479, quo *Romam* typos contulit *Stephanus Plank*, vel paulo post; eamque omnium primam, dum prior alia non prodeat, censeamus.

Poëma hoc, cujus diversas saeculi XV et XVI editiones more suo recenset cit. loco laudatus Vir, de Romanensi literatura optime meritus, ita distribuitur in nostra editione, ut octo in quavis pagina *octavae*, exhibeantur, duas in columnas dispertitae, relicto spatio duarum linearum, quo unaquaeque ab alia distinguitur; librorum vero initium simili intervallo distinctum per xylographicam florentem literam discernitur. Librorum numerus, qui nullo alio signo dispescitur, in posteriorum impressionum exemplaribus, editorum vel correctorum arbitrio relictus fuit; quo factum est, ut vario numero distributi ejusdem poëmati *Cantus* prodierint, ita ut in recentioribus editionibus quadraginta (*Cantari*) opus constet, cujus vetustissimus codex membranaceus saec. XIV, qui apud *Hier. Baraffaldium* exstabat, XXXIV tantummodo exhibebat; de quo videsis QUADRIUM *cit. loco.*

Digitized by Google

Spano Pietro. *Vide* Hispani Petri. *Tom. 1. pag. 394.*

Spartiani. Vita Adriani, et aliorum Caesarum. *Extat cum* Svetonio de XII. Caesaribus, *et cum* Scriptoribus Historiae Augustae. *Vide* Scriptores Historiae Augustae. *Tom. III. pag. 91.*

Specchio della Croce. *Auctor hujus opusculi fuit* Dominicus Cavalca de Tico, *seu* Vico Pisano, Ordinis FF. Praedicatorum. *Vide* Cavalca. *Tom. 1. pag. 171.*

Speculum Aureum Anime Peccatricis. *Laudata verba habentur in prima voluminis pagina, majoribus gallo-francis litteris inscripta. In secundo folio recto*: Opusculum quod speculum aureum anime peccatricis inscribitur. Incipit feliciter. *In fine legitur:*

Speculum aureum anime
Peccatricis finit feliciter.

In 4.° parvo ..... II. D. 56.

Sine ulla typographica notitia. Plures hujus operis editiones Saeculo XV typis evulgatas, notisque typographicis instructas Bibliographi recensent, nullus vero eorum presentis editionis, quod sciam, mentionem fecit. Tres plagularum fasciculos litteris, et numeris signatos opusculum complectitur. Character est gallo-fraucus, qui lineas 35 perficit in plenis paginis, in quibus desunt custodes, foliorum numeri, et initiales litterae, quae suppletae visuntur a miniculatore; prima tantummodo excepta, quae xylographica est. Quisnam vero fuerit hujusmodi opusculi Auctor, validis argumentis investigari probarique non potest. Placuit Auctori nomen suum occultare, sed vel *Hugoni de S. Charo*, vel *Iohanni Chartusiano* tribuendum censemus, nam in quamplurimis editionibus legitur in fine: *Speculum aureum animae peccatricis a quodam cartusiense editum finit feliciter;* quapropter non immerito illud adscribunt *Ioanni Chartusiensi.*

Speusippi Platonis Discipuli. Liber de Platonis definitionibus. *Extat cum* Iamblico. *Vide* Iamblichi. *Tom. 1. pag. 408.*

Spina Bartholomaei de, Pisani ex Ord. FF. Praedicatorum. I. Propugnaculum Aristotelis de immortalitate animae contra Thomam Cajetanum. II. Tutela veritatis de immortalitate animae contra Petrum Pomponatium Mantuanum III. Flagellum in tres libros Apologiae ejusdem Pomponatii, cognominati Peretti; IV. Utilis quaestio de Ordine Sacro ad Antonium Contarenum Ord. Canonicorum Regularium, Patriarcham Venetiarum, Dicata Dominico Erimano Episcopo Portuensi S. R. E. tt. S. Marci Cardinali, et Patriarchae Aquilejensi.

Haec Spinae *Opuscula extant cum* Pauli Veneti expositione in libros de Generatione Aristotelis, *et cum* Apollinaris Offredi expositione in librum de Anima ejusdem Aristotelis. *Vide* Veneti Pauli. *Tom. III. pag. 334.* et Offredi. *Tom. II. pag. 197.*

Spoleto F. Cherubino da. Fiore di virtù. *Incipit opus a Prologo, cujus titulus:* Comentia una opera chiamata fiore de virtu: la quale tracta de tutti gli vitij humani: gli quali debano fugire gli homini che desiderano vivere secondo Dio. Et insegna come se debbia acquistare virtu: et gli costumi morali provando

Digitized by Google

per le auctorita de sacri theologi: et de molti phylosophi doctissimi. *Post Prologum protinus in eadem pagina incipit* capitolo primo de lo amore in generale. *In calce:* Finisse el libro chiamato fior de virtu lo quale ha impresso Henrico de sancto Urso in Vincenza a di. vij. de marzo. M. cccc. LXXXVI. *Accedunt* rubrice de questo libro.

In 4.° parvo..... III. E. 3.

Praesens editio latuit Bibliographos fere omnes, etsi ipsi recenseant innumeras propemodum hujus operis editiones, inter quas alia notatur pariter *Vincentiae* excusa anno *1475*, sine Typographi nomine. Lineae 38 in paginis integris numerantur, charactere minuto semigallo-franco excusae. Custodibus, et foliorum numeris libellus destituitur; initiales deerant, sed Miniculator eas supplevit rubro colore; et signaturae indicantur litteris junctis Arabicis numeris. Cur hoc opusculum, suppresso Auctoris nomine pertineat ad *F. Cherubinum de Spoleto ex Ordine Minorum*, vide quae notavimus in Tom. III. pag. 144, ubi quamplures editiones hujusmodi opusculi recensentur, quae extant in hac Regia Bibliotheca.

Digitized by Google

S V SY

Svetonii C. Tranquilli. De vitis duodecim Caesarum cum commentario M. Antonii Sabellici. *Praemissa sunt in prima pagina verba*, Svetonius cum Commento. *In secundo folio recto occurrit Epistola, qua* M. ANTONIVS SABELLICVS AVGVSTINO BARBADICO SERENISSIMO VENETIARVM PRINCIPI SALVTEM *dicit. In postica facie legitur* M. ANTONII SABELLICI IN C. Svetonii TRANQUILLI PARAPHRASIM. PROEMIUM. *Opus incipit in tertio folio recto a titulo:* M. ANTONII SABELLICI AD AVGVSTINVM BARBADICVM SERENISSIMVM VENETIARVM PRINCIPEM PARAPHRASEOS IN. C. CAESAREM DICTACTOREM PARAENESIS PRIMA: *Exinde Opus aeque ac Commentarium initium sumunt, quibus absolutis adcedunt* Tetrastica de Caesaribus post Tranquillum, *ac* Svetonii *Elogia; et post haec* Registrum huius operis, *ac tandem sequens typographica notitia:* Venetiis per Damianum de Mediolano. M. cccc. lxxxxiii. die. xxix. mēsis. Martii.
In folio..... XX. F. 13.

Typus duplex est, minor in Commentario visitur, quod textum circumdat, in eoque lineas 62. quaevis integra pagina complectitur. Inscriptiones in superioribus marginibus leguntur, nec non foliorum numeri; et in inferioribus signaturae, et custodes pariter adparent, et pro initialibus quadrata spatia tantum extant. *Damianus de Mediolano* an idem, qui *Damianus de Gorzonzola* typographus per haec tempora?

—— *Idem.* Praefatio Angeli Politiani in Svetonium. *Vide* Politiani opera. *Tom. II. pag. 344.*

Sviseth Ricardi Anglici Doctoris. Opus aureum Calculationum, *quod inscribitur,* Calculator, *ex recognitione* Iohannis Tollentini Veronensis. *In prima pagina leguntur verba:* Calculationes Suiseth anglici. *In aversa habetur Nuncupatoria hoc pacto inscripta:* Magnifico viro D. magnifico Ambrosio rosato ducali ꝑthomedico bn̄merito et ꝺsiliario, et rosati comiti dignissimo. ꝑtectoriq3 suo q̄3 plurimū honorādo. Ioānes tollētinus veronēsis phisicus salutem. *In summitate primae columnae secundi folii recti* Incipit ꝑutile ac ad ōes scientias applicabile calculationum aureū op' Suiseth anglici doctoris subtilissimi. *In calce operis:* Subtilissimi doctoris anglici Suiseth calculationum liber: Per egregium artium et medicine doctorē magistrum Ioannē tollentinum veronensem diligētissime emendatus foeliciter explicit. *Exinde:* Papie per Franciscum gyrardengum. M. cccclxxxxviij. die. iiij. Ianuarij.

His adcedunt Tetrastica Stephani de Compiano ad Lectorem: Io. Iacobi de Filiciano ex marchionibus Ceve ad Lectorem: Iacobi Veronici Brixiani ad Ioannem tollentinum veronensem: Ad eumdem Iuliani Pisciani Cremonensis. *In ultimo folio recto extant* Tabula, *et* Registrum.
In folio..... VII. E. 3.

Digitized by Google

Opus excusum est minuto, sed nitido gallo-franco typo, qui tamen ob frequentem vocum abbreviationem, et litterarum contractionem aliquantulum legentium oculos molestat. Binae columnae in qualibet pagina extant, et lineae 65 utramque perficiunt. Custodes, et foliorum numeri desiderantur, haud vero signaturae, quae expressae sunt litteris, et Arabicis notis; et pro initialibus parva elementa adposuit Typographus.

Superantii Nicolai. Patritii Veneti, et Clarissimi Iurisconsulti: Postillae ad Commentaria Guidonis de Baysio super Decretorum volumine. *Vide* Baysio. *Tom. 1. pag. 65.*

Superchii Valerii. Elegiacum Carmen, quo conqueritur, quod Barbari velint pariter cum Nasone opera illius interire: *Adcedit ejusdem* Valerii Superchii Nuncupatoria Epistola Illustrissimo Principi Ioanni Sfortiae Pisauri Domino. *Vide* Ovidii..... X. F. 33.

Suriani Hieronymi. Correctiones, et Emendationes in librum, *cujus titulus:* Colliget Averroys, *cum ejusdem Nuncupatoria Epistola ad Lectorem. Vide* Avenzoar. *Tom. 1. pag. 55.*

Synesii Philosophi Platonici: De Somniis, Marsilio Ficino *Interprete. Extat cum* Iamblicho. *Vide* Iamblicho. *Tom. 1. pag. 408. et* Ficino. *Tom. 1. pag. 300.*

Symbola Pythagorae Philosophi, *ex interpretatione, et expositione* Marsilii Ficini. *Extat cum* Iamblicho. *Vide* Iamblicho. *Tom. 1. pag. 408. et* Ficino *ibidem pag. 300.*

Digitized by Google

TA - TE

Tarvisini F. Francisci. Versio Italica Summulae de Pacifica conscientia F. Francisci Novariensis. *Vide supra* Novariensis F. Francisci.

Tellucii Nicolai de Sancto Miniate. Disticha varia. *Vide* Aegidii Romani Expositionem in lib. II. Elenchorum Aristotelis.

Terentii Publii. Comoediae *sex*, *scilicet* Andria, Eunuchus, Heautontimorumenos, Adelphi, Hecyra, Phormio, *cum* Aelii Donati Grammatici *commentariis in quinque Comoedias*, *et* Ioannis Calphurnii Brixiensis interpretatione in Heautontimorumenon. Praecedit TERENTII VITA, *quae tria folia occupat*, *et in fine subnectitur* Argumentum *metricum* Andriae Sulpitii Apollinaris. *In quarto folio incipit* ANDRIAE PROLOGUS, *cum commentario* AELII DONATI GRAMMATICI CLARISSIMI. SEX TERENTII AFFRICO (sic) MOEDIAS (sic) EXAMINATA INTERPRAETATIO. *Reliqui tituli charactere textus*, *vel Commentarii expressi sunt*. *Post Comoediam* Eunuchi, *adcedunt* Heautontimorumenos Argumentum, *et* Io. Calphurnii Brixiensis viri Clarissi. In. P. Sexti Terentii Heautontimorumenon examinata Interpretatio. *Hac* Calphurnii Interpretatione *suppletur defectus* Commentarii Donati: *non enim hodie extant in hanc* Comoediam Donati Scholia, *ut scribit* Fabricius *Biblioth. lat. cum Ernest. Tom. I. pag. 49. Ad calcem voluminis legitur:* Venetiis per Baptistam de tortis M. CCCC LXXXIII. die VIII. Martii. *In ultima pagina extat.* Registrum.

In folio .....4..... X. A. 15.

Praesens editio parum obvia tantum reperitur in *Denis suppl. pag. 179.* Character rotundus tam in textu, quam in Commentariis visitur, sed minor in hisce reperitur, et lineas 59, in plenis paginis occupat. Signaturae litteris cum Romanis numeris instructae ordinem scaporum servant. Initiales omittuntur; et foliorum numeri desiderantur.

Digitized by Google

TH - TO

THEODORI EPISCOPI TOLETANI. Epistola de Divina Sapientia. *Extat cum* Epistolis S. Augustini. *Vide* S. Augustini ..... II. D. 36.

THEOLOGICAE veritatis compendium. *Auctori placuit nomen suum occulere, ita ut in quamplurimis editionibus haud reperiatur, sed vulgo hocce compendium tribuitur vel* Alberto Magno, *vel* Hugoni Argentoratensi. *Nos tam in Tom. 1. pag. 14, quam in hoc Suppl. pag. 12.* Alberto M. *dedimus, quia in editionibus* Venetis *ann.* 1476 *ita expressum habetur.*

S. THOMAE AQUINATIS. Quaestiones circa confessionem. *Titulus qui extat in opere, ita se habet.* Questiones eximii Sacre Theologie ꝑfessoris Sancti Thome D' Aquino circa confessionem seu sacramentū ꝑnie. *In calce leguntur tantummodo verba;* Et sic finis Laus Deo.
In 4.° parvo ..... XIII. B. 57.

Sine ulla typographica notitia. Opusculum XI foliorum excusum *charactere* rotundo, et ex officina *Io. Reynardi, et Socii Romae* prodiisse, demonstrat similitudo typorum, quibus laudatus Excusor alia opera impressit, et cum quibus collatum fuit. Desunt signaturae, foliorum numeri, et reclamantes.

TOLENTINI, *vel* TOLLENTINI IOHANNIS. Emendatio operis calculationum Suiseth Anglici doctoris, *cum Ejusdem* Epistola Nuncupatoria magnifico Viro D. Ambrosio Rosato Ducali prothomedico benemerito, et Consiliario. *Vide* Suiseth.

TORNIELLI HIERONYMI Ord. FF. Minorum. Epistola Angelo Clavasio Vicario Generali Cismontanae Provinciae. *Vide* Clavasio. *Tom. 1. pag. 198.*

TOTANI GUILELMI Sacri Ordin. Praedicatorum. Epistola in Laudem operis, *cujus titulus:* Speculum finalis retributionis Magistri Petri Reginaldetti Ordinis Minorum, per ipsum castigatum. *Vide* Reginaldetti *opus, in quo occurrit haec Epistola praefixa post* Tabulam.

Digitized by Google

T R

Trevii Petri Albignani. Praefatio praefixa Summae Hostiensi. *Vide* Segusio. *Tom. III. pag. 100.*

—— *Ejusdem.* Emendatio Rosarii super Decretorum volumine Guidonis de Baysio Archidiaconi Bononiensis. *Vide* Baysio. *Tom. I. pag. 65.*

—— *Ejusdem.* Commentaria in Gratiani Decretum, *cum ejusdem* Epistola Francisco Coluciae. *Vide* Gratiani Decretum. *Tom. I. pag. 346.*

Trotti Alberti. De vero, et perfecto clerico lib. II. *Primum folium continet Auctoris Epistolam Nuncupatoriam, cum hac inscriptione:* Ad Reverendissimum In christo Patrem ac dominum dominum tituli sancti Clementis Presbiterum Cardinalem dignissimū. D. Barcholomeum (sic) Roverela prefacio in libellum de vero et perfecto clerico: per Albertum Trottū de ferraria deditissimum Sibi Ser. *In fine Epistolae:* Ferrarie. X. KL. Ianuarii. M. CCCC. LXXVI. *In sequenti folio opus incipit a titulo typis majusculis rubris impresso.* DE VERO ET PERFECTO CLERICO. QUE: ET QUOT CONCURRERE OPORTEAT IN EO: *In fine operis post verba* Laus Deo clementissimo *legitur:*

SEVER. FERRAR.
F. F. V.

Sequitur TABULA questionum: et dubiorum etc. *quae VII. folia occupat. In calce hujus, sequens typographica notitia occurrit:* EXPLICIT tabula seu ordo questionū que tanguntur ī hoc opuscolo: intitulato de vero et perfecto clerico, edito per clarissimum iuris utriusq3 interpretē Dominū Albertū Trottum de Ferraria ī studio ferrariensi: ibidemq3 impresso. Per Severinum Ferrariensem. Anno dnīce nativitatis. M. CCCC. LXXV. die 23 Decembris.

LAUS DEO.

In 4.°..... XIII. A. 9.

Tam *Maittairus pag. 370,* quam *Orlandius* in utraque sui operis parte, potius advertentes ad notam Chronologicam in fine Epistolae ad *Barthol. Roverellam,* quam ad notam typographicam in calce Tabulae, referunt praesentem rarissimam editionem ad annum 1476. Excusa est nitidissimo Romano charactere minoris formae; caret signaturis, foliorum numeris, et registro; desunt etiam initiales litterae, quas vario colore supplevit miniculator.

Digitized by Google

T U - T Z

Tudeschis Nicolai de. Abbatis Siculi, Archiepiscopi Panormitani. Repertorium, *seu* Tabula notabilium Quaestionum juris Canonici, et Civilis. *Praeit* Tabula huius libri, *quae tres occupat paginas. In folio tertio recto opus incipit absolute, nullo praevio titulo, a verbis:* Absenti filio acquiritur actio etc. etc. *Ad calcem legitur tantum:* Et sic est finis. *In prima ultimi folii pagina habetur* Registrum huius libri, *et desinit hisce verbis:* Registri est. Finis huius.
In folio maximo..... VI. G. 16.

Nulla typographica nota inest huic editioni, quae pertinere videtur ad Typographeum *Iohannis de Colonia*, et *Iohannis Manthen de Geretzem*, qui *Venetiis* impresserunt, ob similitudinem characterum semi-gallo-francorum, et opificium typographicum. Editio parum obvia, notataque tantummodo invenitur in *Bibl. P. Nor.* Volumen immensae molis, excusum duplici columna, in papyro satis alba, et compacta; et in qualibet pagina, occurrunt 53 lineae. In latis marginibus haud signaturae, custodes, ac reclamantes observantur, nec non initiales, pro quibus lata spatia tantum extant; prima excepta, quae Miniculatoris industria variis coloribus suppleta videtur.

Tussignano Petri de. Tractatus de Observanda vita pro preservatione sanitatis tempore pestilentiae. *Extat hoc opusculum cum* Fasciculo Medicinae Ioannis Ketham. *Vide* Ketham. *Tom.* I. *pag. 443 et supra in hoc Supplem.*

Tzetze Ioannis. Aliquot Heroici versus, *graece. Extant cum* Cebetis Tabula. *Vide* Cebetis..... XII. B.

Digitized by Google

VA - UB - VE

VALENTIA LUDOVICI DE. Ord. FF. Praedicatorum. Epistola Cardinali Senensi Francisco Piccolhomineo. *Vide* S. Thomae Epitoma in libros Politicorum Aristotelis.

VARISCI PAULI. Medici Patavini. Correctio, et emendatio operum Iohannis Mesue. *Vide* Mesue. *Tom. II. pag. 124.*

UBALDINI OCTAVIANI. Merchatelli Domini. Epistola Ludovico Mondello pro editione Epistolarum Marii Philelphi. *Vide* Philelphi Marii. *Tom. II. pag. 285.*

VERGERII PETRI PAULI. De ingenuis moribus. *Adcedunt* Traductio de tirannide ex Xenophonte Leonardi Aretini, et Plutarchi de Liberis educandis, *cum praefatione* Guarini Veronensis. *In secundo folio occurrit Epistola Nuncupatoria* PETRI PAULI VERGERII IUSTINOPOLITANI AD VBERTINVM CARARIENSEM DE INGENVIS MORIBVS OPVS PRECLARISSIMVM. *In calce:* Venetiis per Damianum de Mediolano. M. CCCC. LXXXXIII. die xxi. Iunii.
In 4.°..... X. A. 33.

Paginae hujus Venetae editionis non amplius 41 lineas comprehendunt, characteris rotundi; adeo ut satis lati margines supersint. Signaturarum series absolvitur litteris, et Romanis numeris. Initiales, ubi adpingi debeant, indicantur spatiis quadratis, prima excepta, quae xylographica est. Foliornm numeri, et Reclamantes omnino desiderantur. Tituli, uno opusculi postremi excepto, uncialibus litteris expressi fuere. Hujusmodi editionis notitiam tantummodo inveni penes *Denisium in Supplem. pag. 358.*

VERNIAE NICOLETI. Quaestio, an ens mobile sit totius naturalis philosophiae subjectum. *Praeit Nuncupatoria Epistola, hac inscriptione:* Reverēdo in xp̄o Patri dn̄o dn̄o Henrico archiepiscopo Acherontino et Materano divi Ferdinandi Regis Confessori meritissimo ac Studii Neapolitani gubernatori optimo Nicoletus vernias theatin.ⁿ ordinarie philosophiam in florentissimo gymnasio Patavino legens S. P. D. *Ad calcem* Quaestionis *legitur:* Completa est ista quaestio. xii. februarii M. cccc. LXXX. per me Nicoletum verniam theatinum in florentissimo gymnasio Patavino ordinarie phylosophiam legentem. FINIS.
In folio parvo..... IX. E. 26.

Extat hoc opus excusum et compactum cum expositione *Aegidii Romani* super lib. *de generatione, et corruptione Aristotelis*, et Quaestionibus *Marsilii Inguen*, de quibus supra fuse egimus. Vide *Aegidii*, et *Inguen.*

VERONENSIS BERNARDINI. *Vide* Cyllenii. *Tom. I. pag. 226.*

VERONENSIS GUARINI. Praefatio in Plutarchi opus de liberis educandis. *Extat cum* Petri Pauli Vergerii opere de ingenuis moribus. *Vide supra* Vergerii.

VERONICI IACOBI BRIXIANI. Epigrammata Praestanti artium et medicinae doctori Magistro Iohanni Tolentino Veronensi, *qui recognovit, emendavitque opus* Calculationum Ricardi Suiseth. *Vide supra* Suiseth.

Digitized by Google

Verulani Io. Sulpitii. De octo Partibus orationis libellus, *cui adcedunt praecepta* de versuum scansione: De Syllabarum quantitate: De heroici carminis decoro, et vitiis: De pedibus, *et alii ejusdem Tractatus ad Grammaticam pertinentes. Prima pagina habet verba litteris majoribus excusa:* Regulae Sulpitii. *In postica facie praeponuntur:*

Pomponii laeti Tetrasticum

I. Nostra Palemonias non optant saecula chartas:
Quum legitis culti munera Sulpitii.
Hic brevis arte labor: iuvenes iam pandite vela:
Sulcabit tuto flamine lynter aquas.

Bart. Platinae viri clarissimi Epigramma.

II. Qui vis ad Laetam pueros perducere frugem:
Illos Sulpitii Lactea verba doce:
Quae sunt de veterum libris decerpta probatis:
Iudicioq3 novi vera reperta chori.
Franget in his audax genuinum saepe malignum
Nobile tentarit laedere siquis opus.

Martini philetici Carmen

III. Quisquis es et doctus fieri sermone latino.
Multaq3 sub parvo codice nosce cupis.
Sulpitii Praecepta legas: artisq3 libellos.
Et via fac laudis prima sit ista tuae.
Quicquid grammatici per mille volumina quondam
Scripserunt veteres: hoc breve monstrat opus.

Ejusdem Disticum

IV. Dogmata Sulpitii toto celebrentur in orbe.
Atq3 sit in precio docta minerva suo.
Finis.

In secundo folio incipit Io. Sulpitii Verulāi viri clarissimi de octo partibus oīonis libellus utilissīus; *cui praefigitur hocce tetrastichon:*

Haec quae sunt nostri praeludia parva libelli.
Discat donati post elementa puer.
Quem si emendatum docuit pia cura magistri
Vtilius potuit nempe docere nihil.

His subnexa cernitur lignea tabula insculpta, quae Sulpitium *repraesentat e cathedra docentem, discipulis stipatum; et circa ipsius caput hinc et illinc legitur*, Silentium. *Post libellum de* Octo partibus Orationis *subjungitur* Io. Sulpitii Verulani de moribus Puerorum carmen iuvenile. *Sequitur opusculum* De Arte grammatica, *cui praecedit Nuncupatoria, qua* Clarissimo viro. Falcōi Sinibaldo patritio Ro. Prothonotario apostolico apostoliciq3 fisci custodi Sulpitius

Digitized by Google

Verulanus salutem *dicit. Dicavit* Sulpitius *ipsi* Falconi *Secundum librum* De generibus nominum ; *librum tertium* De Praeteritis, *et librum* De Arte grammatica. *Sequitur* Donati grammatici de figuris opusculum, *ad cujus finem haec cecinit* Sulpitius :

Barbariem quicumque cupis vitare loquendo
Donati hoc lecto codice doctus eris.

Subjungitur Vocum quae in toto opere continentur interpretatio. *Huic addedit:* Io. Sulpitii Verulani De componendis et ornandis epistolis ad Philippum Gentilem Palavicinum Patricium genuensem opusculum. *Sequitur*, De scansione et Syllabarum quantitate Epithome Tyronibus, *cum hoc alio disticho :*

Nomine Pharnesi pleno subtracta libello :
Ars brevis ; o lector, spero placere tibi.

Alexandri *nimirum* Farnesii *discipuli sui in arte grammatica, et poètica. Ad extremum vero opusculi distichon aliud apponitur :*

Clauditur hic rivus : nostri pee (sic) fluminat (sic) fontis
Ludere quo possis carminis omne genus.

Huic adponitur Registrum. *Exinde occurrunt alia* Sulpitii *opuscula, sub alia Signaturarum serie, et repetitio opusculi* De scansione, et Syllabarum quantitate; *et ex papyri qualitate, forma typorum, et oeconomia typographica in eadem officina esse exarata plane perspicimus. Initio hujus secundi* Sulpitiani *operis leguntur sequentia carmina in aversa facie folii primi, quae quidem carmina, uti referunt Bibliographi, desiderantur, in quampluribus editionibus.*

Sulpitius ad Lectorem.

Auctior ecce redit tibi lector amice libellus.
Ex quo discebas Syllaba quanta foret.
Fulvius et veluti coctum redit ignibus aurum
Sic venit a studiis cultior iste meis.
Invidiae rabiem et liventia tela venenis
Exiit : et nulla cuspide laesus adest.
Sed tanquam cicnus (sic) nullo penetrabilis ictu
Evolat in gremium pulcher apollo tuum.
Cerne refer geminos prostrato ex hoste triumphos
Binaq3 suspendit victor opima deo.
Quolibet hunc nocuae fugient relegente volucres
Sturnus ab aspectu papilioq3 cadet.
Hic boreas italo pellet mala nubila coelo
Hic sol exoriens astra minora premet
Malleus hic frameas : haec arpae (sic) monstra domabit
Et malesana feri cotinet (sic) ora canis.
Hunc reliquis genus id praefer studiose libellis.
Praefer nec dubia perlege queq3 fide.

Digitized by Google

In principio secundi folii opusculum incipit hoc pacto: Io. Sulpitii Verulani de versuum scansione. De syllabarum quantitate. De heroici carminis decoro et vitiis. De pedibus et diversis generibus carminum praecepta. Deq3 illorum connexionibus observationes ad Cyprianum Omagium lege foeliciter. *Exinde legitur hocce Tetrastichon:*

Castalios latices et amena vireta sororum
Si peragrare cupis, jam tibi pando fores.
Me duce mellifluo modulabere carmina cantu.
Et nectes daphnae (sic) mi Cypriane comam.

Ad calcem hujusmodi opusculi haec alia Sulpitii carmina occurrunt, quae perraro in aliis editionibus reperiuntur:

Me duce musarum chorcas ingressa iuventus.
Quae fingis dulci carmina docta sono.
Seu te meonio delectat ludere cantu.
Sive per undenos nectere verba pedes.
Seu quoscunq3 iuvat numeros contexere phoebo.
Digna cane: obscenos non amat ille modos.
Et si non celebras me carmine: dicito saltem:
Haec per Sulpitium plectra lyramq3 gero.
Finis.

Sequitur brevis admonitio Editoris ad lectorem in hanc novam editionem hujusce operis, copiosiorem, et correctiorem; atque exinde incipit Io. Sulpitii de Scansione et Syllabarum quantitate Epitome Tyronibus ad ornatissimum adolescentem Alexandrum pharnesium, *cum alio disticho:*

Nomine pharnesi pleno subtracta libello.
Ars brevis: o lector spero placere tibi.

Ad calcem distichon aliud apponitur:

Clauditur hic rivus: nostri pete flumina fontis.
Ludere quo possis carminis omne genus.
Finis.

Adcedunt eiusdem Io. Sulpitii in nestorem recriminatio, et Priscianus de accentibus. *His omnibus absolutis, denuo verbum* FINIS *legitur, et conversus* Sulpitius *ad Adolescentes, sic eos excitat ad perlegendum suum de arte Grammatica compendiosum opusculum:* Adolescens nichil (sic) tibi iam ad latinam musicam: hoc est ad rectam pronunciationem deest. Habes de sylabrum (sic) quantitate opus exactissimum. Habes de pedibus: et de generibus carminum: Habes ex Servii excrepta (sic) centimero (sic): ipsumq3 (sic) epitomen. Habes de acenti-

Digitized by Google

bus (sic). Priscianum. Superest ut iis invigiles et diligenter incumbas: Quod si egeris os tuum stribiligine (sic) nō foedabis: et carmen compones aelegantissimum. *Adcedit* Registrum.

In 4.° parvo ..... XI. B. 41.

Innumerae propemodum editiones hujus operis saeculo xv, et posteriori ex diversis Typographeis exaratae fuerunt; quaedam earum notis consuetis typographicis praeditae, aliaeque quamplurimae iis carentes. Puto autem hanc nostram editionem, cui desunt typographicae notae, partem esse integri operis de Arte grammatica *Io. Sulpitii Verulani*; forsan enim eius partes Typographus seorsim edidit, et in fine operis notitiam anni, et loci adjecit. Haec nostra conjectio nititur primo, quod in laudato opusculo observatur duplex signaturarum ordo, ac duplex Registrum, uti jam supra notavimus; secundo in postica pagina ultimi folii legitur majoribus semi-gallo-francis litteris: Scansione Sulpitii, quae pars; et aliae quae extant in editionibus *Romanis* ann. *1481* et *1492* jam notatis in Tom. III. pag. 348 et seq. in praesenti omnino desunt, easque Possessor hujus libelli aut nequivit, aut minime curavit obtinere. Cuinam typographeo praesens editio tribuenda sit, non satis exploratum habeo: est enim excusa Romano nitidoque charactere, eique, quo *Adam Rotwillius Plutarchi vitas anno 1482. Aquilae* impresserat, simillimo; simillima quoque est typographica oeconomia in utroque opere. Quod ex Aquilana Typographia hoc monumentum fuerit exaratum Saeculo xv. evincitur etiam ex notitia, quam habuit diligentissimus *Audiffredus* ex cl. *P. Amoretti*, qui hanc editionem commodatam habuit a cl. Abbate *Ferdinando Joannutio*: et a nullo ex tot scriptoribus, qui in veteribus editionibus ad studiosorum notitiam deducendis operam posuere, ne excepto quidem Annalium typographicorum continuatore *Denisio* memoratam fuisse invenire potuit. Caeterum quaecumque sit Typographia, in qua praesens editto sit exarata, certum est pulchritudine sua non paucas saeculi xv editiones antecellere, et proximo loco post Romanam anni 1481 haberi posse. Numeri foliorum, et custodes desunt in paginis, haud vero signaturae; quae instructae cernuntur litteris, et Romanis notis. Litterae initiales, ut plurimum, xylographicae sunt. Epistola Nuncupatoria *Sulpitii ad Falconem Sinibaldum* sic exorditur: *secundam horum librorum editionem* etc. etc. quae verba vera quidem sunt de editione *Romana 1481* falsa autem de hac *Aquilana*: multo autem falsiora de editione *Romana 1490;* et longe adhuc falsiora, si accipiantur de quadam editione (*Veneta ut puto*) saeculi superioris, in quibus, non secus ac in hisce duabus, utraque epistola dedicatoria *Sulpitii* occurrit. In secunda Epistola, quam supra notavimus, ad eumdem *Sinibaldum*, primam suae grammaticae editionem, *Perusinam*, vocat; quae editio, uti liquet ex exemplo Casanatensis Catalogi, jam extabat anno 1475. Vide insuper *Gio. Battista Vermiglioli, Principii della stampa in Perugia, pag 174.*

Digitized by Google

UG - VI - UL - UR - WA

Ughis Mariani de. Ex ordine Praedicatorum. Subscriptio circa conclusiones quasdam Fratris Hieronymi Savonarolae de ignis experimento faciendo. *Vide supra* Savonarolae.

Victoris Aurelii. Ipsi tribuuntur illustrium virorum vitae, quae nomen ferunt Plinii Iunioris, Cornelii Nepotis, et Svetonii Tranquilli. *Vide* Laudatos Auctores.

Ulmei Pauli. *Vide* Lulmei Pauli.

Uranii Ioannis Baptistae. Carmen in opere Iacobi Comitis Purliliarum. *Vide* Purliliarum. *Tom. II. pag. 392.*

Walleis Iohannis. Libro dell'occhio morale, et spirituale. Venetia 1496. *Vide supra* Lacepiera.

EXPLICIT
SUPPLEMENTUM
AD
CATALOGUM
EDITIONUM SAECULI XV
QUAE NEAPOLI
IN REGIA BIBLIOTHECA BORBONICA
ADSERVANTUR

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

019.06
fN162
Tome4
Suppl.

DOES NOT CIRCULATE

BIBLIOGRAPHY
ACKS



Digitized by Google

FLAT UNIVERSITY OF MINNESOTA
wils v.4(suppl.)
Folio 019.06 N162
Biblioteca nazionale (Naples, Italy)
Codicum saeculo XV impressorum qui in Re
3 1951 002 416 107 F

Digitized by Google